PRESERVATIVO CONTRA TODAS las doloncias, que puedan acaezer.

DIOSE n à la Junta, y se mandó que el Secretario diera à cada uno en secreto las siguientes dezimas, y ne las guardaràn como Oro en paño para s afliccciones.

Sin empezar à Estudiar,
qualquiera Cursante sabrâ,
que su Ama la pegarâ,
si el no la puede pegar,
procure pues evitar
este notable perjuyzio,
que aunque el engañar es vicio,
este serâ un fiel castigo,
por que aquel es tu enemigo,
que sabe mas en tu Oficio.

Reñirá todos los dias,
comera quanto pudiere,
agarrara lo que viere,
pagarâ por las folias,
tendrá incensantes porfias,
por que està mal asistido,
que le empolvan el vestido,
à cada instante dirà,
con esto conseguirà
estar bien aborrecido.

---

y crea que es lo mejor,
que la fortuna mayor
es que ni quiten ni den,
gastar poco, y ten conten;
abrà â la puerta tanto ojo
adbierta, que es como abrojo
su cariño pues colijo,
que por querer mucho à su hijo
el Diablo le sacó un ojo.

Con las Criadas tener,
perpetua, y firme amistad,
que por la necesidad
algo se ha de padezer,
procurarlas convenzer,
à sus Amas atreverse,
de su trabajo dolerse,
sacando de estas funciones
que si riñen los Ladrones.
suelen los hurtos saberse.

Aunque sea mondonguera,
darle siempre â el Amo Don,
que cuesta poco esta accion,
y suele ser valedera,
en la mas grave quimera,
razon jamàs contestarlas,
que aunque à otros por conversarlas
consigue uuo menos precio
estas suelen dàr mas recio,
â quien mas llega à tratarlas.



ALFONSI
LVPEII CVRAE-
LEANI IN OMNIA O-
pera Galeni Annotationes,
quibus obſcura, & difficilia,
atq; quæ in hoc autore viden
tur pugnantia breuiter & di-
lucide explicantur.

Naturæ querela eodem
autore.

ad inſignem eccleſiam
& inclytam vrbem
Turiaſſonenſem.

Cæſaraugustæ.

ANNO

1548

DIE

GO.

UVA. BHSC. IyR_142

HOC opus fuit visum recognitum ac examinatum mandato Illustrissimi ac Reuerendissimi domini, domini Ferdinandi ab Aragonia archiepiscopi Cæsaraugustani, & de licentia suæ dominationis Impressum.

UVA. BHSC. IyR_342

CLARISSIMIS ATQVE PRAESTANTISSIMIS VIRIS, TAM ECCLESIAE, QVAM REIPVBLIcæ Turiaſſonenſis, Alfonſus Lopez à Corella ſalutem, & perpetuam felicitatem.

CVM tot clariſsimos pręſtãtiſsimoſq; viros, quibus quodlibet opus, quanuis emunctum, & exactum, pulchrum, & honorificum, doctiſsimus quiſque duceret nuncupare, eccleſia & vrbs Turiaſſonenſis, quæ honeſto ad ſe ſalario me ducere curarunt, habeant, inconſideratus profecto haberer ſi ego cui talium virorum exploratus erga me eſt animus, operi mihi elucubrato aliunde quærerem patronum. quare licet multis viris illuſtribus, (quos multo ante cognoueram, qui mihi ſuam credidere ſalutem,) hoc opus poteram nuncupare, minime id facere viſum eſt neceſſarium, cum quicquid alibi quærere ipſe poſſem, vberrime & affatim, hæc eccleſia inſignis, & hæc inclyta vrbs poſſint præſtare. nec ſolum tot viri vndequaq; ornatiſsimi, & omni laudis genere digniſsimi, ſed eorum ſinguli ſatis ornamenti meo libello poſſunt impartiri. Cæterum licet vnus ex multis id facere abunde poſſet, viſum eſt vobis omnibus hoc opus dedicare, ne viderer ſcilicet vnum veſtrum ſolum habere propitium, & æquum. & ne viderer etiam erga vnum tantum grati animi voluntatem voluiſſe oſtendere? cæterum cum pluſquam ſexaginta libri ſint quos meis commentarijs illuſtrare ſum conatus, tot ipſe nec citra aliorum imitationem poſſem facere nuncupationes, ſed cum Dei Optimi & Maximi beneficio tanto amoris vinculo vos viri clariſsimi videam copulatos, diſſentaneum certe putaui, vt diſiungeret charta, quos tam laudabilis copulat, & coniungit amor. atque quia ſatis intelligo, & ob veſtram ſingularem humanitatem hoc glutino me vobis eſſe coniunctum, non dubitaui hoc munus quãuis pauxillũ vobis offerre, Valete viri præſtantiſsimi viuiteq; felices.

(:)

UVA. BHSC. IyR_342

ALFONSVS LOPEZ DE CORELLA NAVARRVS CANDIDISSIMO LECTORI.

QVantam Galenus in augenda, illustranda, atque expolienda medicina, operam nauauerit, agnoscent omnes, qui candidis & attentis oculis eius lustrauerint scripta, & illa animo recto perpenderint: tanto quidem medicinam locupletandi, proindeq; iuuãdi mortales ille flagrauit desyderio, quòd ob hoc nomen nullos corporis, nec animi reculauit labores: multas quidem ille peragrauit regiones, vt naturæ opera optimè nosset, adnt vt (aliqua nosset metalla) Cyprum atq; vel vnius medicamenti cognoscendi causa, nauigauit bis Insulam Lemnum, sed nihili videbuntur hæc ijs, qui considerauerint, quantum ille veris philosophiæ & medicinæ indulserit placitis, quanta diligentia & studio omnes profitentium sectas edidicit, vt posset scilicet ad examen omnes reducere, posset q; vera decreta tueri, & falsa explodere & expugnare. sic porro docendo, & medendo, per omnes prouincias quibus literis habetur honos, medicinam fecit conspicuam & claram, nec solum hãc adhibere diligentiam placuit, sed post tot exantlatos labores, de tota medicina tam copiosè & tam doctè scripsit, quòd quicquid in hac præclara scientia rectè traditum est, totum hoc huic excellentissimo viro merito est referendum. Nam licet Hippocrates doctissima præcepta tradidit, mancam profectò & non satis elaboratam hanc scientiam dimisit, adeo quòd antequàm Galenus prouinciam medicinam interpretandi, & ornandi sumpsisset, vel è Gineceo egrediebantur, qui Hippocratis scripta tentabant conuellere, & sugillare. Verum postquàm Galenus falsas medicorum sectas euertit, & dicta Hippocratis exponit, & fulcit, atq; vera methodo medicinam docet, & locupletat, fatiscunt pseudo medicorum præcepta, splendet Hippocratis honos, imo ipsius naturæ, cuius ipse fuit diligentissimus interpres, reserantur opera, atq; fores veræ aperiuntur medicinæ, quæ tali antesignano, non permisit ab ijs qui falsa profitebantur dogmata contaminari, neque defœdari ab ijs, qui illi allatrabant & oppedebant, exclusit quidem Thessalos, & themisones, & non formidauit eorum hominum cẽsuram, qui falsa dictorum medicorum & aliorum eiusdem farinæ considerantes præcepta, relegandam illam & eliminandam censuerunt. viguit quandiu bonæ viguere literæ medicina ab Hippocrate tradita, & à Galeno sic exculta, sed vt reliquæ bonæ artes temporum iniuria iactu ram sunt passæ, sic etiam medicina, sed in hac rerum calamitate semper magno est habitus Hippocrates & Galenus in precio, nam ipsi Arabes, qui per totam Europam infelicibus illis seculis medicinam

UVA. BHSC. IyR_342

cinam seminarunt, profitebantur palam, ab Hippocrate & Galeno sua præcepta mutuasse, ipsecp Auicenna qui illorum erat coragus, cuius scripta plenis vlnis fere tota Europa & Africa fuerunt amplexatæ, Galeni se gloriabat interpretem. & qui totos se medicinæ addixerant, nunquàm negarunt, plenius & exquisitius, à Galeno quàm ab vllo Arabum traditam esse medicinam, quosdam tamen à lectione Galeni auertebat prolixitas, nonnullos deterrebat obscuritas, nec admiratione dignum est, quòd tunc Galenus obscurissimus videretur, ijs scilicet, qui Grammatica & cæteris ingenuis artibus primis labris vix degustatis, medicinam audire non erubescebant. mitto quòd Gal. exemplaria nõ erant tam castigata, nec tam tersa, nec tam perspicuos & fidos ac posterior ætas nacta fuerant interpretes. prolixitatem porro non erat cur incusassent, cum quo fusius Galenus medicinam profitetur, hoc clariorem illam facit, & faciliorem fulciendo quidem sua, euertendocp aliena, quæ obrepebat abstulit caliginem, & veritatem posuit in propatulo. quia vero in hanc lippientibus oculis maxima ex parte qui medicinæ tunc indulgebant, intendebant, vix illam poterant indipisci, nunc vero qui maleferiatis longum valere iussis autoribus, & grauiorũ autorum voluendo monumenta, totum animum veræ adipiscendæ medicinæ adijciunt, felicissimè illam attingunt, & assequuntur, cæterum quia persuasum habent, nulla re in medicina maiores progressus facere posse, quàm Galenum grauissimum versando autorem, huius scriptis sedulam operam nauant. & certe faciunt consultissimè, qui huius viri scriptis legendis, addiscendiscp multam diligentiam impẽdunt, nam sicut citra huius autoris monumenta, in medicina quis parum proficere poterit, sic illis solum adiutus optatam vticp poterit cõtingere metam. nec est cur à lectione huius grauissimi autoris aliquorum scriptorum libelli, quibus data opera virum nunquàm satis laudatum fugillant & conuitijs procindunt te dimoueant, nam si æqua lancerem examinas, exactècp rem expendis, videbis potius, esse tricas & appinas, quàm veras dissertationes quas contra Galenum illi prompserunt. in futilibus terunt tempus, & aliqua quæ non citra rationem poterant annotare, sicco, vt ita dixerim pertrãseunt calamo. nec mirum sane cum hos potius calumniãdi mouit cupido quàm veritatis inuestigandæ studium. nam si pro hac ipsi dictassent, & citra conuitia quorumcuncp autorũ lapsus notassent, laudandi profectò essent, nam qui scribit, nil debet habere antiquius veritate quæ nec detrahere, nec adulari nescit. pro hac quidẽ, nec Aristoteles pepercit suo præceptori Platoni, pro haccp Galenus Hippocrati in cuius verba videtur iurasse, nonnunquàm assentire recusat, diu est quòd pessumissent bonæ artes, si quicquàm esset, quòd veritati præferetur, sed cum hos calumniatores, interpretandi antiquos autores illos non moueat desiderium, sed scribendi vel maledicendi quæ-

dam

UVA. BHSC. IyR_342

dam cacohetes iure merito sunt reprehẽdendi: verum esto quòd hi Galeno mastiges iusta causa, aliqua in Galeno notauerint, quãtulum putas erit hoc, erit sane, sicut si in pulcherrimo & omnibus numeris absoluto corpore inuenisses næuum. sunt porro aliquot loca ab scriptoribus, vel interpretibus vitiata, sed hæc ex ipso Galeno, qui ipsius imbibit saliuam poterit corrigere & castigare, ego porro pro mei ingenij modulo conatus sum multa loca restituere, & emendare, & quæ obscuritate videbantur inuoluta aperire, sumpsi vero prouinciam admodum laboriosam, & quæ hominem perspicacẽ, & à negotijs magis liberum desiderabat, sed libenter illam sumpsi, tum vt hac diligentia Galeni scripta quæ mihi fuerunt semper gratissima, memoriæ magis commendarem, tum vt hac mea opera, referrem gratias Complutensi academiæ, quæ me ad prouinciam profitendi medicinam ad se me inuitauit, videbatur quidem, quòd iam quòd lingua id munus non exequebar, quod non parum suis obtemperabam votis, profitendo calamo, & interpretando medicinæ grauissimum autorem. non dubito porro eos quitimoniano dente aliorum opera rodere pulchrum putant, dicturos esse, frustra me hanc nauasse operam, cum non omnia exponam, & multis libris quos expono, viros doctos iam adhibuisse cõmentarios: fateor quidem me non omnia interpretatum fuisse, nam neque omnia expositione egent, sat ad exponendum vnum librum est, quæ difficilia sunt aperire, quæ pugnantia videntur explicare, ijs quidem dilucidatis: facile lector (modo admodum mucosam non habeat narem) autoris sensa poterit assequi, & intelligere. sic aliquos grauissimos viros sacrã scripturã (quæ medicina est difficilior) fuisse interpretatos legimus. quin ab ipso Galeno primo epidemi. habemus propriè interpretari est versari circa orationes obscuras. quòd si perspicuis adderem expositionẽ, clarum q; reuocarem in dubium, quid aliud esset, quam luci velle offundere tenebras, & in cyrpo nodum quærere. autores quidem, qui concise, inuolutè, & obscurè scripserunt, prolixos & longos desiderant commentarios. At Galen. fuso aperto & dilucido fuit vsus dicendi genere, adeo vt nec longam nec prolixam desideret expositionem, nec boni expositoris est, quod multi in Galeni cõmentarijs faciunt, è libro quẽ exponunt passim ægredi, & ad suos commẽtarios adducere quicquid alijs libris complexus fuit Galenus. Hoc quidem modo potius consuuntur centones, & transuasantur vt ita dixerim scripta, quàm autoris placita dilucidantur, atque cum hæc ipse promo, non abnuo aliquot Galeni libros doctè esse expositos, sed inter tot libros quos Galenus dictauit, pauci sunt, qui habent commentarios & ex ijs qui commentarios habent, non omnes nacti sunt doctos expositores. Cæterum & cum aliqui qui doctè exposuerunt præteriere multa, quæ ob suam difficultatem multis solent negotium exhibere, nemo vitio debet vertere, quòd

interpretari quid sit.

UVA. BHSC. IyR_342

quòd ijs ego dilucidandis calamum admouerim, nam in ijs quæ satis discussa & enucleata ab alijs reperi, perfunctoriè rem ipsam attigi, neq; in earum dilucidatione sui immoratus, semper enim scribēdi amaui cōpendium, neque alienam diligentiam mihi volui vendicare. Fidem huius rei faciunt alia quę tradidi opera, quibus multo compendio, multaq; breuitate ea quæ exponenda & interpretanda sumpsi, sui executus, idq; in hoc opere quo fere tota Galeni opera exponere sum conatus, pro mea faciam virili, nam si spurios libros, & eos qui ad anatomē attinent, & libros magnos de pulsibus dempseris, videbis fere cæteris omnibus adhibita esse scholia. Cæterum quæ in libris de Anatomicis administrationibus mihi annotanda erant, libris de vsu partium annotaui, atque quæ libris de pulsibus annotatione egebant, in libro qui introductio ad pulsus nuncupatur, ipse dilucidaui; feci vero id vt cætera compendiariè, quia vt dixi dilucidus est autor, qui prolixos non postulat commentarios, suntq; iam tot de medicina libri, quòd magnum volumen vel mole sola solet fastidium gignere lectori, nec mirum quòd in hac præclara arte sit tanta librorum farrago, cum aliqui qui linguam græcam vix à limine salutarunt vel ob vnius textus castigationem integrum librum edunt semigræcisant, passimq; inserunt voces græcanicas, quas facile suppeditat lexicon, sic putant omnibus esse admirationi, mirumq; in modum commendant linguam græcam, cuius tam rudes sunt, sicut medicinæ (cuius cum in puluere non fuerint versati) se volunt facere interpretes, res difficiles prætereunt, in facilibus consumunt chartas, inde intelliges verborum minutias potius quàm veram medicinam illos profiteri. sunt vero alij qui vnam aut duas quas aduersus antiquos somniarunt opiniones, quas nec musitare congruum illis esset, noua editione suum nomen volunt facere clarum, quo nō tendit ignorantia, arroganscq; præsumptio, q vix videbis medicum quāuis rudem & indoctum, qui tumultuariè Galenum legerit, qui nō putet dignas posse cedro edere elucubrationes, & posse erigere philosophiæ & medicinæ trophœa, verū eūuero si hi intus & in cute se agnoscerent, viderēt frustra esse suos conatus, si aliquid quàm admouere vnguenta admoliūtur. Sunt porro alij, qui cum vix vllum commercium cū Musis habeant, ex sui ingenij curta suppellectile, aliena ingenia metiuntur, & nihil volunt audire nisi quod sapiat syrupos vel emplastra, si quid enim vtriusque philosophiæ vel astrologiæ à medico audiunt, temeratam putant medicinam, non vident homines miserrimi ingenij, vel ad intelligendum vnum Galenum oportere medicum in omni bonarum disciplinarum genere esse versatum: ego porro ad hanc operam (qualiscunq; est) præstandam, non solum medicorum autorum lectione fuisse adiutum fateor, sed etiam aliorum virorum scriptis qui reconditam sunt professi philosophiam, quam (vt alios autores taceam) copiosis-

UVA. BHSC. IyR_342

pioſiſsimè in grauiſsimis theologiæ ſcriptoribus reperies, nec ſolum le gere medicinæ claſsicos autores viſum eſt ſatis, ſed & etiam nonnullos capite cenſos, nec ſolum antiquorum luſtrare ſcripta, ſed & neotericorum etiam viſum eſt percurrere lucubratiões, vt ſcilicet à quibuſcunq; doctis ſcriptoribus adiuuarer, & expoſitiones quę Galeni placitis non accedebãt, confutare poſſem, & ſatiſfacerem calumnijs, quas aliqui in tantum autorem texere minime erubuerunt. Cæterum & cum ijs meã operam nauo, mea ſcripta, quæ eo tempore quo bona medicina in Hiſpanijs cepit repullulare luci fuerũt tradita, etiam corroborare conor: decens erat vt iuueniles illos labores quibus totam medicinam theoricam & practicam ſub compendio fui complexus maturiori, ætatis maturioris ſtudio illos fouerem. omnia hæc ſi candide expendis ſtudioſiſsime lector boni meos labores conſules, nec illos ob aliqua quæ tibi minime arrideant illico arrodes, iudicabis quidem, vt tuæ ſynceritati confido, & ſolos conatus dignos eſſe vt blandam hoc opus promereatur cenſuram, maxime quòd in opere longo fas eſt obrepere ſomnum, Vale ex Turiaſſone inclyta Aragoniæ vrbe calendis Februarij anno noſtræ ſalutis. M. D. LXIIII.

NOlo lectorem ignorare, in ordine librorum, quibus annotationes adhibui, eum ſeruaſſe ordinem, quem habent Galeni opera Venetijs excuſa anno Domini Milleſimo quingenteſimo quadrageſimo primo. id quidem feci, quia hac ſerie primum Galenum legeram, cum porro nil intereſſe viderem, vnum aut alium ordinem ſeruare, placuit ab eo cui primum aſſueui non diſcedere, vt ex libris quos lectitauerã, facilius has annotationes excerpere poſſem. Cæterum aliqua quæ hic ſcripſi dictaui prius in enchiridio recognito, & libro de tuenda valetudine, quæ vt excuderentur Lugdunum miſi. videns vero impreſsionem differri, ſuſpicatus ſum aliqua obſtare, quominus illi libri excudantur, quare bis eadem ſcribere non tæduit, placuit huius rei te facere certiorem lector optime, ne ſi illi libri excuduntur, vitio hoc meum conſilium aſcribas.

UVA. BHSC. IyR_342

ORDO LIBRORVM,

quos ijs commentarijs dilucidauimus.

Liber de elementis. 1.
De temperamentis. 5.
De natura humana. 7.
De atra bile. 10.
De optima corporis constitutione. 10.
Bona habitudine. 11.
Ossibus. 11.
Dissectione vuluę. 11.
Instrumento odoratus. 11.
Vsu partium. 12.
Vtilitate respirationis. 22.
Causis respirationis. 22.
Vsu pulsuum. 22.
Substantia facultatum naturalium. 23.
Placitis Hippocratis & Platonis. 23.
Naturalibus facultatibus. 30.
Motu musculorum. 32.
Motu thoracis. 33.
Quod animi mores corporis temperaturas sequantur. 33.
Fœtuum formatione. 35.
Semine. 36.
Septimestri partu. 37.
Alimentorum facultatibus. 38.
Euchimia. 43.
Salubri dięta. 44.
Attenuante victus ratione. 45.
Ptisana. 45.
Paruę pilę exercitio. 46.
Assuetudinibus. 46.
Sanitate tuenda. 47.
An ars tuendę sanitatis ad medicinalem artem spectet. 53.
Differentijs morborum. 53.
Causis morborum. 54.
Differentijs morborum. 54.
Sympthomatum causis. 55.
Febrium differentijs. 59.
Inęquali intemperie. 61.
Marasmo. 62.
Comate. 63.
Palpitatione & rigore & tremore. 63.
Difficultate respirationis. 63.
Multitudine. 64.
Tumoribus pręter naturam. 65.
Morborum temporibus. 65.
Totius morbi temporibus. 66.
Typis. 66.
Causis procatharticis. 66.
Morbis vulgaribus. 67.
Ars medicinalis. 75.
Patientibus locis. 81.
Pulsibus ad tyrones. 90.
Crisibus. 91.
Diebus decretorijs. 95.
In prorrhetica. 98.
In prognostica. 100.
Pręsagijs ex somnijs. 106.
Pręcognitione. 106.
In aphorismos. 107.
Simplicium medicamētorum facultatibus. 125.
Purgantium medicamentorum facultate. 140.
Quos purgare conueniat. 140.
Theriaca ad pisonem. 141.
Theriaca ad pamphilianum. 143.
Antidotis. 143.
De compositione pharmacorum secundum locos. 145.
Venę sectione aduersus erasistratum. 150.
Venę sectione aduersus erasistrateos. 151.
Curandi ratione per sanguinis missionem. 152.
Medendi methodo. 154.
Febribus ad glauconem. 171.
In libros de ratione victus in morbis acutis. 174.

UVA. BHSC. IyR_342

INDEX RERVM SCITV DIGNARVM QVAE IN IIS ANNOtationibus habentur, quo inuenies aliqua, quę nonnulla

harum annotationum faciunt clariora, hęc Hoſculus indicabit, cęternm numerus prior folium, alter verſum indicat, a. vero paginam priorem. b. vero ſecundam ſignificat.

A.

ABſceſſus maiores & minores incuſamus. 99. b. 5.
Abſtergentia medicamēta an moueant vrinam. 38. b. 10.
Acachia notatur. 172. a. 10. 175. a. 25.
Acceſsionis tempore in quibus morbis licet euacuare. 140. b. 35.
Adagiū à laſſo rixa queritur explicatur. 24. b. 5.
Adagium fames & mora concitant bilem in naſum. 54. a. 10.
Adagiū quid cani cū balneo explicatur. 140. a. 10.
Adipis generatio. 4 b. 10. & 175. b. 5.
AEgritudo ſi eſſet vna & vnum medicamentum poſſet eſſe error. 1. b. 35.
AEr cuius eſt temperaturę. 18. a. 25.
AErem non eſſe humidiorem aqua non ſenſit Ariſt. 2. b. 25.
AEtij textus vitiatus. 14. b. 5.
AEtij textus deprauatus. 92. a. 5.
AEtius notatur. 56. b. 20.
AEther quid Platoni & Ariſtoteli. 2. a. 10.
Agaricum an ſit exhibendum in principio acceſsionum. 132. b. 35.
Alexiteria quo modo dicūtur eſſe media inter corpus noſtrum, & venenum. 131. b. 2.
Allium an ſitim inferat. 167. b. 25.
Aloes an intus ſumpta referet venarum oſcula. 135. a. 10.
Aloes an vniuerſum corpus purget. 141. b. 10.
Aloes nocet ficcę intemperiei. 149. a. 35.
Aluo fluēte licet nonnunquā venāſecare. 175. b. 5.
Amor quid. 25. b. 40.
Animal an poſsit viuere ſine nutrimento, & an poſsibile ſit quod quidā aſſerunt homines aliquos ſine cibo vixiſſe integros annos. 151. b. 5.
Animalia minuta magnam adferunt admirationem. 21 b. 40.
Anima nō ſeritur quidquid tertullianus. 21. b. 30.
Anima ſenſitiua an ſit ſanguis. 24. b. 10.
Anima an per ſeipſam moueatur. 167. a. 45.
Animi deliquium & diſſolutio animi & ſyncopis quo differant. 177. b. 45.
Anginę in principio an venę ſub lingua ſint ſecandę. 175. a. 5.
Andreas lacuna notatur. 114. b 40. & 56. a. 30.
Anatis ſanguis an valeat ad venenum. 144. b. 15.
Antonius muſa notatur. 182. a. 35. & 185. b. 35. & 56. b. 10.
Annus quot dies habeat. 110. a. 20.
Appetentia & attractrix vna virtus. 87. b. 25.
Appetentia an iuuetur a frigiditate. 79. a. 20.
Appetentia canina an ſequatur calidas intemperies. 87. b. 15.
Appetitus communis an ſit in vētriculo. 56. b. 10.
Apoplexia a qua cauſa. 115. a. 35.
Apoplexia an a ſanguine. 54. b. 10.
Aphrodiſeus notatur. 96. b. 35.
Aphoriſmus Hippocratis exponitur. 123. a. 10. & 122. a. 15. 124. a. 25.
Apollini cur ſacrata medicina. 156. b. 25.
Aqua quę optima. 48. b. 5.
Aqua an nutriat. 14. b. 5.
Aqua ſi contineatur poteſt fieri ignis. 6. b. 25.
Aqua ſummam habet humiditatem. 2. b. 20.
Aquam pluuiam an medicamentis cōficiendis damnauerit Gal. 47. b. 5.
Aquas ſtagnare in interioribus terrę ſenſere aliqui. 2. a. 20.
Aqua melioreſcit elixatione. 73. a. 20.
Aquę puteales an ſint calidores hyeme. 126. b. 40.
Aqua cui vſui eſt ſuperbibenda. 181. a. 10.
Aqua cur nocet in morbis acutis. 181. a. 35.
Articularem morbum medicū pati turpe. 73. a. 5.
Articulorum dolor poteſt fieri a nuda intemperie. 114. b. 20.
Articulus quid. 11. a. 15.
* Ariſtoteles licet negauit animā eſſe immortalem non negauit mentem eſſe immortalem, ſed mentem non eſſe partem animę inſinuauit, voluit quidem mentem eſſe veluti lumen extra admiſſum. 33. b. 20.
Arteria veteribus dicta eſt vena. 27. b. 25.
Arterię non pulſant vbi contradictio diluitur. 27. b. 15.
Arteria pars ſimilaris. 30. b. 15.
Arietis caro nō fuit laudata Galeno. 42. a. 10.
Aſthma proprie quid. 149. a. 10.

UVA. BHSC. IyR_342

B.

Balnea quo modo sunt applicanda hecticis vbi vulgat⁹ medicorū error notatur. 164. a. 20.
Balneum an defeſsis conueniat. 181. a. 25.
Balneum ſi cōuenit in febribus ab humoribus craſſis ortis. 181. b. 15.
Bilis an naturaliter confluat in ventriculū. 5. b. 35.
Bilis an ſit prudentię autor. 8. b. 35.
Bilem in veſica fellea gigni dixit aſclepiades quod in libro de humoribus Galeno aſcripto etiam habetur. 30. b. 35.
Bilis porracea euomitur in periculoſis morbis, & in ijs qui periculo vacant. 43. a. 10.
Bilis in quibus partibus infixa poteſt gignere febrem ardentem. 67. b. 40.
Buxus an faciat ad luem indicam. 70. a. 30.

C.

Canicula eſt anticanis. 67. a. 15.
Canis imperfectos parit catellos & non cęcos. 37. b. 35.
Caluicies non accidit ęthiopibus. 2. a. 3.
Capilli an nutriantur. 76. b. 30.
Capillis nigris & oculis nigris ſunt qui frigido ſunt temperamento. 68. b. 35.
Calculus veſicę manuum opera ſolum curatur. 74. b. 35.
Calua poteſt fieri mulier. 122. a. 15.
Caluitium nō eſt paſsio inſanabilis Hippocrati & Ariſtoteli & Plinio. 122. b. 5.
*Calculoſis ideſt ijs quorū lapides generari ſolēt quę valde calfaciunt non ſunt exhibenda, ijs vero quos iam calculus vexat ea medicamenta poſſunt adhiberi, quę adhibentur dolore coli vexatis. 52. b. 45.
Cari cauſa. 12. a. 5.
Carum an ſemper comitetur febris. 85. a. 20. 169. b. 25.
Catharrus quid. 59. b. 5.
Cauſa continens morbi datur quę eſt ipſius morbi eſſentia. 80. b. 25. 156. a. 5.
Caprę an proſint tempore peſtis. 138. b. 10.
Caprinū iecur nocet epilepticis, vbi textus Alexandrini & ſexti Platonici emaculantur. 139. a. 25.
Cancri quo modo iuuent in morſu canis rabidi. 140. a. 5.
*Canes an rabie prehendantur. 89. a. 40. hac parte diximus canes non habere futuram in capite, quod ab Ariſtotele fuit aſſertum, veſalius tamen in canibus quos diſſecuit futuras reperiſſe dicit.
Cantaridibus an ſint alę amputādę. 140. a. 25.
Carbunculus non ſemper a materia venenoſa. 170. b. 5.
Cæcubum vinum quod. 166. b. 15.
Chriſtophorus a Vega vir exactiſsimę & ſingularis eruditionis Hiſpaniarum principis meritiſsimus medicus. 101. a. 5.
Cerebrum non eſt ſurſum locatum propter oculos. 18. b. 5.
Cerebri priores vētriculi ſunt ſedes ſenſuum quid quid manardus. 86. a. 10.
Cerebrum non eget opera cordis. 23. b. 20.
Cerebrum eſt viſcus. 25. a. 20.
Ceruę cur non habeant cornua. 41. b. 45.
Celſus notatur. 43. a. 5.
Ceraſa acida prę ferunt dulcibus, quidquid actuarius. 44. a. 20.
Cibus exterius appoſitus non nutrit. 6. b. 15.
Cœna an maior debeat eſſe prandio. 25. a. 5.
Conceptio an fiat omni tempore quo menſes fluunt. 11. a. 35.
Conniuere quid. 74. a. 10.
Cornarius notatur. 40. b. 35.
Coturnices in theſſalia noxię. 75. a. 35.
Cor an poſſit pati aliquod vitium graue ſecūdum Ariſtotelem. 87. a. 5.
Coxendicis in dolore cauterium in auribus prodeſt. 74. b. 10.
Criſis tempore licet adiuuare naturā. 174. a. 40.
Cutis aliquando dicitur temperata aliquando frigida & ſicca. 4. a. 5.
Clyſter an debet prędcedere ſanguinis miſsionem. 182. b. 45.

D.

Declinatio an ad acceſsionē attineat. 109. a. 5.
Decoctio ad tertias quę. 143. b. 10.
Definitiua doctrina maxime facit ad compendium. 76. a. 30.
Dentes cur ab ipſo ortu non naſcantur. 21. a. 40.
Deleteria ſi ſunt medicamenta frigida. 6. b. 40.
Diſenteria correptis an liceat exhibere medicamentum purgatorium. 168. b. 35.
Diarrhœa correptis exhibentur cibi adſtringētes in principio menſę. 40. b. 45.
Doctor doctiſsimus collado doctiſsime ſcripſit de indicationibus. 161. a. 45.
Dolor an producatur a ſiccitate. 56. a. 45.

E

Ebrij dicuntur cornuti. 35. b. 5.
Ebrij gignere poſſunt. 20. a. 5.
Ecſtaſis quid. 98. b. 25.
*Ecſtaſim quam mentis emotionem latini dicunt, forſan Hippocrati ſumi pro inſania alterius generis quam ea quę corripiebat egrotum in

UVA. BHSC. IyR_342

aphorismo, 5. septimę sectionis, diximus, ꝙ si verum esset quod dicit autor finitionum medicarum, ꝙ ecstasis est insania quę breui finitur, possemus dicere voluisse Hippocratem, bonum esse leuem insaniam succedere ad tortem & fere est idem quod exposuimus, quia hoc fit vno genere insanię in aliud commutato, ꝙ si apud Hippocratem ecstasis significaret somnum vt apud alios significat, vt autor est Rodoginus. 28. lib. cap. 25. adhuc clarior esset aphorismus. 123. a. 20.
Elementa nil aliud habent quam qualitates & materiam, 2. b. 40.
Elementa quę precipue dicantur, 7. a. 35.
Elementum si vnum esset an corpus doleret, 7. b. 10.
Elephantus ab alio humore producitur quam cancer, 10. a. 35.
Elychnium fit ex fungis, 170. a. 5.
Epilepsia cur facer morbus, 75. b. 15.
Epilepsię an venenatus humor semper causa, 84. a. 35.
Epilepsiam an possit sequi paralysis, 84. b. 40.
Epithema non solum medicamentum liquidum. 159. b. 20.
Explicatrix vis. 25. a. 5.
Expultrix facultas facit crisim. 97. a. 20.
Excretrix facultas in omnibus partibus. 81. b. 20.
Erysipelate affectis inhibet Galenus sanguinis missionem. 174. a. 5.
Eunuchi cur podagra non laborent vbi aliam causam quam Galen. adhibuit adhibuimus. 122. a. 15.

F.

FAcultas comprehensiua. 146. b. 10.
Facultas separatrix & expultrix eadem. 31. b. 50.
Facultas attractrix & appetentia eadem. 32. a. 10.
Facultas quę facit crisim videtur habere sensum. 54. b. 25.
Fames quid, 163. a. 10.
Famem quę sympthomata precedunt. 56. b. 20.
Farnellius notatur. 150. b. 20. & 25. & 56. b. 10.
Fauces quid. 85. b. 5.
Fascinatio an sit admittenda. 62. a. 40.
Febris ex bile an sit synochus. 61. a. 20.
Febris intermittens non omnis periculo caret, 117. b. 10.
Febre in tertiana qua parte abundat flaua bilis.
Febris an aliqua sit hepatica, 71. b. 21.
Febris continua an habeat rigorem. 103. b. 55.
Febris ardens dicitur synochus. 93. a. 30.
*Febris humoralis non generatur semper interueniente obstructione. 164. b. 30. quod enim dicit Gal. in principio decimi capitis vndecimi libri methodi. ergo qui febrem curare volet necesse est putredinem inhibeat, ita duę indicationes se exhibent altera a febri &c. deinde & quod quidem obstructionis iam factum est per ea quę obstructa liberant, de sola febre synocho putrida dictum est, toto enim hoc libro licet agat de febribus putridis in genere pro exemplo sibi proposuit febrem synochum putridam, sic dixit. 4. capite citati libri, ac primum eam tractandam proponemus quę vel in maximis vasis vel simul omnibus cōsistit, quod etiam de synocho, 10. capite citato loquatur, ergo qui febrem curare volet, hinc patet, quia non in omni febre est timendum ante vacuatam multitudinem deobstruentia admouere, sed hac parte non vult deobstruentia applicare prius quam multitudo vacuetur, ad quid etiā vn decimo capite citati libri si de synocho non loqueretur diceret, nam a qua multa ad crassos lue cos extenuandos & glutinosos detergendos & excretionem promouendam optimum plane medicamentum fuerit in ijs synochus quos habitus coartatior & putredo excitarunt, in principio etiam decimi quarti capitis prosequendo eundem sermonem dicit, porro dictum est huiusmodi febrem in virtutem imbecillam non incidere, quippe synochus bene habitis corporis &c. sed tam planum est hoc quod nisi quis fuerit refractarius negare non potest. ex dictis patet quantum fere omnes medici qui de hac re scripserunt fuerunt hallucinati, cum ex autoritate citata decimi capitis vndecimi libri methodi dixerunt elici, ꝙ in omni febre ex putrido humore orta est inhibita perspiratio, & est obstructio, constat plane solum hoc colligi in febre synocho de qua citata parte loquitur Gal. ceterum nec semper requiritur vera obstructio ad inducendam febrem synochum, nam vt ipse dixit. 11. methodi in fine octaui capitis, transpiratio prohibetur & per obstructionem & dēsa exiguis meatibus, & constrictis corporibus, loquitur etiam hac parte de febre synocho. Solum igitur exēpli causa positum intellige quod est scriptum, 10. capite, vbi insinuat, perspirationem semper prohiberi in febre synocho per obstructionem, nisi constrictionem meatuum, & cutis densitudinem, ad obstructionem vis reducere, hęc porro constrictio & densitudo est dimouenda per ea quę fundunt & per ea quę rarefaciunt, vt in fine capitis octaui citati libri

UVA. BHSC. IyR_342

dicit, ante vero quam admoueamus ea quę fundunt contractis corporibus, & ea quę rarefaciunt dentatos exiguos meatus, vacuabimus abundantiam, periculum enim est fundentia vel rarefacientia applicare corpore multo sanguine referto, hunc porro textum quem nescio quo modo exponentes vndecimum librum methodi prętermisimus, placuit hic exponere, suo loco eum restituet qui iterum typis librum tradet.
Febribus omnibus humoralibus an sit inęqualis intemperies. 61. b. 30.
Febrium hecticarum quare libris ad glauconem non fecit mentionem Gal. 171. b. 5.
Febre in tertiana purgare licet & venam secare. 172. a. 35.
Ferdinandus a Mena medicus regius vir singularis & reconditissimę eruditionis. 91. a. 15.
Ficubus elitatis an aqua sit bibenda. 40. a. 30.
Fimus an ex putrefactione. 131. a. 40.
Flamma duplici motu non mouetur naturaliter, nec exemplum de falce quod ponit Gal. quicquam probat. 22. a. 20.
Flere cur iucundum aliquando. 26. a. 15.
Fortuna an locum teneat in medicina. 30. a. 15.
Fœtuum similitudo vnde eueniat. 37. a. 20.
Follis non est ex pilarum genere. 49. a. 30.
Fontes calidiores sunt hyeme. 73. a. 25.
Franciscus Vallesius maximum complutensis academię ornamentum vir vndequaq; doctissimus multis de nominibus mihi charissimus. 112. a. 10.

G.

GAleni locus restituitur. 18. b. 40.
Galeni causa non admittitur. 41. b. 45.
Galeni sententia non recipitur. 36. b. 5. & 35. b. 10.
Galeni locus restituitur. 49. b. 10. & 20.
Galeni locus emendatur. 52. b. 30.
Galen⁹ nō recte reprehendit eos qui vt sursum aspiciat dixerunt hominem esse rectum. 13. b. 20.
Galeni locus emaculatur. 62. a. 10.
Galeni locus suo nitori reductus. 64. a. 25.
Galeni locus resarcitur. 71. a. 20.
Galeni locus reducitur. 85. a. 20.
Galeni locus sanatus. 86. b. 10.
Galeni & Hippocratis loci restituuntur. 87. b. 5.
Galeni locus animaduertitur. 105. a. 20.
Galeni sententia recipitur. 44. a. 30.
Galenus defenditur ab impugnatione solenandri. 145. a. 10.
Galeni locus examinatur. 168. b. 15.
Galeni locus emendatur. 165. b. 5.
Galeni sententia non recipitur. 22. a. 40
Galeni textus emaculatur. 10. b. 20.
Galeni sententia non recipitur. 105. a. 5.
Galeni locus emendatur. 88. a. 15.
Galeni textus emaculatur. 110. a. 35.
Galeni textus expenditur. 114. b. 25.
Galeni textus restituitur. 129. a. 45.
Galeni textus emaculatus. 130. a. 15.
Galeni textus reductus. 135. b. 20.
Galeni textus perpenditur. 135. b. 5.
Galeni textus examinatur. 136. b. 35.
Galeni textus emendatur. 174. b. 20.
Galenum an iuste reprehenderit Tralianus. 162. b. 15.
Galeni sententia verior videtur quàm sententia Aetij. 176. a. 20.
Galeni ratio non satisfacit. 178. b. 5.
Galeni textus expenditur. 182. b. 5.
Galeni sententia non probatur. 22. a. 20.
Galenus ampla mercede fuit donatus a Boetho. 107. a. 25.
Galli gignunt oua. 21. a. 5.
Gallorum certamen. 26. a. 45.
Gellij sententia non recipitur. 27. b 25.
Generatio non fit ex ijs quę magno distant interuallo. 7. b. 35.
Generatio est motus. 50. a. 45.
Germanorum feritas. 48. a. 30.
Glaucus color non est oculis senum, sed glaucoma quidquid Auicēna. 77. b. 30.

H.

HAemorrhois vna est relinquenda cum sanantur. 121. a. 20.
Hæmorrhois quę nō est diuturna potest fieri a bilioso humore. 121. a. 35.
Helleborus tutius medicamentum quam scammonium. 178. b. 35.
Hircire quid. 72. b. 20.
Hiera cum melle non est cur minus ventriculum roboret. 161. a. 15.
Hippocratis sententia quam Galeni melior censetur. 123. a. 10.
Hominibus sola est ratio. 126. a. 5.
Homo an solus rectus. 13. b. 20.
Hominem qui dixerunt esse rectum vt aspiciat cælum non errarunt. 13. b. 20.
Homo an possit multo tempore sine cibo degere. 151. b. 10.
Hordei farina an moueat pus. 157. a. 40. &. 175. b. 35.
Humoribus ex omnibus nutritur homo. 5. a. 30.

UVA. BHSC. IyR_342

Humiditatum an fecerit mentionem Gale. ſicut Auicenna. 159. b. 40.
Hydrops iuxta celſum non eſt ſemper cum vitio hepatis. 87. b. 5.

I.

IEcur eſſe ſedem cõcupiſcentię ex carminibus homeri non colligitur. 25. b. 40.
Igni quare in peſte vtebantur. 142. b. 15.
Imaginatrix facultas an recordetur. 33. a. 10.
Infula per anum poſſunt nutrire. 15. a. 40.
Inflammationis non eſt durus pulſus. 64. a. 20.
Inflammantur alię partes a carnoſis. 65. a. 10.
Infantes dicebantur omnes filij. 70. b. 15.
Ira eſt in brutis quidquid Seneca. 23. b. 5.
Irę ſedes. 20. b. 25.
Ira cui ętati acrior. 25. b. 5.
Iracundia pro anxietate. 48. a. 20.
Iracundus cuius temperamenti eſt. 167. a. 35.
Iris noſtra medicamentis pectoris non eſſet admiſcenda. 162. a. 35.

L.

LActe aſinę purgat cauſo affectos. 182. a. 10.
Lac aſininum prę fertur lacti humano in curatione febris hecticę. 160. a. 10.
Lens non omnino eſt reijcienda febricitantibus. 177. a. 40.
Lingua non eſt vocalis inſtrumentnm. 98. b. 30.
Linguę incontinentia cur dicatur melancholica. 114. a. 25.
Liber theriacę ad piſonem eſt Galeni quidquid alii qui ſcribant. 141. a. 25.
Lienis excrementa an per vrinas ſint expurganda. 166. a. 5.
Lien an craſsiori nutrimento nutriatur quam hepar. 169. a. 50.
Lunę tempus obſeruabant ad theriacę exhibitionem. 143. a. 10.
Luna plena putrefactiones adaugentur. 96. b. 30.
Lynceus viſu non penetrat ſubterranea. 1. a. 25.

M.

MAgnum & paruum an ſint differętię ſubſtantię. 154. b. 35.
Maluis veſci frequens in Aſia. 43. b. 20.
Malum quid. 40. b. 35.
Mammas plures habent fœcũda animalia. 17. b. 30.
Manardus notatur. 136. b. 10. & 21. a. 15.
Mandragora an menſes moueat. 134. a. 35.
Mas quilibet qui generare poteſt habet partes generationis calidiores qualibet fœmina. 57. b. 5.
Materiam primã aliqui prorſus excluſerũt. 1. b. 25.
Materiam vocauit corpus Gal. 7. a. 15.
Matthiolus notatur. 170. a. 25. & 135. b. 20.
Medicamenta compoſita an ſemper acquirant nouam formam. 1. b. 25.
Medicinę finis multis qui ſit. 29. b. 10.
Medicamenta quę non vehementer diſtribuũt poſſunt a cibo propinari. 50. a. 5.
Medici parabãt antidotos. 67. a. 5.
Medicamenta purgatoria miſcet cibis. 169. a. 20.
Medicamentum purgatorium licet exhibere non turgente humore ante cõcoctionem. 168. b. 25.
Mel nutrimentum paucum ſufficit quidquid celſus. 45. a. 5.
Melancholia multum acida an appetitum deijciat. 24. b. 40.
Melancholia naturalis appetẽtiam excitat. 15. b. 15.
Memoria non deprauatur. 58. a. 45.
Menſtruus ſanguis an peccet qualitate. 10. b. 20. 59. a. 20. 71. a. 15.
Menſtruam purgationem peccare qualitate inſinuauit Gal. 100. a. 5.
Menſtruę purgationis cauſa exhibita a Galeno nõ placet. 151. a. 20.
Mola non generatur ſine viri concubitu quidquid Plutarchus & Plinius. 20. b. 35.
Monſtra an reperiantur vt dixere geographi. 21. b. 10.
Morbi communes an in vnum aerem ſint referendi. 9. b. 20.
Morbus & diſpoſitio quę ſit & facta eſt iuxta Galenum. 82. a. 5.
Morbo in peracuto ab omni medicamentorum genere eſt abſtinendum. 96. b. 15.
Motus an gignat calorem. 54. a. 5.
Motus duplex genus. 155. b. 40.
Mulier mutata in virum. 69. b. 25.
Muſculi faciunt motum. 13. a. 10.
Muſica ad pellendos morbos vtilis. 47. b. 40.

N.

NEruorum natura vbi locus difficilis Galenĩ explicatur. 4. a. 45.
Nius vſum non omnibus denegauit Gal. 44. a. 25.
Nutrix ſit bonis moribus. 48. a. 5.
Nutricem ſanam purgare difficile. 75. a. 25.
Numeri qui ſunt laudati a Pythagora. 97. a. 30.

O.

OBſonatricis artis medicus non debet eſſe ignarus. 41. a. 15.

UVA. BHSC. IyR_342

Obſcuritas lectionis aliquando iuuat. 99. a. 5.
Oculorũ tunicas caloſas frigori reſiſtere dixit Plinius, ſi porro vere caloſę ſunt exangues vel parum ſanguinis habent, quo nomine frigori non deberent reſiſtere. 20. a. 15.
Odorata omnia non corroborant ventriculum. 149. b. 10.
Odor quibuſdam effunditur ſuauis. 75. a. 15.
Odoratus quod ſit organum. 11. b. 10.
Odor carbonum noxius. 17. b. 5.
Oleum an poſsit gelari. 125. a. 40.
*Ore alteratur cibus & aliquam coctionem ſuſcipit. 32. a. 25. dictę vero ſententię non acceſſit Ariſt. 2. de parti. anima. cap. 3. qui ſic ait, prima enim adminiſtratio perſpicua eſt, cum per os partesq; ore contentas perficiatur animalibus quorum cibus ſectionem deſideret, ſed hęc nullius eſt cauſa cõcoctionis, ſed facilitatem cõcoquendi potius pręſtat.
Oſſa ſentiunt. 1. a. 35.
Ouina pellis an proſit ad caſus. 139. b. 15.
Oua ſupinant ventriculum. 177. b. 5.

P.

POtu quidquid humidioris partis defluxit reſtituitur, per humidiorem partem intelleximus ſanguinem, quo exiccato venę quibus cõtinetur humiditatem expoſcunt, & attrahunt: multum vero exiccatę venę cęco quodam appetitu & bilioſas humiditates trahunt vt 3. libro de ratione victus Hipp. & Gal. dixerunt, an vero ſanguis ipſe exiccatus humiditatem appetat & trahat vt terram appetere imbrem a philoſophis dicitur, dubitare aliquis poſſet. certe ſi ſanguis caloris natiui particeps eſt cuius quidē ratione aliquam vim efficientem illū habere non abnuit Gal. 2. libro de ſemine, non mirum q̃ vim appetitricē & tractricē aliquis illi tribuat, calor ille natiuus qui eſt in ſanguine ocioſus eſſe videretur, ſi nil efficere poſſet: quod ſi quid efficit, nil videtur quod illi ſit magis proprium quam trahere, id quo magis conſeruare ſe poſsit, quando ſimilitudinis cõuenientia, & in rebus quę calore tam pręcipuo non participant fiat attractio.

Panętius autore Cicerone. 1. tuſcu. animas a parentibus ſeri dixit. 21. b. 30.
Papauer non fuit dictum Galeno humidum quid quid brachellius. 5. a. 35.
Papulę quid. 68. a. 35.
Partes alię a ventriculo habent ſenſum eorum quę deſunt. 19. a. 5.
Paraplexia quid. 182. b. 5.
Pedibus nudis an aliqui debēt ambulare. 44. b. 20.
Pauli ſententia non probatur. 122. b. 35.
Peſtis non pręcauetur pororum apertione quid quid quidam ſcripſerunt. 59. b. 30.
Peſtilentes febres an omnes a putredine. 60. a. 15.
Peſtilētibus in febribus aliquando eſt purgandum. 158. b. 25.
Perdices in Aſia non ęque debent nutrire ac in Hiſpania. 42. b. 10.
Peripneumonia an amet fluxum ſanguinis e naribus. 64. b. 10.
Pepo & melopepo. 40. a. 10.
Perſeus tranſplantata deſijt eſſe lethalis, & nõ perſica arbor. 4. a. 25.
Phœniciſſare quid. 137. a. 40.
Pharmacopola irriſionis nomen. 96. a. 25.
Phrenitis non citra inflammationem. 68. a.
Phrenitis non tranſit in lethargum. 70. a. 5.
Phrenitis cuius partis pręcipue. 58. b. 25.
*Pileis quod antiqui vſi fuerint dixi colligi ex textu Galeni, alicui tamen nec citra cauſam videbitur, id non plane colligi, cum de cooperimento capitum mulierum illa parte fuerit locutus. 67. a. 5.
Pindaro non debuerat Gal. ſuccenſere. 13. b. 5.
Piſtacia an roborent ventriculum vbi defenditur Gal. a. calumnia Auicennę. 4. a. 25.
Pili an nutriantur plantarum modo. 45. a. 10.
Pituita quo modo abundat hyeme. 8. b. 3.
Pituita ſi generetur in ventriculo. 8. b. 45. & 179. a. 40.
Pituita ſi faciat ad mores. 8. b. 31.
Pituita naturalis an ſit dulcis. 10. a. 15.
Pix an modice ſiccet. 156. b. 40.
Pletora an a ſolo ſanguine. 64. b. 20.
*Plantę quo modo dicuntur ſentire. 23. a. 20. hic eſt notandum, q̃ Platoni tribuit Plutarchus libris de placitis philoſophorum, q̃ plantę vere ſentiant, argumento q̃ cedunt arboratori, quod ex dictis Platonis non colligitur, nec Gal. parte citata id de Platone ſenſit.
Pleuritis non curat pulmonariam. 125. b. 5.
Plutarchus notatur. 20. b. 35.
Pœonię hiſtoria non ſatiſfacit. 134. a. 5.
Poma cęſtiana non ſunt arantia. 169. a. 10.
Porcelli qui exhibentur tertiana captis. 172. b. 25.
Potu facilius eſt repleri quam cibo, vbi per potum non ſolum quę ad ſitim pellendam exhibentur intelligunt Hippocrates & Galenus, ſed omnia quę dantur in forma liquida. 111. a. 30.
Prudentia pro facultate cogitatrice. 35. b. 5.
Prudentię cauſam ſiccitatem. 34. a. 30.
Pſatyrę carnes & pſatyra oua. 100. b. 10.
Ptholomęi diligentia in conquirendis libris. 9. a. 25.

UVA. BHSC. IyR_342

Pulchritudo quid. 12. b. 45.
Pueri magis quam iuuenes respirant. 22. a. 40.
Pueris licet mittere sanguinem. 71. b. 21.
Pus ex quo sanguine generatur. 103. a. 30.
Pus posse expui citra febrem dixit autor quod Gal. nec probauit nec improbauit, hoc tamen non fuit probatum actio cap. de asthmate. 10. a. 5.
Pulmo ii patitur herespelam. 87. a. 25.
Pulmonia non omnis facit reddere ęgrum. 102. a.
Pulmoniam habentibus qui pullus. 91. a. 25.
Pullandi eandem rationem habent cor & arterię. 90. a. 5.
Pullatrix vis non seruat modum nutricis facultatis, quare potest hac vigente illam minui.
Pulsus sunt fortiores autumno quam hyeme. 90. b. 5.
Pullus phtisicorum si sit hecticus. 91. a. 20.
Pullum an variet aqua vt cibus. 90. b. 15.
Pullus quotidianarum quis. 66. a. 30.
Pullus signa an exsecutus fuerit Hippocrates. 95. a. 10.
Pustulę quę ex cute ad imum recurrunt pessimę. 98. b. 5.
Purgatorio pharmaco assumpto an sit dormiendum. 116. b 15.
Purgatio nonnunquam est adhibenda extenuatis. 30. a 40.
Pupilla ad angulum versa quod cernimus nō appareret duplex. 19. b. 25.

Q

Quartana febris quam ętatem sequitur 61. a. 5.
Quartana hyemalis an detur 112. a 35.

R

Renes multo succo referti an sint purgādi per deiectiones. 163. b. 10.
Renum dolores si augeantur sumpto cibo. 71. b. 5.
Repletio si sit causa continens 9. b. 5.
Rodoginus notatur 98. b. 45. & 25.
Ruellius notatur. 167. b. 25.

S

Sal an sit edendus cum pane 52. b. 5.
Salutatores Hispanię 176. a. 30.
Sanguis est omnium membrorum materia. 5. a. 20.
Sanguis est calidior cęteris humoribus calore natiuo. 4. a 35.
Sanguis an sit pars similaris. 12. a. 15.
Sanguis frigidior & tenuior vim intelligendi obtinet plenioremm 34. b. 5.
Sanguis fit ex mediocri calore, reliqui humores ex immodico. 31. a. 2.
Sanguis habet aliquid efficiens 37. a. 10.
Sanguis frigefactus cur tam ęqua inuehit symptomata. 43. a. 40.
Sanguinem euomi ab interfecto apparente interfectore dicunt aliqui 62. b. 30.
Sanguis quomodo dicitur ad mammas colligi. 116. a. 40.
Sanguinis missio non semper facit aborsum. 119. a. 30.
Sanguinis vomitum an aliquando in febre vtilis 123. b. 15.
Sanguis taurinus venenum. 144. b. 30.
Sanguinis missiones essatu dignas non semper faciebat Galenus. 152. b. 35.
Sanguinis mittendi scopi virium robur & florens ętas & morbi magnitudo, non quòd semper quòd sit morbi magnitudo est vena secanda, sed quòd non est vena secanda nisi morbus fuerit magnus, musa vero. 4. lib. de ratione victus & Matthęus Curtius in omni morbo magno esse sanguinem mittendum contendunt. 152. b.
*Sanguis bene potest extrahi ex venis dictis saluatellis sicut ex venis malleoli, cum ergo, & ex iis abundanter posse fundi dixerit Galen. quòd & ex illis mentione quid dignum posse fundi non negauerit est credendum, nam si solum ad beneficium quod pręstat aqua calens respicis, etiam iuuante aqua calida extrahitur sanguis ex venis malleoli sicut ex venis saluatellis, quare credo Galeni textum, quo habetur nil mentione dignum ex venis dictis saluatellis extrahit esse deprauatum. 153. a. 25.
Saphirus an visum roboret. 136. b. 5.
Scientia naturalis de quibus considerat. 1. b. 30.
Scabies est plora. 56. b. 10.
Scientię nomen. 76. a. 40.
Scolopendium & asplenium eadem herba. 31. a. 25.
Secordia quid. 24. b. 40.
Semen quo tempore est fœcundum. 49. a. 5.
Sedimentum vbi generatur. 103. a. 45.
Sensus alij a tactu dolorem sentiunt. 55. a. 5.
Sensus an perficiatur in singulis instrumentis. 57. a. 20.
Serum cuius temperaturę. 42. b. 5.
Serica fila an sint bombicina. 170. a. 5.
Serica an conueniant morbis pectoris. 4. a. 35.
Septum transuersum flatu laborans an lędat mentem. 99. a. 30.

UVA. BHSC. IyR_342

Socratis musa. 12. b. 45.
Sol vnde est talis ac tantus. 14. a. 30.
Sol quo cælo est locatus. 14. a. 5.
Somni causam veriorē exhibuit Gal. quam Aristoteles. 57. b. 10.
Splē an nutriatur tenuiore sanguine quam hepar. 14. b. 45.
Speculis si archimedes incendit hostium triremes. 6. b. 5.
Spiritus vitalis an sit necessarius. 166. b. 40.
*Stirpis non omnes species posuit Gal. sicut nec animalis, quia ad ea quę intendebat non erat necessum. 4. a. 20.
Styrax & crocus an sint soporifera. 1,2. a. 5.
Sympthoma an sit sanorum. 49. b. 5.
Syrupus de succo absintij inducit capitis dolorem. 147. a. 5.

T.

*TActum esse plures sensus non definiuit Arist. qua enim ratione dicitur esse plures contrarietates in tactu, dicere aliquem posse esse plures contrarietates in alijs sensibus dicit, vt pote in auditu grauitas & acumen magnitudo & paruitas lenitas & asperitas, nec valet subter fugium quod omnes expositores quos ego legi dicunt, ꝙ magnitudo & paruitas & lenitas & asperitas dicuntur de voce per metaphoram, nam si ad hoc respiciunt, nec grauitas & acumen sunt auditus, cum etiam dicantur per trāslationem. Nec Aristoteles dicens, ꝙ non est videre esse manifestum, ꝙ sit vnum obiectum tactui sicut vnum est auditui diffitetur, ꝙ possit esse aliquid vnum, nec est manifestum ꝙ sit visus vnum obiectum, nam lux differt specie a colore, qua ratione visus non esset dicendus vnus sensus. nisi dicas omnem colorem qui visum mouet lucis esse participem & lucidum esse obiectum visus, sed de ijs alibi plura.
*Temperamenta contraria non posse vna consistere ex Galeno est citatum, quia licet hoc ille non dixerit, sed quorūdam referat opinionem, hoc etiam illi probatur. 5. b. 5.
Temperatura calida dentes edit citius. 5. a. 5.
Temperamētum sumptum a natura membrorum, & temperamentū sumptum ab humoribus non semper idem. 6. a. 10.
Tempora quatuor ęgritudinis. 91. b. 25.
Tempora solum considerantur ratione temperamenti. 157. a. 5.
Tenebrę an sint tristitię causa. 84. b. 5.
*Terram super aquam iacere dixit diuus Crysostomus. 2. a. 20. hanc opinionem traditam fuisse a thalete philosopho refert. 2. libro de cælo .cap. 13. Arist.
Testes an sint sedes concupiscentię. 78. b. 15.
Thorax quid Aristoteli & Galeno. 78. a. 10.
Thorexis quid. 112. a. 10.
Timor ad quem locum humorem adducit. 58. a. 35.
Tertullianus qui plantis dedit intellectum notatur. 23. a. 25.
Tractionis duplex genus. 17. a. 5.
Triticum trahit aquam. 31. a. 5.
Tremor quid. 63. a. 25.
Tertiana febris morbus acutus. 115. a. 45.
Terram esse fundatam super aquam dixit Crysostomus. 2. a. 20.
Trallianus an iuste reprehēderit Galenū. 159. a. 5.
Sitim ex absumptione partis humidę idest partis dilutioris sanguinis dixi proficisci. etenim calori cordis vt pote spirituoso commodus est aer, calori membrorum qui durę substantię est fixus facit cibus, calori qui sanguine rei humidę hęret potus qui & humidus etiam est, est acommodatus: venę ergo qui calore sanguinis participant, id quod ad hunc calorem fouendum agit attrahunt, est igitur potus ad refrigerandum sanguinis calorem, reparciēdumq; eius humiditatis inopiam. 47. a. 40. illud vero hic adnotare placet, ꝙ Aristo. 3. de parti anima cap. 8. insinuauit, potiorem causam sitis esse calorem pulmonis, qua in re videtur subscribere opinioni quę Platoni tribuitur, quod potus scilicet deferatur ad pulmonē. 47. a. 40.

V.

*VTerus duas tunicas habet, si peritoneum quod vterum ambit inter eius tunicas numeratur, numerat aliquando illud Gal. aliquando illius non meminit, hinc euenit vt vno loco scribat vterum habere vnam tunicam, & alio loco duas tunicas habere scribat, quę si adnotasset vesalius desisset contradictionis Galenum arguere. fol. 11. a. 25. cęterum an vterus muliebris habeat acetabula, & cornua quę Gale. & alij illi contradicente vesalio tribuunt, silentio vt alia multa quę ad anatomem attinent prętermittimus, quia hęc non tam rationibus & autoritatibus quam ostēsis dissectis partib⁹ sunt examinānda, hac de re non laborauimus in examinādo, an recte quidā contra Galenum senserint, ꝙ sint aliqui musculi ossa mouētes qui non habeāt tendonē, an per processus quos organū el fact⁹ Gal. dicit purgetur pituita, an sit vena quę ex liene melācholicū succū in vētriculū eructet, & an nerui optici sint caui, & an sit os in corde

UVA. BHSC. IyR_342

alicuius animalis, an sit glans intestino ieiuno adnata, an parte interna cerebri sint membranę illud obuoluentes, sit ne cerebrum geminatum, sit ne plexus retiformis in homine, an in testinum dictum cęcum sit amplum vel angustum, & alia id genus multa quibus aliqui de re anatomica optime meriti Galeno refragantur, ea vero quę de acetabulis vuluę. 2. lib. cap. 31 dicit vesalius, quibus Galeno contradicit, dicta uit prius Arist. lib. 3. de hist. anima. cap. primo. de cornibus etiam vuluę idem quod vesalius dicto capite insinuauit Arist. licet illius nullam faciat mentionem.

Vaporibus caput irrupentibus licet applicare epithemata frigida quidquid mesue. 146. a. 25.
Venę an accipiāt vim naturalē ab hepate. 13. a. 25.
Venę non habent vim sanguinē gignendi. 14. b. 25. 27. a. 35.
Venę an aliquando regenerentur. 171. a. 25.
Venę aliquę gignuntur ante quam hepar. 36. a. 5.
Venis compressis nō excitatur apoplexia. 22. b. 15.
Venę an sentiant. 21. b. 45.
Venarum saluatellarum sectio cur prosit in passionibus hepatis & diuturnis febribus. 153. b. 5.
Venenatorum animalium morsu an frigida medicamenta sint admouenda. 168. b. 5.
Venus an debet sequi somnum. 48. b. 35.
Ventriculus nutritiur sanguine. 32. b. 10.
Ventriculus chilo alitur. 27. b. 5.
Venetę factionis equorum stercora odorabantur. 160. a. 40.
Vesica an trahat. 88. a. 15.
Vesica fellea an habeat neruos. 32. a. 40.
Vesica fellea an negotium accipiat a suo excremento. 16. a. 5.
Vesica an trahat vrinam, & an trahat purum excrementum. 15. b. 30.
Ver non est temperatum. 3. b. 25.
Vestes an sint ęstate oleo inficiendę. 44. a. 30.
Vermes dicti ascarides non dicuntur lumbrici. 53. b. 40.
Vina qua regione generosa gignantur. 180. a. 25.
Victus humidus qui dicatur. 109. b. 5.
Vinum quibus sit interdicendum. 35. a. per totum vbi multa de vino.
Vinum aliquod frigidum. 44. a. 5.
Vinum generosum ad confectiones eligendum. 143. b. 40.
Vina infirma quo loco sunt ponenda. 143. b. 30.
Vinum dulce an biliosis conueniat. 180. a. 5.
Vis vitalis fortior in pueris. 116. a. 5.
Vis vitalis quo modo est insita omnibus animalibus. 163. a. 5.
Visus quo modo fiat. 28. a. 35.
Visus non penetrat corpora solida. 1. a. 10.
Viperę an sint frigidi temperamenti. 139. a. 35.
Viperis capita & caudę sunt amputādę. 144. a. 15.
Vigesimum diem prętert Gal. vigesimo primo sed congruam rationem non exhibet. 92. b. 2.
Vitellus an sit frigidus. 139. b. 15.
Vmbelici sedes an sit in medio. 24. a. 10.
Vnguis ad quid homini secundum Platonem. 12. b. 30.
Vngues nutriuntur secundum Galenum quod noluit concedere vesalius. 13. a. 15.
Voluptas fit cum in totum secundum naturā pars celeritur redit. 56. a. 20.
Voluptatem an pręseferant brutę animantes ad coitum. 21. a. 25.
*Voluulus an sit crassorum intestinorum. 70. b. 5. si vis ꝙ citata parte Galenum non indicasse, ꝙ voluulus sit crassorum intestinorum, vt est etiā gracilium, sic textum expone, cum sit omnis periculosus voluulus qui quidem voluulus sublimium intestinorum est, dolores horum intestinorum sunt deteriores ijs qui sunt in intestinis crassis.
Vomitu an purgentur quę sunt in intestinis. 116. b. 35.
Vomitus quo anni tempore melior. 44. b. 50.
Vtero gerentes quo tempore sint medicandę. 115. b. 30.
Vteri strangulatus causa. 89. a. 5.
Vterus an ascendat & an Plato senserit quod Gal. de illo fuit arbitratus. 89. b. 30.
Vita hominis quo modo dicatur breuis, multaq; de vitę diuturnitate. 107. b. 10. 51. a. 30.
Vrina turbida alia est a crassa. 99. a. 40.
Vrina excrementum venarum. 48. b. 15.
Vua est pars corporis. 20. a. 10.
Vuluę strāgulatus remedia. 150. a. 25.
Vulnera capitis an postulēt purgationē. 157. b. 20.

X.

*Xenophanes dixit ęterna omnia enata esse, si theodorito credimus, dixi si credimus theodorito, quia Galenus libro primo de natura humana cōm. 3. reprehendit Sabinum, qui id xenophani tribuebat, iam vero ꝙ xenophanes hoc noluerit, non defuit qui illud affirmauit, si volumus hesiodo adhibere fidem. 8. a. 20.

UVA. BHSC. IyR_342

Errata quę meos oculos & amanuensis, & typographi subterfugere, potiora vero quę sensum vitiant notabit flosculus, cętera non multi sunt momenti, vt si iterum liber excuditur, & vt ab ijs etiam sit expurgatus.

*Folio. 2. a. linea. 2. super aquam terram locatam esse scripsit, eodem fol. ętherem cęlum esse sensit.
*Fol. 5. a. lin. 9. & ex hoc q̃ temperatus;
Fol. 6. a. lin. 33. in eo quod potestate.
Fol. 7. b. lin. 1. ad medicam facultatem.
Fol. 8. a. 3 q̃ magnus ille philosophus nihil monumentis literarum mandauerit.
Fol. 9. a. 35. excerpsi.
Fol. 9. b. 21. decembri. 22. penitiora. 23. diuagari.
*Fol. 10. a. 2. ecqui. 3. minime probauit nec improbauit.
Fol. 10. b. 36. deligendum.
Fol. 12. a. 34. quos Arist. reprehendit.
*Fol. 12. b. 12. sic innatę vestes * contra vllum horum munimenti.
Fol. 14. a. 29. facere deum.
Fol. 15. a. 8. hunc nodum.
Fol. 15. b. 45. quem bilis.
*Fol. 16. b. 28. q̃ in numero causarum defecerint.
*Fol. 17. a. 25. errasse apionem.
*Fol. 17. b. 29 deme carniuorum. 30. non est semper illi obuiam.
*Fol. 18. b. 12. Ambrosius, & 19. dicens sensibiles meatus.
*Fol. 19. a. 36. post tantum tempus. 37. non captus est oculis & occęcatus.
Fol. 19. b. 16. insomnia. 21. de prędagijs ex insomnijs.
Fol. 20. b. 35. sine viri concubitu.
Fol. 21. a. 26. tumultuarentur.
*Fol. 21. b. 31. panętius vt primo tusculanarum.
Fol. 22. a. 25. insitum est omnibus.
Fol. 22. b. 20. in centro suo neruosum est.
Fol. 23. a. 17. interni motus. 29. vel substantię.
*Fol. 25. b. 34. E G O. enim dicit crysippus.
*Fol. 24. a. 2. elemento ad motus expresionẽ. 45. haberi submissum volo. 45. in sinistro ventriculo cordis.
Fol. 24. b. 13. crytias.
*Fol. 25. b. 33. licet principalior.
*Fol. 26. b. 43. qui nomen pulsus.
Fol. 27. a. 7. membrorum princeps.
Fol. 28. b. 14. vindicemus. 16. spirituum. 25. nam iuxta ea.
Fol. 33. b. 6. à hectico. 21. * q̃ etiam si Aristo. negauit. 23. sed hanc mentem vel intellectum nõ esse partem animę.
*Fo. 34. a. 17. vita Diogenis, & 10. fames & mora.
*Fol. 38. a. 5. videbit etiam lector expositũ textũ.
Fo. 39. a. 20. farina quę plane tenuis est. 27. typhã.
Fol. 40. a. 10. nam si per melopepones. 21. deme id quod incipit a cęterum vlq; ad exprimit decimętertię lineę.
Fol. 40. b. 1. didici.
*Fol. 41. b. 22. de ozimo.
*Fol. 42. a. 23. illaudabilis sit nutrimenti.
Fol. 42. b. 37. murenę hamyę.
Fol. 43. b. 43. ex agris qui.
Fol. 47. a. 1. ex partium inter se attritu. 19. quo superioribus. 44. dicitur sitis. 45. fames appetitus ficci & sitis humidi.
Fol. 47. b. 9. conspergere.
*Fol. 52. b. 46. prędipue tempore quo lapis non vexat.
*Fol. 53. a. 12. sanitas est amissa. 15. bestiolę. 43. q̃ color qui aliquando morbus est reducatur ad imtemperię.
*Fol. 55. a. 6. esto enim q̃ dolor sit molestia, & 15. illę ad lęsionem.
Fol. 56. a. 39. suauior esset quam quando sit sensim.
Fol. 57. a. 36. sensoria alterationis. 43. fluctum.
Fol. 59. a. 41. aphorismo. 15. astipulatur.
Fol. 59. b. 11. aliter quam greci.
Fol. 60. b. 32. pinguedine. 34. accendi.
Fol. 62. b. 7. perspiratio prohibita.
Fol. 65. b. 18. satyriamus.
*Fol. 66. a. 30. quam istarum pulsus pulsibus tertianarum.
Fol. 66. b. 14. quartanum typum & 18. proroget.
*Fol. 67. a. 33. qui astronomię. 39. thales dum cœlum suspiceret intentus syderibus cecidit quem thracensis.
Fol. 68. a. 41. ad papulas.
Fol. 68. b. 27. erant qui sexto die.
Fol. 69. b. 22. q̃ minus imprimere possunt.
Fol. 73. a. 30. idem debuit sentire. 35. consuetudinis vim.
Fol. 73. a. 15. effundi solitum. b. 12. efficacius q̃ faciat vinum.
Fol. 74. a. 36. alterco hectico.
Fol. 74. b. 39. sola arte. 39. ex humore mordente obsepientes membranas.

UVA. BHSC. IyR_342

*Fol.76,a,4,ſiue diuidendi * 10.nam hinc videtur circa quę medicina verſetur. fol,77,a,34, leonicenus capitis,
*Fol,77,b,36,fit glaucoma,
Fol,78,a,9,ſecundo vulg,
Fol,79.a,37,ſatis non poſſum,
Fol.81,b,17,qua exeremenţa.
Fol,83,b,31,conſiſtat in corde,
*Fo.84,a,36,huius mali ſeminariū dicit eſſe,Ioannes vero farnellius libro de abditis cauſis, b,6, ſed ſat Galeno eſt viſum,
*Fol,85,b,9,equidem quoſdam,41,aliquando in paralyſim finiatur,
*Fol,86,a,36,in conuulſione vero pars ęgra ſanā trahit.b,3,aut tuberculum,
Fol,88,a,26,de diabete loquente,b,28, athenienſium lege prohibitum,
*Fol,89,a,35,& vteri ſtrangulatum, q̄ iu hoc nō eſt conuulſio, & in epilepſia eſt,
Fol.91, b,9, orthopnœa quam aſthma,
Fol,93,b,15,cornix,
*Fol,94,b,29,ſi exacte peracutus,
Fol.97,a,43,q̄ quaternariū numerum,b,46,non exacte peracutus,
Fol.98.a.35.typhonianiam.
Fol.99.a.22.deme deſiderat.
Fol.100.b.8.pſathiras.
Fol.101.b.9.inducatur nigredo,31.& in ſanis,
Fol,103.b.31.cum febris aſsidua.
Fol, 105, a, 3, dictum eſt hic q̄ forſam loquebatur Gale, de rigore qui ſoluit febrem ardentē,cum porro hic rigor non veniat in annotatione febris ſed in ſtatu demendum hoc ſentimus vbi hic legitur q̄ Gale.ſenſit.8.de decretis,febrē intermittentem eſſe acutam legendum eſt.3. lib. apho. apho,29.
Fol, 106. a. 46, quam aſtrologi per ſydera. b. 15, quam quod alteri,
Fol.107.b,33.illam proruere.
Fol, 108, a. 14, plures ſunt qui quadraginta annos non attingunt.
Fol.110.b,21,humores qui tumultuantur,
*Fol.112.a.12.cuius ſum multis de nominibus amātiſsimus,b,115,phtiſi.
*Fol.113,a.35,cenomanus,
Fol.114..a.2. potiſsimę mutationes.b,44.neminē.
*Fol,115,a.26.aſi naturalis vel vitalis patiętię vel firmitatis imbecillitatem dixiſſent, 34. nonum q̄.b,20,de die natali,
Fol,118.b.4,ad hos etiam,39.prȩceperit,
Fol,120,b.2.hydropem.
Fol.122.b.31.hos vere,
Fol.124,a.36.melancholica,
*Fol, 125. b, 35. videtur contra id,127,a.21.quam re nullius.
Fol. 129, a, 20, q̄ aqua non poſsit exiccare. & 23, contendit.
Fol,132,a,36.inſomnias*,b,28,aſtringens natū eſt refrigerare,
Fol.137.b,45.hic vero dicet,37.irrumaret,
Fol. 138. a, 5. q̄ coagulum iuuat eos.b.9. in oppido,13,ſed aerem qui ambit attrahat animal,
*Fol,140.magis lęderentur brutę animantes,
Fol,141,a,38,1.de vſu parti,
Fol.144,a,7,ſub frutice,b,31,repertarum,
Fol.146.b,39,meſereum,
Fol,150,a,25.in quo,
Fol,151,b,9,deme & aliquot,
Fol,153,b,17.quia cutis.
Fol,156,b.20,potes,21,non locatur,
Fol,160.a,12.de quo egimus,
Fol,162,a.20,ſcriptores in hoc vitium,
*Fol,169,a.17,notam illi affricat,q̄ dixit de ęgro tante meliora vt huic attalo,21,enico,
*Fol.170.a.16.admoto carpo ei parti.
Fol.175.a.11.quidam medicus,
*Fol.174.a,13,bulimum.fol.175,a,5,primo die,
*Fol,183.b,38.excitatur,

*Textus vltimus qui habetur annotationibus libri de fœtuū formatione eſt libri qui hunc prȩcedit.

Ex libello de naturę querela.

Folio.9.b,linea.45,largitā.
Fol.10.a.lin.2.perijt.
Fol,11.a.lin.4.aſpirare &.33.velle,

UVA. BHSC. IyR_342

ALPHONSI LVPEII CVræleani fere in omnes libros Galeni annotationes, quibus obscura, & difficilia, atque quæ in hoc autore videntur pugnantia, breuiter & dilucide explicantur.

Annotationes in primum librum de elementis Galeni.

ALia quidem Aquilis, & Lynceo, & si quis alter homo, aut aliud animal, videndi acumine pollet.

¶Fuisse hominem nomine Lynceum, qui visu subterranea penetrabat, à Galeno libro de cuiusq; animi peccatorum notitia fuit commemoratum, quod etiam Plutarchus (vt pausaniam & alios historicos taceam) libro de capienda ab inimico vtilitate asseruit. Id vero aliqui nominum conuenientia decepti, è quorum albo fuit Cantuarensis. 1. lib. Perspectiuę cap. 5. Lynci qui inter quadrupedes clarissime cernit fallo adscripserunt. Caterum vidisse magistrum Oliuares astrologiæ in Salmanticensi academia professorem, hominem quendam qui veluti alter Lynceus visu tranabat parietes, & vt ita dixerim terebrabat: ab ipso certe qui mihi fuit amicitia cõiunctus, cum de perspectiua nobis sermo esset, ego nõ semel audiui: hæc tamẽ non succinunt ijs quæ Arist. 11. Sect. proble. prob. 61. scripsit. Vbi aspectũ corpora solida nõ posse penetrare (eo scilicet quòd aspiciendi delatio per directum profluat) fuit professus: huic rationi conatur satisfacere cantuarens. citato loco: dicens, nullum corpus quamuis solidum carere omnino perspicuitate, qua parte nõ diffitetur esse homines, qui visu interiora terræ penetrant: sed certe esto quod verum sit, nullum corpus à perspicuitate esse immune, perspectiui illius autoris ratio vacillat, cum corpus quod solis luci non est penetrum, non videtur quod luci per oculos emissæ, vel ijs quæ à corpore lucis immuni effluunt, penetrium esse possit: nisi quis asserere audeat, posse aliquorum oculorum lumen talis naturæ esse, quod possit interiora rei denię illustrare, quod solis luci non est concessum: sed certe ad aliud quàm ad visus perspicaciam id quod de Lynceo & alijs huiusmodi hominibus dicitur puto referendum, debent esse ex illusorum genere, vel ex eorum decuria, qui malo afflatu vltra id quod oculi possunt se facere pronunciant. Quid enim potest magis veritati dissonare quàm dicere esse familias, quibus hoc videndi munus sit cõcessum? Certè à viris & non è circulo audiui, eos qui ad auriendos fontes subterraneas aquas inuestigant, peculiari munere visu subterranea penetrare: acceperunt hoc ab impostoribus qui id impudenter sibi vendicant. Plinius porro tantum abest, quòd huic delusioni se addixerit, quòd fabulosum credit, quòd de Lyncei mirabili videndi natura aliqui scripserunt: ijs verbis. 2. lib. cap. 7. ait, nouissimam inquit lunam nullo alio in signo quàm in ariete conspici, id quod & paucis mortalium contingit, & inde fabula cernendi Lynceo. Notata hæc à me intelligat lector, non quòd arbitrer ad textus Cale. expositionem multum conferre, sed quia & cum alijs autoribus quàm cum medicis sermonem in ijs commentarijs sum habiturus, non ab re visum est, hæc obiter attingere, quando quod de Lynceo dicit Gal. id videbatur exposcere, & ad alia quæ de ratione videndi. 7. lib. de Decretis & alij. locis dicemus, nonnihil sunt commodatura.

Sicut nihilum plus accidit ex eo, quòd duobus ossibus, vel pilis, vel alicui parti sensum non habenti acus adigit.

¶Hac parte ossa nullo sensu esse prædita, Gal. videtur tentire. At lib. de Multitudine non omnia ossa sentus esse expertia innuit, ait quidem, sensu nullo videntur esse prædita ossa quædam & pinguedo. Si enim omnia ossa à sensu esse immunia ille sensisset, neutiquam quædam addidisset. Nec

UVA. BHSC. IyR_342

pro dentibus id erat dicturus, nam dentium moles & numerus paucus est ad cæterorum ossium molem & numerũ collatus: quare si pro dentibus id dixisset, proprior esset oratio nulla ossa quibusdam exceptis sentiunt. lib. etiam de ossibus dicens euidentem sentiendi vim habere dentes inter ossa, non negat reliqua ossa licet non tam euidenter sentire. Quòd si vngues sentiunt vt lib. 2. de Anotomicis administrationibus dixit, non videtur à ratione alienum, quod ossa quæ commercium habent cum neruis sentire possint: dicens etiam Hippocrates lib. 4. de morbis, circa osseas corporis partes hominem maxime rigere ossa sentire vilus est insinuare, quod si durities dentium non obstat, quo minus illi sentiant, quid in inossibus quæ à vi animali possunt irradiari obstare potest?

Dolor enim, vt etiam retro diximus, duo hæc exigit necessario, alterationem simul & sensum.

¶Doloris causam esse continuitatis diuisionem, aut alterationem aliquam dixit. 12. Methodi, cum hic dicit necessario dolorem esse cum alteratione, videtur aliud sentire quàm citata parte, sed licet diuisio dolorem gignat, non potest in hac diuisione pars non alterari, quare prelsius sumit nomẽ alterationis libro de Methodo, quàm hac parte quam exponimus. Hic enim, & impressionẽ quam facit res quæ continuum soluit, sub nomine alterationis complectitur.

Omnis siquidem quæ ex pluribus fit compositio, si talia seruauerint semper, quæ componuntur, qualia sunt ab initio, nullam extrinsecus nouam speciem assument.

¶Hinc persuasum cuilibet esse debet, in Antidotis quę ex medicamentis quæ nullam repugnantiã habent sunt composita, nouam formam non laboriri, si laboriretur quidem, transmutarentur, ac multiformiter alterarentur medicamenta, hæc vero transmutatio, atq; alteratio, vbi non est repugnantia non fit.

Tales autem & Anaximander, & Heraclitus, vnam ex ipsis aliquod quod cunq; fore ponentes, mihi videntur omnes illi somniare materiã, quæ communis subijcitur elementis.

¶Augustinus Eugubinus rationibus & aliquorum autoritatibus Annisus cõtendit, figmentum esse quod de hac prima materia tradiderunt philosophi, Augustino fuit adstipulatus Ioãnes industrius, qui fabulam commentitiam incorporeæ, & informis materiæ esse dixit, sed horum autoritas non tanta est, vt nulla adhibita ratione, summi philosophi autoritatem proruat.

Nam scientia naturalis de corporibus quę generationi & corruptioni, atq; omnino transmutationi sunt obnoxia, considerat.

¶Non intelligas, quod velit, quod solum de ijs consideret scientia naturalis, nam considerat etiã de cælo, quod corruptioni non est obnoxium, sed ad sua probandum, sat Galeno est, quod præcipua philosophiæ consideratio, sit de corporibus obnoxijs interitui.

Si vero vnum sit medicamentum, vna ægritudo, nullum erroris periculum.

¶Licet vna esset ægritudo, vtpote calida intemperies, & vnum medicamentum vtpote lactuca, posset esse error in exhibẽda quantitate medicamenti: quando igitur dicit nullus erit error in inueniendo medicamento intellige.

Quod si neq; dolor, neq; voluptas omnino ineſt impatibilibus elementis, neq; memoria, neq; recordatio, neque phantasia, radix enim quædam, & veluti fons horum omnino est sensus.

¶Hippocrates sentiens fontem facultatis interioris esse sensum, opinioni Aristotelis & non Platonis astipulatur, hic enim animæ ingenitam esse scientiam dixit, de qua re libro meo de arte curatiua. Cæterum & aliquis putabit, voluisse Hippocratem animam esse mortalem, quando sine adminiculo sensuum non esse memoriam neq; recordationem sensit, sed quæ dixit de ijs quæ ex elementis componuntur sunt intelligenda, nec inficiamur voluisse Hippocratem, animam quæ vegetat & sentit esse mortalem, de qua re alibi.

Neque

UVA. BHSC. IyR_342

Neq; ob hoc ipsum quidem, mundum ex quatuor elemẽtis consta re concedamus.

¶Ex quatuor elemẽtis orbem constare, Galenum voluisse ex hoc loco colligitur, qui tertio progno. commento. quartanæ quoque conditio sic disposita esse dicit elementa, vt in medio eorum terra posita sit, extra sit mare, quod ambiat aër, illum æter, demũ ijs omnibus cælum sit obtentũ. Cæterum si sumit æter vt Plato in Thimæo, qui dixit esse purissimũ aërem, claret sub orbe lunæ no luisse esse ignem, Arist. porro. 4. lib. de Physico. auditu cap. 5. supra aërem ponit æter, qui iuxta ea quę scripsit. 2. lib. de Genera. & interitu cap. 3. per æter debuit intelligere ignem. Vel si mauis ignitum: libro tamen de mundo per æter intellexit cælum, qua parte non negat, quòd supra aërem sit elementum ignis, vbi dicit esse quinq; elementa, quorum vnum dicit esse cælum. Cicero etiam 2. lib. de Natura deorum æter cælum esse sensit. Cæterum diuus Basilius Homilia. 3. in Examero ætera dicit esse ignitum & perurentem quem indicat esse sub orbe lunæ. Porro Hippocrates dicens libro de Carnibus, quod calidum ab eo vocatum æter, in supremam circunferentiam secessit, cælum videtur intellexisse. Plato in Epinomi. supra æterem collocatum ignem sensit & sub ætere aërem, per ignem intellexisse cælum Platonici aliqui exponunt. Platonicos enim noluisse, vt supra elementum aëris sit aliud elementum, dicit diuus Augustinus. 22. lib. de ciuitate dei. libro vero de vniuersitate Cicero qui Platonicus est ignem supra aërem collocauit, sed per ignem syderum lumen intelligit. Non est vero hæc quæstio tam momentanea vt quenquam exercere debeat. Quicquid enim dixeris habebit fulcra. Mirari vero subit, quòd Diuus Chrisostomus Homi. 12. in Genesim, Super terram aquam esse locatam scripsit, idq; voluisse Prophetam psalmo illo super maria fundauit eum, & super flumina præparauit eum, aliqui Theologi scribunt, quibus verbis dicunt significari, interiora terrarũ aquis abundare, nec minus stagnare, quàm apud nos Oceanus. Hinc dicunt fontes oriri: ab hac sententia non ablusit Seneca. 3. lib. naturalium quæstionum.

Et plurimus calor in corpore animalis ignem adesse significet. Et spiritus natura, sine qua animal constare non potest.

¶Spiritus naturam, vel naturæ spiritum esse dixit lib. 6. Epidemi. comm. 5. in qua re non sibi aduersatur, qui. 11. Metho. reuocauit in dubium, an sit spiritus naturalis, locis citatis vulgarium morborum scilicet & Methodi, rem hanc respondentes argenterio, excutiemus.

Animalibus vero illam quæ fit ex istis generationem adimamus.

¶Ex elementis fieri generationem dicit Gal. hac parte, quam & alia quæ ad hanc rem toto libro de elementis scripsit si consideras, inuenies illum voluisse, ex substantia elementorum mixta conflari, huic sententię accessit Plato in Thimæo. à qua videtur ablusisse Aristoteles. 2. de Parti. anima. cap. primo, qui ait: cum triplex sit compositio, prima statui potest ea quæ ex primordijs conficitur, ijs quæ nonnulli elementa appellant, terram dico, aquam aërem, ignem, sed melius fortasse dici potest, ex virtutibus confici elementorum, ijs quæ non omnibus, sed vt ante expositum est, humiditas enim & siccitas, caliditas, & frigiditas materia sunt compositorum, hæc ille fuisseq; hanc sententiam Aristotelis, ex ijs quę Galenus dicit. 2. Methodi dicunt aliqui colligi, quippe ait Galen. Aristoteles qualitates tantum in se mutuo transire, omninoq; misceri dixit, Stoici non has modo, sed etiam substantias ipsas existimant, verum Galeni verba, alio tendunt, non vult quidem quòd Aristoteles noluerit substantias elementorum manere in mixto, sed quòd ille noluerit: vt se contemperentur, vt Stoici voluerunt. Cæterum cum Galenus parte eadem dicat, Aristotelem demonstrasse, calidum, frigidum, siccum & humidum esse compositorum primordia, insinuat ex mente Aristotelis, non solum qualitates, sed etiam substantias in mixto manere, calidum quidem & frigidum non pro qualitatibus, sed pro substanttjs ibi sumi intelligendum est, siquidem dicit Galen. modo quo Hippo. calidum & frigidum esse primordia scripsit, idipsum esse ab Aristotele assertũ, quare non ratione vacat, quod parte de partibus animalibus iam citata, noluerit Aristo. ex substantijs elementorum non confici mixta, sed quòd non gignantur ex illis attemperatis.

Adeps vero humidum & calidum.

¶Cum adeps ex frigiditate gignatur autore Galeno. 2. lib. de Temperamentis, mirum alicui videbitur, quòd sit calidus, sed calidus est, si ad cutem illum confers, frigidus vero si ad sanguinem. Sed

UVA. BHSC. IyR 342

dices mulieres & vitam seſulariam agentes illo magis abundare, quod nota eſt, vt frigidus ſit, nota quidem eſt hæc, vt ſit ſanguine minus calidus, non tamen quòd abſolute frigidus ſit, ſunt quidem mulieres, & homines obeſi frigidiores quàm carnoſi, vt ex citato Galeni loco colligitur, non tamen ſimpliciter frigidi ſunt nominandi.

Ignis ſummam habet caliditatem, & ſiccitatem.

¶Summam ſiccitatem alij non tribuunt igni, effectus vero qui ab igne proficiſcitur, ſatis vehemẽtem ſiccitatem arguit, porro q; Galenus voluerit ignem ſumme ſiccum eſſe, duasq; ſummas qualitates habere, infra oſtendemus, diuus vero Baſilius homj. quarta in examero cui arabs aliabbas aſſentire video ſolam vnam genuinam qualitatem cuilibet attribuit elemento, quod non eſſe dignũ quòd à Philoſophis recipiatur, in Enchiridio probaui, nam ſi altera qualitas eſt aſcititia, deficiente quod illam conſeruet, periret, quare ſi in humido loco ignis eſſet ſiccitatem amiteret.

Sed ſi fatearis, aliquod eſſe maxime humidum elementum, ſimul autem aliud aliquid eſſe dixeris prẽter aquam, extrema erit dementia.

¶Hac in parte voluiſſe Galenum nil eſſe aqua humidius, quod etiam primo libro de Simpli. medica. fuit proteſſus, nemo debet in dubium reuocare, expoſueramus quondam ad effectum quẽ aqua facit in corpore humano Galenum reſpexiſſe, licet ſimpliciter aërem humidiorem ſenſerit, eo modo intelligendum cenſebamus dictum Aetij, qui primo capite primi libri, nil eſſe aqua humidius dixit atq; dictum Actuarij, qui capite ſecundo primi libri Methodi idipſum docuit, porro cõſiderantes, quòd de ijs quæ quatenus medicamenta ſunt alterant primo de Simp. medica. facultati. locutus fuerit Galenus, non abiona viſa eſt expoſitio, verum expendentes, q; hac parte de elementorum qualitatibus ſimpliciter conſideratis agit, aliud in præſentia ſentimus, credimusq; Galeno hanc fuiſſe ſentẽtiam, quòd nihil ſit aqua humidius, neq; aliud voluiſſe Ariſtotelem colligi poteſt, ſenſit quidem. 2. lib. de Generatione & interitu cap. 3. ſingula corpora ſingulis qualitatibus inſignia reddi, aqua frigore magis quàm humore, aëre humore potius quàm calore, id vero dicens noluit q; aër ſit aqua humidior, ſed quòd ſit inſignior humiditate potius quàm calore, cæterum nec Galenus in illorum philoſophorum eſt ſententia, quòd quodlibet elementum vnam tantum qualitatem ſummam habeat, ſummam quidem caliditatem & ſummam ſiccitatem dicit habere ignem, ſummam frigiditatem & humiditatem habere aquam, porro ſi ſummam humiditatem habet aqua nil eſt aqua humidius, eſto vero quòd fateamur aërem etiã ſummam humiditatẽ habere claret, quòd ob modum ſubſtantiæ magis poterit aqua humectare. Nec deſunt qui dicant aërem ſua natura potius eſſe ſiccum quàm humidum. Quòd ſi maxime humidus philoſophis dicitur, in hoc ſenſu dicunt illos intellxiſſe, quia minime proprio termino terminatur, hoc dicit muſa comentario. 4. in librum de ratione victus in morbis acutis comento primo. ex dicta ratione ſequitur dicẽdum fuiſſe autoribus humidum ignem vel æter. Autoritas etiam Ariſtotelis citata eſt contra illum.

Nam quòd ſit igni caliditas ſumma, & quòd hęc materię aduenies ignem conſtituat, omnes Philoſophi conſenſerunt.

¶Ex hoc textu, & alijs quos ad hunc modum Galenus ſcripſit, ſumpſerunt multũ occaſionem credendi, nullas alias formas quàm qualitates Galenum elementis tribuiſſe, hi porro non ab re de Galeno id crediderunt, errarunt vero illi, qui putarunt, caliditatem & frigiditatem Galeno dici ſubſtantias, non ſemel enim ſed identidem, hoc libro qualitates illas vocat. Cæterum non ſolum Galenus ſed Alexander & Philoponus etiam ſenſerunt ex materia & qualitatibus elementa conſtare, & quòd animaduerſione dignum eſt, omnes Philoſophos id conſenſiſſe hoc textu dicit Galenus, niſi quis intelligat, id ab illo eſſe traditum, eo quòd ſemper quòd eſt ſumma caliditas, & ſumma ſiccitas in materia, non deeſt forma ſubſtantialis ignis, verum ſi quicquid hac parte Galenus ſcripſit ad vnguem excutimus, reperiemus, illum ex ſolis qualitatibus & materia elementa conſtare voluiſſe, inueniemus etiam materiam non tam abiectam illum ac Ariſtotelem ſenſiſſe, non tamẽ videtur à quo habeant eſſe elementa, ſi illis non eſt forma ſubſtantialis, nam materia inferioris eſſentiæ eſt, quàm vt ab illa eſſe ſuſcipiant elemẽta, & eſt materia omnibus elemẽtis communis. Qualitates vero quomodo illud eſſe quod ad ſubſtantiam attinet poterunt impartiri. Sed hi philoſophi arbitrari debuerunt eſſe quod habent elementa parum vel nihil aſcendere ſuper eſſe quod habet materia, & materiæ maiorem gradũ tribuebant quàmuis etiam mirari ſubit Galenum, qui libello de

UVA. BHSC. IyR_342

lo de ſubſtantia faculta. natura. dubius fuit, an elementorum ſubſtantiæ, vel ſolum qualitates ſe totę contemperentur, ſi enim iuxta illum ex qualitatibus & materia conſtant elementa, ad quid attinet indagare an materię elementorum miſceantur, vel ſolum qualitates, cum enim materia vnius elementi ab alia non differat, quę contemperantia poteſt eſſe in elementorum materijs?

Quapropter ſtatim quidem poſſunt, rurſus inuicem ſeparari quędam ex ijs quę cõmiſta ſunt, quod ſi longius tempus cõmorentur, ita vt totum vniatur, impoſsibile eſt, vt etiam diſtinguantur, ac ſeparẽtur.

¶Ponit pro exemplo miſcellam quę fit vini cum aqua, ex ijs porro quę hac parte dicit, patet, quod id quod dicit Plini. 16. lib. cap. 35. quòd ſi in vas ederæ infundatur vinum dilutum quòd transfluit vinum, remanente aqua, quod ſolum habet veritatem quando paucum interceſsit tempus quo facta fuit mixtura, idem etiam intellige de alijs modis, qui ad extrahendam aquam ex vino viri de agricultura ſcriptores tradiderunt.

Annotationes in ſecundum librum de elementis Galeni.

QVod igitur ex ſanguine matris omnes animalium ſanguineorum partes ſint genitæ, cuilibet eſt manifeſtum.

¶Eandem ſententiam profeſſus eſt commento primo de natura humana, idipſum etiã docuit. 2. lib. de Facult. natura. vbi dicit, principium efficiens eſt ſemen, materiale menſtruus ſanguis, qua parte os, Cartilaginem, & Arteriã, dicit ex ſanguine facta, ijs autoritatibus videtur obſtare quod dicitt. 14. lib. de Vſu parti. cap. 1. vbi ait non enim quidem ſanguis menſtruus prima eſt materia atq; gignendi animalis propria, quemadmodum demonſtrauimus, ſed ſi bene hanc autoritatem expendis, videbis nulla re à prędictis diſſonare, verum eſt enim, quod materia prima ex qua gignuntur partes ſpermaticę eſt ſemen, at quatenus ſeminis parua eſt in vterum deiecta moles, & nutrit iſtud & amplificat ſanguis, hactenus corporis partes ex ſanguine prope omnes gigni dicuntur, vt ipſemet luculenter explicat. 1. lib. de Natura humana commento illius, cæterum mea quidem opinione, ſemen igitur ſi illud conſideras quatenus ab illo generatio incepit, eſt prima materia & propria, ſi vero molem eius attendis, quę parua eſt præ ſanguinis quantitate, vix meretur dici principium materiale. Hoc vero non eſt prætereundum quod libro de Semine dicit Galenus ſanguinem aliquid efficientis habere de qua re citato loco tractabimus.

Ex his humoribus homo genitus eſt, & generationem atq; enutritionem ex his habet.

¶Clare hinc patet, Galenum voluiſſe, non puro & ſimplici ſanguine membra nutriri, ſed ſanguine vtranque bilem & pituitam complectente, ſed quod bilis non ſit nutrimentũ, quia quanuis pauca totum ſanguinem amarum reddet, credet aliquis, ſed tantum eſt beneficium ſanguinis, quod amarorem bilis deliteſcere facit, videmus id in ſanguine animalium quem deuoramus, niſi quis audet contendere, per venas hominis ſani nullam bilem diſſeminari. *facit. 9. 2. aph. 37.*

Sed horum quidem plurimis qui ſufficienter ſunt extenuati, non parum profuit noxij humoris euacuatio.

¶Multi & tantillam extenuationem videntes, pharmacum purgatorium exhibere verentur, ſed ſi ſuis fortibus medicamentis purgabat Galen. tutius nobis clementibus medicamentis quæ habemus, idipſum licebit facere.

Naturalis quędam potentia ineſt vnicuiq; eorum quæ ſibi conueniunt attractiua, ſicut lapidi Herculeo ferri.

¶Videtur quod voluerit non ſimilitudine, ſed alia qualitate lapidem Herculeum ferrum trahere, quod non eſt conſonum ijs quę lib. 3. de Simp. medica. facultatibus dixit, ſed hęc naturalis potentia ex ſimilitudine proficiſcitur.

UVA. BHSC. IyR_342

Annotationes

De temperamentis liber primus.

Fieri nequit vt in eodem corpore contrariæ qualitates vna consistant.

¶Huic sententiæ videtur aduersum, quod idem autor dicit libro de Inęquali intemperie, qui his verbis ait, neq; enim si hominem sub sole feruido statuas, & aquam illi frigidam infundas, fieri potest vt non simul & à sole calorem, & ab aqua frigus sentiat, sed si textum de temperamentis expendis, videbis non fuisse Galeni mentem, quòd contrarię qualitates vna consistere non possint, sed quòd contraria temperamenta vna non possint consistere, sentiens quippe ille, quòd qualitates elementorum per totum corpus contemperentur, quo modo abnuere debuerat, contrarias qualitates vna consistere non posse, quare vbi habetur qualitates, temperamenta est legendũ, vel vbi legitur consistere, est legendum dominari, vt sic litera habeat, fieri enim nequit vt in eodem corpore contrarię qualitatis dominentur. Cæterum an à contrarijs qualitatibus simul corpus possit affici, libro de Inęquali intemperie discutietur.

Neq; enim alio quàm ad hanc temperatam naturam sunt intenti, cum sanitatis tuendæ vitia inuestigant, calidius iusto corpus iubentes refrigerare, vel frigidius excalfacere.

¶An hęc pugnent cum ijs quę arte medicinali, & libris de Sani. tuenda dixit (cum cõseruationem per similia dixit fieri) libro de Sani. tuenda declarauimus.

Cum enim calidum & humidum, atq; etiam ~~lucatron~~ eucraton existimant ver esse, hi se manifeste decipiũt, quare neutrum immodice, cum tamẽ ipsis autoribus excessum quẽdam indicet quoduis talium nominum.

¶Ex hac parte, & alijs quas in hoc libro scripsit Gal. colligunt multi, voluisse illum ver esse temperatum, nec tantillum ad calidum & humidum declinare, verum si bene dispiciunt, intelligent, non negasse Galenum ver esse calidum & humidum, sed non eo modo calidum & humidum, sicut aliqui autores sumebant, quippe excessum quendam quoduis talium nominum significabat, vult igitur Galenus non esse ver calidum in excessu vt æstas, neq; in excessu humidum vt hyems, non tamen diffitetur, in quadam mediocritate has qualitates habere, idem sane primo libro de Natura humana videtur sensisse. Porro Hippocrates hoc libro quem nunc citauimus tex. 38. calidum & humidum vt sanguinem ver esse sensit, Galenusq; ineunte vere sanguinis augmentum ponit. Dixerat Hippocrates æstatem esse calidam & siccam, quia in ea abundat bilis, arguit Galenus, eadem ratione sequeretur sanguinem calidum & humidum non esse, sed temperatum, quia in vere tempore temperato sanguis abundat, non diluit argumentum, sed adstipulatur Hippocrati, quod gignitur in vere multus sanguis, vtpote in tempore quod eãdem naturam cum sanguine habet, neq; id quod libro de Temperamentis dicit Galenus, quòd tempus calidum & humidum est cæteris peius verum est, nisi cum est immoderate humidum & calidum, alias sanguis ipse, quem calidum & humidum fatetur, inter omnes humores graniores morbos pareret, quid multa Gale. in textu quem exponimus, non negat ver calidum & humidum esse, sed negat esse immodice tale huic nostræ expositioni adstipulantur, quæ ipse Galenus Hippocratem exponens dixit. 8. lib. de Decretis Hippocratis & Platonis.

A sicco quicq; putrefieri non est aptum, nec à frigido.

¶Quidam conati sunt probare à frigido fieri putrefactionem, porro licet ex accidenti frigidum debilitando scilicet calidum putrefactionis possit esse causa, per se vero nunquam ab illo quicquã putrefieri potest. Quod si considerasset quidam Cęsar optatus, non sic laborasset in probando, q; frigidum putrefacere possit. Cęterum Alexander trallianus. 12. lib. cap. 2. & à siccitate fieri putredinem dixit, qua parte & adustione fieri putredinem dixit, sed totum hoc est paradoxum.

Id autem genus est hominis cutis, vtpote omnium extremorum calidi, frigidi, humidi & sicci, verè media.

¶Hac

UVA. BHSC. IyR_342

¶Hac in parte,& alijs quę ſubſequuntur,videtur Galenus ſentire, aliquid vere medium reperiri,in quo nec calidum frigidum ſuperet, neq; humidum ſiccum, idq; eſſe corporis temperati cutim ab eo edocetur.Cęterum licet cutis hanc mediam naturam habeat,non eſt negandum,quod in calido natiuo hominis temperati calidum exuperet,nam ad cutem refert ſanguinem Galenus, quem calidiſſimum dicit, ſanguis vero quodammodo eſt hominis calidum, ratione vero calidi natiui dicitur homo & omnia animalia ſanguine prędita ad calidum declinare,ſecundo quidem de temperamentis ad id attendens,inter animalia frigida & ſicca nullum prędictum ſanguine numerauit.Porro quia oleum eſt ſimile calido hominis natiuo,ideo dicitur ſecundo de ſimplici.medica,facul.tempe ratum,ſexto vero de ſimpli.medica. faculta. &.3.lib. de Temperamentis dicitur calidum, quia ad cutem illud refert,iuxta id potes diluere,id quod dicitur lib.2. de Simpli.medica.faculta.qua parte habetur,in homine calidum ſuperare. Cęterum quia homo inter cęteras animantes temperatior eſt,ideo calidi natiui commenſurati maiorem copiam habet, ad hunc ſenſum dixit Ariſt. 4. Secti. proble.problema.6.hominem omniũ animalium eſſe maxime calidum.Ad hunc modum expoſui mus in Enchiridio.Hominem eſſe calidum & humidum, qua parte etiam explicauimus quomodo Galeno dicatur ver temperatum ex dictis patet, quomodo intelligendum eſt illud Galeni.1.libri de Simpli.medicamentorum faculta. cap. 12. vbi dicit,cutem frigidam eſſe & duram:frigida quidē eſt,comparata ad calidum hominis,licet ſimpliciter ſit temperata.

Sub ea vero ſunt alia genera permulta, animal quidem,auis,piſcis, ſtirps,arboris & herbę.

¶Multi latinorum,ſtirpem diuidunt in arborem & frutiecm & herbam Gal.hac parte ſtirpis duo ſolum genera fecit,arborem ſcilicet & herbam,ſub arbore fruticē complectens, Ariſt.porro lib.1. de Plantis,plantarum facit plures ſpecies,ait plantarum alię ſunt arbores,frutices alię, herbę aliæ, alię olera,alias arboris differentias ponit Gale.1.lib.de Antidotis,de quibus ibi.

Homo temperatus habet optimam formationem, quæ fortaſſe bonam quatuor elementorum temperiem eſt comitata, fortaſſe diuiniorem aliquam ſuperne originem habet.

¶Diuinam hanc originem ab aſtris infundi debuit credere Gal.videbatur quidem illi,quod ſi quā do fit conceptio iuuant aſtra,affluentius iuuaſſe, quādo temperata fuit facta mixtura quam quan do elementa ab hac deficiunt,ſenſit etiam Gal.Vt ex ijs quę infra dicit colligitur,calidum,frigidū, & humidum & ſiccum eſſe inſtrumenta formationis, & formatorem eſſe diuinum, quem putauit quid excellentius imprimere in corpore temperato,quàm in alijs.

Calidiſsimum eſt ſanguis.

¶Eſt calidiſsimus ſanguis calore natiuo,vt ſecundo de Temperamentis dixit, calore quidem aſcititio calidior eſt bilis, vnde tollitur controuerſia, quę aliquos torquere poterat, frigidum porro ſanguinem eſſe quo ad ſubiectum dixit.2.lib.de partibus animali.cap.2.Ariſt.quia extincto calore citra dubium frigidus eſt,calor quidem naturalis,qui cibo ex quo gignitur ſanguis impartitur,nō eſt illi genuinus,ſed aliunde illi venit ab hepate ſcilicet vel à corde,non quidem panis vel lactuca vel beta ex ſua natura habent hoc calidum natiuum,vt igitur ligno quod aduritur calor venit ab igne,ſic & cibo qui in ſanguinem vertitur ab hepate vel corde, hoc modo dicemus ſanguinem dictum frigidum ab Hippocrate libro de corde. Alexander vero.5. lib.Proble. proble.5. dixit,ſanguinem eſſe frigidum in hoc ſenſu, quod non habet plenam coctionem, ad nutrienda membra, niſi amplius elaboretur. Quomodo vero intelligendum ſit dictum Hippocratis, qui dixit ſanguinem calidiorem bile ex dictis iam patet.

vide Peramatum lib de Humoribus c. 8.

Molles autem nerui in humiditate & ſiccitate mediam naturam ſicuti cutis obtinent, nam in altera oppoſitione, quæ eſt calidi & frigidi in medio non eſt.

¶Non videntur ijs cohęrere quę dicit.2.lib.de Temperamentis, vbi ait proxima cuti eſt mollium neruorum natura,duriores autem in humido & ſicco ſecundum cutis naturam ſe habent.Puto hu ius autoritatis hunc eſſe ſenſum, quod mollium neruorum natura eſt proxima cuti,eo ſcilicet, q̄ in humido & ſicco eadem eſt, quia tamen in frigido euariant non eandem cum cute temperaturā

UVA. BHSC. IyR_342

obtinent. Cęterum duriores nerui ſecundum cutis naturam in humido & ſicco ſe habent, in hoc ſenſu ſcilicet, quod duriorum neruorum natura eſt habenda, ideſt expendenda in humido & ſicco ſecundum cutis ſubſtantiam, quia quo cute ſunt duriores, hoc cute ſicciores ſunt habendi, eorum vero temperatura in calido & frigido ex alijs vt citata parte dicit Galenus eſt exploranda, ſi hęc expendiſſet Leonardus Fuchſius non diciſſet hunc textum eſſe vitiatum.

Itaq; humidius quàm cutis cor eſt, quanto ſcilicet eſt mollius.

¶Si perſpexiſſet Auicenna, cor eſſe mollius cute, non illud ſiccum eſſe docuiſſet.

Quoniam autem adeps cogitur per id quod valde eſt frigidum, idcirco calfacta liquatur, cæterorum coagulatorum ritu, circa calidam particulam.

¶In enchiridio hanc ſententiam Galeni non probandam ſenſi, dixiq; pinguedinem & adipem nõ concreſcere in corpore à frigido, quia ipſomet Galeno autore, tertio libro de Symptho. cauſis, frigiditas nulli functioni eſt ex vſu, accedit quòd membranę quibus adhęret adeps, licet frigidiores ſint cute, calidę ſua natura ſunt, à rationeq; eſt alienum, quòd congelare valeant, eadem parte dixi adipem fieri à calore, ſed eo non ſic indurari ac carnem, quia calor eſt imbecillior, quam vt indurare poſsit, & materia ex qua fit adeps, eſt tenuior & oleoſior, vt ita dixerim quam vt tam exactam coctionem ac caro admittere poſsit, huic porro opinioni ſecũdo de Partib. anima. cap. 5. ad ſtipulatur Ariſto. qua parte dixit ſeuum & adipem eſſe ſanguinem concoctum per bonitatem enutriendi, neq; ijs obſtat propoſitio recepta, quę habet, quod coagulatur à calido, eliquari à frigido, adeps quidem non coagulatur à calido ſed gignitur, quapropter á ſuo contrario ideſt à calore aſcititio poterit eliquari, diſſoluive, id vero tanquam opinionem nouam in ſuis paradoxis tradit. Ioubertus Monſpellenſis, ſed quartus annus ſupra decimum eſt, quod hanc opinionem in meo tradidi enchiridio, in hoc vero à me diſcrepat ille, quod putat pinguedinem atteſtari ſupra optimam coctionem, fieriq; à temperato calore, ad hoc vero credẽdum ſuaſus fuit autoritate Ariſtotelis quam ego citaui, ſed dicens Ariſt. quod adeps eſt ſanguis cõcoctus per bonitatem enutriendi, non negat, quod perfectius caro cõquatur, ſic dicit parte citata conſiſtit adeps eo quod in pulpam animalis non abſumatur, ac ſi diceret, quod cum coctio vlterius progreditur id ex quo fit adeps in carnem abſumi ſi modo vlteriorem coctionem admittit. Porro quia pueri & iuuenes valentiorem calorẽ habent, quam qui ſunt prouectę ętatis, ideo illis minus adipis generatur, conuertitur quidem nutrimentum in carnem, adde quod pueri quia eorum membra augentur ad ſui nutritionem accipiunt multum, quo fit vt non relinquatur tanta copia ad pinguedinem ſicut ijs qui prouectioris ſunt ętatis, ex eiſdem etiam patet cur mulieres & qui Seſulariam vitam agunt, magis pingueſcere ſoleant, quàm illi qui exercitantur, eſt quidem illis ſatis ſanguinis, ex quo fit adeps, cum enim calor non ſit tam valens mulieribus ac viris, quod in ijs vertitur in carnem in illis vertitur in pinguedinem, idem dices de ijs qui ſedentariam vitam agunt, hęc problemata & alia huiuſmodi, quia à tempera to calore dicit Ioubertus adipem fieri non diſſoluit.

Paradoxa. 7. f. 79.

Neq; circa iecur coire adeps poteſt, neq; circa arterias venasve aut cor, ſed neq; circa vllam aliam pręcalidam particulam.

¶Videtur hac parte inſinuare, venas & arterias eſſe calidi temperamenti, quod eſt contrarium ijs quę parum ſupra docuit, vbi venas & arterias eſſe frigidi temperamenti dicit, ſed eam partem vbi habetur circa vllam aliam calidam particulam, non eſt coaptanda niſi illi parti circa cor, eſt aliud dubium, quòd renes ſunt calidæ particulæ circa quos reperitur adeps, circa iecur etiam aliquorum animalium multum eſſe adipis dicit Ariſt. 3. de partibus animalum cap. 17. qui his verbis ait iecur è viſceribus adipeum nonnullis conſiſtit, vt inter aquatilia cartilagineis, ad hæc dicis: quod renes nõ ſunt prælidę particulæ, de iecore vero omnium animalium non loquitur Gal. ſed de iecore humano, aquatilium quidem iecur multo eſt frigidius humano iecore.

Secundus liber de Temperamentis.

Animo

UVA. BHSC. IyR_342

ANimo quoq; medius omnino est audaciæ & timoris, fuerit vero talis humanus & prudens acceduntq; non pauca eorũ quæ ex necessitate hæc sequuntur, quippe edit, bibitq; in modo, & nutrimenta probe cognouit omnesq; vt semel dicam, tum naturales, tum animales virtutes, inculpatas habet.

¶Brachellius dicit, quòd edere bibereq; in modo cum opus naturale sit, quòd non sequitur ad virtutes animi, sed edere bibereq; in modo ad virtutes animi quodammodo attinet. Vir quidem prudẽs solet in ijs vt in cęteris seruare modum. Probrosum habet se ingurgitare vel victitare synapi. Cæterum & ex hoc temperatus vt in hac parte dixit Gale. est medius caloris, & frigoris, & gracilitatis & crassitudinis, sequitur bene appetere & bene concoquere. Licet vero temperatus sit prudẽs mediusq; audaciæ & timoris, & omnes operationes inculpatas habeat, nõ sequitur in omnibus operationibus cæteros homines superare. Sat illi est quòd nemo omnes virtutes tam commensuratas habet. Sed potest superari ingenio à calido & sicco, grauitate à melancholico. Sic sunt vt alio loco dicemus distributa omnia, quòd raro vnus multis rebus sufficit. Propter quod dixit Plato lib. 6. de Iusto, quòd ingenio acuti non sunt graues, & quòd hi qui sunt bello apti, ad disciplinas sunt tardiores & hebetes.

Brachellium sub sanat.

in naturę queri monia id dicit. Joanes Lupus.

Cum puer magis rufos q̃ nigros pilos habet cum in flore est cõtra.

¶Loquitur de temperato, sed videtur hoc contrarium ijs quę dicit infra ijs verbis, fit nigrorum autem & frequentium pilorum prouentus æqualis in cerebro temperamenti nota est, dices quòd parte quam exponimus, loquitur de pilorum colore quem habet puer temperatus, & secundo de Temperamẽtis, de colore quem habet in ætatis flore, sed credo textum esse deprauatum, nam licet color niger pilorum esset boni temperamenti nota in ea ætate, frequens pilorum prouentus potius attestatur supra calidum temperamentum quàm supra æquale, credo igitur hac parte vbi legitur æqualis temperamenti nota, legendum esse calidi temperamenti, posuerat supra frigidi & humidi temperamenti notas, consentaneum erat vt iuxta has notas calidi temperamenti signa opponeret, ex notis vero frigidi, & ex notis calidi temperamenti, facile in notas æqualis temperamenti quilibet poterit deuenire.

Bilis flauæ succus qui sanguine est calidior.

¶Caliditate ascititia intellige vt alibi exponit.

Cum florentibus, tum sensum omnem, tum intellectum ad summam perfectionem bonitatemq; peruenisse dicant.

¶Si ex bonitate intellectus, temperies esset ęstimanda, senes deberent dici florentibus temperatiores, quando verum est illud Platonis, libro de anima, quòd tum oculus mentis incipit cernere, cũ oculus corporis desinit iuuenescere.

Ita vero & papauer somnificum esse, & mandragoram, & lactucam, & omnia quę humidiore frigidioreq; temperie sunt.

¶Videtur indicare papauer esse humidum quod est contrarium ijs quæ primo libro dixit de temperamentis, & alibi, vbi papaueris lachrymam infrigidare & siccare scripsit, sed in hac parte illorum rationes, qui dicebant pueros esse iuuenibus calidiores & non suam sententiam Gale. exprimit, quod non aduertens Brachellius miram expositionem vt in cæteris est commentatus, quanto satius esset multis tacere quàm suam eruditionem ostentare, sed quid non audet scribendi prurigo.

Brachelium velicat.

Pyronis hæsitatio.

¶Pyro Philosophus, vt scribit Diogenes Laertius, nil volebat asseuerare, sed & in certis hęsitabat, à quo fluxit philosophorum, qui Pyronij dicuntur secta, cuius primum dicunt fuisse Homerũ.

Com mode igitur dictum est à veteribus, humidissimum esse adipẽ.

¶Inter corporis membra intellige, nam parum infra dicit humidissimum omnium quę in animal habentur esse pituitam.

Qui angustas habent venas exigui sunt sanguinis, nec longam inediam ferunt.

¶Qui

UVA. BHSC. IyR_342

¶Qui calidiores ſunt difficilius inediã ferũt, vt colligitur ex ijs quę dicit Gal. primo libro Apho. aphor. 13. calidioris vero temperamenti ſunt qui latas venas habent, quare minus deberent inediã ferre. Porro quia in magnis venis multum reconditum eſt alimentum, ideo pluri tempore poteſt citra noxam abſtinere qui latas venas habet, verum cum ad tantam cibi inopiam deuenerit, vt is qui habet venas anguſtas, difficilius inediam feret.

Et fęminæ viris ſunt pinguiores, ſcilicet quòd fęmina mare eſt frigidior.

¶Libro de paſsionibus mulierum dicit Hippocrates, fœminam eſſe mare calidiorem, adſcriptitiũ eſt hoc: nec ex tanti autoris officina depromptum. Mitto quòd in alijs libris (vt videre eſt primo libro de dieta) oppoſitum docet, nec Ariſt. 4. de Genera. ani. cap. 1. cũ refert aliquos philoſophos, qui fœminam mare eſſe calidiorem dixerunt, Hippocratem ſubticuiſſet.

Cæterum pili qui in capite & ſupercilijs habentur, etiam pueris nobis innaſcuntur, ſiquidem generatio ijs non eſt qualis herbis, ſed qualis ſtirpibus prima ratione à natura conditis, non temperamentum ex neceſsitate ſequentibus.

¶Licet capilli, capiti ſint vtilitati & ornatui, hocq; ob nomen non ſolum videantur ſequi ex neceſsitate temperamentum, ſemper tamen videntur gigni iuxta temperamenti rationem, nam cutis capitis & in infantibus, plurima ex parte eam temperiem habet, quę facit ad pilorum generationem, quòd ſi hęc temperies deeſt etiam ſi ſuos conatus ponat natura, pili non naſcuntur, ſic videre licet, aliquos infantes ex ijs qui ſunt albidiores fere depile & glabrum habere caput.

Hæc in noſtra regione, quæ vtiq; temperata eſt.

¶In aſsignanda regione temperata, paucos conuenire video, laudat ſuam patriam Gale. Auerroes ſuam regionem, quę eſt ſub æquinoctiali Auicenna. Cęterum cum regionis temperies non ſolum ex acceſſu vel receſſu ſolis: ſed etiam ex ſitu humili vel alto, vel ex vicinia aquarum, & ex ventis à quibus flatur attendatur, vel in pauca terrę intercapedine diuerſas videbis temperaturas, ſicq; qui Indias conceſſere dicunt in æquinoctiali tractu ſatis contrarias temperaturas eſſe, quod minime mirabitur, qui apud Turiaſſonem vrbem bonorum morum inductricem commoratus eſt, in qua nõ multum torquet frigus nec vexat æſtus, duabusq; ab illa leucis eſt mons cachi, vel mons canus in quo perpetuum vrget frigus. Cæterum vltra illum ſunt oppida quę frigus magnopere torquet, paucas regiones mihi videre licuit, à multis tamen qui multas diuagarunt audiui, videri ſibi multam Hiſpaniæ partem optimam mediocritatem habere, ijs quidem bene ſuccinit Iuſtinus, qui de Hiſpania tractans, dicit, in hac nec ingens calor vrit, nec horridum frigus fatigat, ob id atq; ob magnam terræ fœcunditatem, heliſios campos Hiſpaniam poſsidere poëtę tradiderunt.

Alijs flaua ex iecinore bilis in ventriculum confluit, rarum tamen hoc cernitur, & paucisſimis contingit.

¶Quòd bilis in ventriculum non infigatur, docet etiam Galenus. lib. 5. de Vſu parti. contrarium, docet Philotæus. 2. lib. Aphoriſ. apho. 20. cui videtur patrocinari Galenus, qui libro de atra bile dixit, quòd in regionibus ventriculi eſt reliquum à defluente ex iecinore in ipſas bile exterſum, per inferiorem ventrem egeritur, in hac parte in regiones ventriculi bilem confluere inſinuat, dilues contradictionẽ, quòd Ecphyſis, in quam bilis cõfluit, memorauit inter ventriculi regiones.

Præterea quibus in ventriculo bilis illa gignitur, quę porri colorem imitatur.

¶Non ſolum in ventriculo, ſed etiam in venis, bilis porracea gignitur, vt Gale. dicit. 2. Prognoſ. gignitur quidem in ventriculo propter cruditatem eſculentorum, in venis vero propter ægrotationem aliquam. Sunt qui hunc humorẽ nolint vocare bilem, ſed pituitam viridẽ, ſed quæſtio hæc eſt de nomine, ſi enim viridis hic humor frigidus & humidus eſt, ad pituitam videtur attinere, quãdo vero calorificæ potentię eſt, eſt ex bilis genere.

Quo mihi minus facere videntur, qui tam temere de rebus maximis pronunciant, & ſolis qualitatibus formandarum partium cauſam aſsignant

UVA. BHSC. IyR_342

assignant, rationabile est hæc esse organa, & formatorem alium.

¶Contrarium videtur hoc ijs quæ dixtt. 1. lib. Aphorif. apho. 15. vbi scripsit, neq; enim aliud quicquam animal ab initio formauit, sicut nec rursus adauxit, aut vsq; ad mortem enutriuit, præterquàm iste calor innatus, quòd si hic calor afformauit, non aliunde est formator, dices iuxta Galenum, hoc calidum aliquid præter qualitates habere, nam si ille non diffitetur alijs locis, hoc calidum esse animam quid aliud præter qualitates habet.

Non est igitur, quòd opinentur, tanquàm corpus siccum est, itidē quoq; excrementum esse siccum, etenim si quis ab initio sicciore frigidioreq; temperamento statim fuit, his nō melancholicus est, sed vtiq; ab excrementis pituitosus.

¶Est communis consuetudo, temperamenta denominare ab humoribus, vocantq; temperamentum sanguineum, vel biliosum, vel melancholicum, non tamen semper eadem sunt temperamenta ab humoribus sumpta, & temperamenta quæ sumuntur à membrorum natura, qui enim ab initio frigidus siccusq; est, non melancholia abundat, sed multa excrementa pituitosa habet, vt loco quē exponimus dicit Galenus, licet tamen hoc verum sit, non est asserendum, quod Farnelius dictat, temperamentum non posse denominari ab humoribus, hac quidem parte, temperamentum melancholicum vocat Galenus, quartoq; lib. de Ratione victus exponens quendam textum dicit melancholicum nomen est temperamenti, cæterum propriè temperamentum à membris sumitur, est enim temperamentum, vel elementorum proportio, vel eorum miscella, quòd si sequens Auicennam vis quòd sit qualitas, nam ex elementorum miscella oboritur calor natiuus, qui est mixti natura vel si mauis temperamentum, rationibus farnelij non conuinceris.

Tertius liber de Temperamentis.

AC quicquid quidem potestate calidum est, huic nondum in natura sua calidum frigido præpollet, adeo vt breuem opem, quo vincat extrinsecus acquirat, modo vel ignis vel corporis alicuius natura calidi contactus.

¶Hac parte, &. 1. lib. de Simplicium medicamentorum facult. dicit Galenus, medicamentum quod potestate est calidum, non dici ob id quòd calidum frigido præstet, sed eo quòd aptum est nos calfacere, quando mutationis principium à nostra caliditate acceperit, id vero ad exemplum eorum quæ accenduntur igne probat, quæ sumentia ab igne principium fiunt ignis pars, vnde calfacere & vrere vt ignis possunt, sed videtur sibi non constare Galenus, dicens in eo qui potestate calidum est, calidum non superare frigidum, cum lib. de Elementis secundum Hippocratem dixit, cum volumus calfacere tale eligimus medicamentum in quo maior sit portio ignis, quàm cōtrarij elementi, respondebis quòd etiam si in ijs calidum superet frigidum, quia contigit vt. 1. lib. de Simpl. medica. facult. Galenus dicit, quòd aliquod medicamentum maiorem portionem habeat calidorum elementorum, sed propter modum substantiæ, vel propter alia, à calore nostro non alteretur, vnde nos recalfacere non potest, ideo medicamentum solum dicitur calidius alio, quatenus facilius à nostro calore potest alterari, & alteratum in maiorem gradum caloris quàm aliud ascendere, quæ omnia si considerasset Ioubertus Monspellensis, non contendisset contra Galenum, medicamenta non dici potentia sed actu talia, nam licet Gale. concedat, quòd in medicamento calido est maior quantitas elementorum calidorum, quàm in medicamento frigido, eo dicitur potentia tale, quia nisi à calore nostri corporis alteretur, non potest nos recalfacere.

Ioubertus taxat. 4

Hoc arbitror modo aiunt, & archimedem hostium triremes vrentibus speculis incendisse.

¶Fuchsius igniarijs & non speculis legit, sed certe non videtur, quare Archimedis industria commendaretur, si igniarijs, quod & pastores nō ignorant ignem excusisset, adde, quòd quicquid posset fa-

Fuchsij taxat.

UVA. BHSC. IyR_342

set facere cum igniarijs in hostium triremes, posset facere accenso ligno, mitto quòd ponens infra Galenus modum, quo ignis accenditur, dicit quòd ex lapidum attritu gignitur, hic vero modus ad igniaria attinet, quem nō est cur posuisset, si supra de igniarijs fuisset locutus, si enim ignis qui gignitur ex attritu duorum lignorum (vt colligitur ex ijs quæ dicit Plini. 16. lib. cap. 40.) est ex igniarijs, cur idem non erit in igne concepto ex duorum lapidum attritu. Cæterum nec apud Plutarchum in vita Marcelli, neq; apud alium historicum legi, quòd speculis vel igniarijs archimedes incenderit hostium triremes.

Quoq; in coquendi instrumentis, ventriculo iecinore, & venis ali quandiu traxerit oportet, in quibus scilicet præparatum nutrire corpus iam queat, ante vero quàm in ijs sit demutatum, fieri non potest, vt animalis corporis sit nutrimentum, multoq; minus panis vel beta foris imposita nutriet.

¶Ex hac parte colligitur, Galenum voluisse foris imposita non nutrire, neq; huic sententiæ reluctatur Hippocrates lib. de Alimento, cum dicit: forinsecus alimentum ex extrema superficie prouenit, extremam superficiem dicit cutem, ex qua etiam ad interiora trahitur alimētum, Forinsecus dixit, quia cutis foras dicitur esse, respectu internorum membrorum, extrariam superficiē vocauit cutem Gale. lib. de Atra bile. Aliud quidem est dicere, quòd ex ijs quæ supra cutem ponuntur possit fieri nutritio, aliud quod nutrimentum quo ipsa cutis alitur possit ab alijs membris attrahi.

Neq; aqua potest mutari in ignem, neq; ignis in aquam, sed ambo in aerem, is vero in vtraq;, at illa in alterutrum nullo modo, ergo continens & sine medio est aquæ mutatio in aerem, itemq; ignis, non continens ignis & aquæ in alterutrum.

¶Contraria ijs docet Aristo. 2. lib. de Generatione & corruptione, cui sane ratio videtur fauere, aqua quidem pauca vehementi igni applicata non videtur cur ab ea facillime non vincatur, & cōtinenter fiat ignis, videmus porro fabros ferrarios, aquam infundere in ignem, quæ ocyssime accēditur, nisi credas, prius aquam mutari in aerem, argumentum potes sumere, quòd iniecta aqua fit flamma, ex aqua vero non videtur quod excitetur flamma sed ex aere. Cæterum dicens esse inter se contraria & pugnantia ignem & aquam, non negat, quòd non sint contraria ignis & aer, nam si aer est frigidus vt ille docuit, etiam est contrarius igni: sed quia aer est multo tenuioris substantiæ quam aqua, & qualitates illius sunt multo remissiores quàm qualitates quas aqua habet, ideo deest illi robur vt cum igne possit congredi. Quare non meretur proprie dici contrarium & pugnans igni, quæ enim potest esse pugnantia vbi est tanta virium disparilitas. Loquor de aere suam seruante naturam, dictis adde, quòd humiditas aeris potest esse pabulum ignis, & humiditas aquæ alterius naturæ est, & nunquam potest esse alimentum ignis. Mitto quòd aer potest fouere ignem illum euētilando, quod non potest facere aqua. Cæterum & asserendo, quod aer est calidus, non potes diffiteri, quod quodammodo aer sit contrarius igni. Ratione scilicet humiditatis, qua aeri opponitur, non igitur ex citata autoritate potest quis colligere, quòd Gale. asseruerit, aerem esse calidæ naturæ. Cæterum potest etiam quis contendere, quòd in textu quem exponimus non neget Gale. quòd aqua non possit immediate mutari in ignem, sed quod non sit facilis mutatio, vt est ex aere in ignem, sed prior expositio magis quadrat.

Nequaquàm sic iudicanda deleteria sunt, imo totius naturæ suæ contrarietate.

¶Medicamenta quæ frigiditate interimunt, totius suæ naturæ contrarietate esse deleteria hac parte & parum infra sensit Gale. quod videtur contrarium ijs quæ dixit. 3. lib. de Simp. medicamen. faculta. cap. 19. ibi. &. 3. de Ratione victus id excutiemus.

Omnino enim vbi duo corpora inter se commista pugnant, vtrunque eorum tum agere, tum pati est necesse.

¶Idem docuit Arist. lib. 4. de Genera. anima. cap. 3. etenim licet victoria non fiat, nisi à potentiore agente, potest quod imbecillius est, suo dispendio pugnare cum valentiore, absurdum est illud

axioma

UVA. BHSC. IyR_342

axioma, quòd à minori proportione non fit actio, verum erit si pro actione victoriam legas, non quidem fit victoria à proportione minori.

Iam omnino percocta lactuca & mutata, ac in sanguinem bonum versa, naturalis in animali caloris substantiam augebit, qualitatem tamen non intendet.

¶Falsum esse hunc textum asseuerat Brachelius, qui dicit non posse lactucam qualitatem non intendere, tacere huic viro præstasset, qui cum nil in Galeno illustret, audet & quæ verissima sunt passim reprehendere, clarum quidem est, quod si beneficio natiui caloris in bonum sanguinem vertitur lactuca, quòd vti in bono sanguine nō est exuperans qualitas, ita à lactuca ex qua ille fuit genitus non dicetur fieri alteratio, non ab re in bonum sanguinem versa dixit Gale. non sat ad intelligendum Galenum est, paulisper græcissare, quod cum aliud non faciat maior pars expositorū quos ego legi, (pudet dicere) quàm parum huius viri scripta elucidarunt.

Annotationes in commentaria Galeni libri primi de Natura humana Hippocratis.

PHysici ideſt speculatores ventilatoresq; naturæ sunt appellati, explicare enim illi primam substantiam, cuiusmodi sit, videntur, quam non genitam, sed esse perpetuā, autumant.

¶Substantiam vocat materiam primam, parum infra illam vocat corpus, vnde liquet quòd lib. de Elementis dixi, maiore gradu Galenum illam insignire, quàm Aristotelē & eius asseclas. Fuit Galenus opinionis Stoicorum, qui vt autor est Theodoritus lib. 4. Græcarum affectionum materiam esse corpus sentiebant. Qua parte dicit Platonem dixisse materiam esse simílem corpori, & Aristo. non esse corpus: sed corporalem, idem dicit Plutarchus. 2. lib. de Placitis philosophorum.

Inuidi certe sunt, qui aut supprimunt veterum monumenta, aut omnino demoliuntur, quod quidem eo comittunt, vt quæ in eis scripta sunt sibi attribuant.

¶Est enim benignum, & plenū ingenui pudoris, fateri per quos profeceris, vt in procœmio dicit Plinius, at nihil est magis solenne scriptoribus, & professoribus, quàm ea sibi tribuere, quæ alij magno sudore illustrarunt. Cæterum quod temporis iniuria & hominum maleuolentia multi libri perierint, ex catalogo virorum Illustrium Diui Hieronymi, & ex vitis Diogenis Laertij, quilibet poterit intelligere. Cæterum vt est inuidorum, veterū monumenta demoliri. Ita est inuidorū & sceleratorum. notare eos crimine quo nunquàm fuerunt infecti, quapropter Andreas, qui (autore Sorano) impigit Hippocrati, quòd Cnidiorum bibliothecam cremauit, vt quæ ibi scripta erāt, sibi tribueret. mille est procidendus conuitijs.

Andreas pes Senius Hyp. detractor.

iiij. Non sunt hæc elementa, sed principia.

¶Loquitur de igne, aere, aqua & terra, elementa dicit propriæ dici materiam & primas qualitates, sentiens porro Arist. quę nos vocamus elementa, propriè elementa non esse dicenda, dicit. 3. lib. de partibus animalium, quę nonnulli elementa appellant.

Ibi ita euadit aqua, si ad id extrema humiditas accesserit, eodē modo fit terra, vbi sua natura ab omni qualitate remotū illud subiectum, siccitate citra calorem imbuatur, nam de primo frigido nō parua quæstio extitit, quæ nullum medicæ facultatis operibus vsum præstat.

¶Sentit quòd summa adueniente siccitate materiæ iam est elementum, terra scilicet, & quòd summa adueniente materiæ humiditate iam est aqua, non vult discutere quęstionem de primo frigido, dicitq; non paucam esse quęstionem, quę medicę facultatis operibus nullum vsum prębet, non

UVA. BHSC. IyR_342

c est quęstio admodum frugifera, sed alias quę minus agunt ad mediam facultatem, solet Galenus diluere, ex ijs vero quę infra, in hoc libro Commento textus. 15. dicit, summam frigiditatem videtur tribuere aquæ, & Com. 17. extreme frigidam terram vocat, forsan voluit hęc duo elementa summe frigida esse. Stoici porro vt autor est Plutarchus libro de primo frigido, aerem esse frigidum primario dicebant, est vero notandum, quòd non est idem summe frigidum, & primo frigidum. Primo frigidum vocabant, à quo cętera frigiditatem accipiunt. lege Plutarchum.

viij. Neq; enim ex se ipso quidem certe pati vnum illud corpus valeat, si vnum esset elementum, & vt dolere donemus, ex se ipso patiens, simplicem tamen fore curationem, nam multa cum in eo non insint, multæ esse curationes nequeunt.

¶Argumenta quę Hippo. & Galenus in hoc libro ponunt, ad ostendendum, quòd ex multis componitur homo, alicui videbuntur non satis probare, ad id quidem quod dicunt, quòd non doleret si vnum esset homo, dicent, quòd cum dolor eisdem autoribus, non solum fiat à praua temperatura, sed etiam ab ijs quę diuellunt vel tendunt, quòd hęc inducerent dolorem, non mutando temperaturam, sed frangendo diuellendoue, porro licet hoc ita fieri posset, argumentum Hippocratis in hoc vim habet, quòd experimur prauam intemperiem dolorem procreare, quam producere non valeret, si vnum esset elementam. Cæterum ex rationibus Hippocratis non colligitur, q; sint quatuor elementa, nam asserendo, q; aer est frigidus, vt ab Stoicis & à Galeno traditum est, ex aere & igne fient omnes alterationes, & quod ex illis fuisset genitum, dolere posset. Quando poterit nunc à calidis nunc à frigidis, & ab humidis & siccis affici.

viij. Cum clarissime valeam ostẽdere à calido & à frigido, humidoq; & sicco dolere, atq; curari.

¶In hac parte non dicit, quòd omnis dolor ab intemperie proficiscitur, sed q; valeat ostendere, prauam intemperiem gignere dolorem, id vero quod dicit, q; ab humido dolor oboritur, non est contrarium ijs quę dixit. 2. de Medicamentis localibus, vbi ad humiditatem nullum consequi dolorem docuit, nam licet simplex humiditas dolorem non pariat, humidum tamen replendo, indeq; extendendo, dolorem producere potest. Cæterum licet ex dolore quem humidum sic parit non probet hominem non esse vnum, probat tamen q; non est vnum medicamentum, si quidem vt infra dicit, corpora nimia humiditate affluentia, vacuatione curantur, prętęr naturam sicca humiditate admota. Ad hunc modum intelliges, quod libro de locis in homine habetur, vbi dicit oriri dolorem in siccis naturis, si humectentur.

xij. Verbi gratia in equis & asinis, vulpibus & canibus, generatur ex horum coitu, velut mixtum ex ambobus animal, quorum vero natura à se mutuo magno distat interuallo, vt misceantur aliquando, non tamen generare quicquàm possunt.

¶Magna intercapedine distant homo & canis, at ex coitu mulieris & canis productum esse animal, testatur Raphael Volaterranus, lib. 24. qui dicit temporibus Alexandri, mulierem ex canis cũ cubitu semicanem peperisse: dispensatione diuina debuit hoc esse factum, iuxta illud quod dicit Diuus Hieronymus epistola ad Vitalem, de illa nutrice quę fuit fœcundata à puero decem annorum. Dicit quidem dispensatione Dei factum est, vt quę contra naturam simplicitate paruuli in cõtemptum Dei abutebatur, à naturę domino proderetur: ex ijs vero quę Gale. hac parte dicit, atque ex veris philosophię placitis colligitur, fabulosum esse quod. 18. lib. historię gentium septentrionalium, refert Olaus magnus. Raptam scilicet esse puellam ab vrso, & fœcundatam, quam dicit periisse virum à quo danorum reges dicit ducere originem. à Saxone Danorũ scriptore dicit hoc esse relatum. Cui in hac parte non dubitat Olaus archiepiscopus fidem adhibere, sed huius dicti falsitas inde apparet, quòd esto q; possibile esset, q; semina mulieris & vrsi misceri possent. fœtus nõ minus referre deberet patrem, quàm matrem.

xxvij. Fuerunt qui nulla reliquerunt scripta, vt Socrates, & Pytagoras, & ex illustribus nostri seculi medicis quintus medicorum.

¶Non

UVA. BHSC. IyR_342

¶Non vnus ex philosophis duntaxat fuit Pytagoras nominatus, vt dicit Diogenes Laertius, fuit quidam nomine Pytagoras qui de Hernia scripsit, ac de Homero quędam composuit, alius qui Dorice scripsit. Cęterum magnus ille, & omnium ore laudatus philosophus nihil monumentis literarum mandasse dicit. Dicit etiam Socratem non scripsisse, at in Paralellis Plutarchus cap. 37. libros Socratis citat. Debuit esse alius autor. non negat tamen Plato libro de anima. Quod Socrates aliqua scripserit. Dicit quidem poemata quędam carcere detrusum composuisse. fuitq; tam grato animo in illum Plato, quod omnia fere sua scripta, ad eum tanq; ad fontem ex quo illa hauserat, retulit. Non defuere tamen, qui inuidię ingratitudinisq; illum insimulant vt liquido patet ex ijs quę refert Athenęus. 11. lib. Dipnosophistarum, qua parte habetur, Socratem conquęstum fuisse, se vidisse per somnium, quod Plato cornix effectus in caput ipsius insiluisset caluiciemq; eius vellicaret. Quintum inter illustres medicos cōnumerat Gal. at alibi dicit hunc dicere solitum vrinas contemplari esse fulonum. Cæterum non est medici illustris notas quę ab vrina sumuntur despicere, sed tantos potuit hic in medicina facere progressus, quod & si ad vrinarum contemplationem non se demiserit, dignus fuerit, qui in Illustrium medicorum albo fuerit connumeratus.

xxvij. De qua natione ille est, qui terrā ait omnium matrem omniū esse nutricem, originem, & elementum, atq; etiam cælum genuisse, vt autor est Hesiodus,

¶Xenophanes vt autor est Theodoritus lib. 4. Grecarum affectionum dixit è terra cuncta enata esse, mirum est porro eo dementię illum esse euectum, vt arbitratus fuerit, terram cælum genuisse, porro quod quodammodo terra hominis cęterorumq; animantum dicatur mater & nutrix, mirum nemini videri debet, nam hęc vt. 2. lib. dixit Plinius, nos nascentes excepit, natos alit, semelq; editos substinet semperq;, nouissime complexa gremio, hoc ob nomen Homerus in quodam hymno, terram dixit omnium matrem, sic enim inquit terram omnium matrem canam, optime stabilitam, honoratissimam, quę pascit omnia, quęcunq; in terra sunt, porro vel nomen ipsum terrę, qua orti fuimus, satis indicat, quodammodo dici nostram originem, vel nutricem, patriam quidē illam apellamus, vel si more cretensium loqui volumus matriam, vt Plato dixit Dialogo. 9. de Repub. Arist. porro primo de natura animalium cap. 2. dicit naturam terrę dici quasi matrem, & cæli quasi patrem iuxta quem modum matris nomen bene illi quadrat, terram etiam vocari matrem dixit Varro lib. 3. cap. 1. atq; si verum esset, quod quidam philosophi olim somniarunt, & à quodam philosopho hac tempestate est assertum, quod cælis scilicet quiescentibus sola terra mouetur, terrę charitatis magis alluceret argumentum, quando pro nostro vsu vtilitateq;. semper assiduos ageret cursus. libellum huius philosophastri. dixit mihi Louanij vidisse doctor Philippus Arceus insignis theologus in ecclesia Turiassonēsi meritissimus sacrę scripturę Cathedrarius, qui ob integerrimos mores, & reconditissimam eruditionem est mihi amantissimus.

Rectius temperatum ver, quàm humidum & calidum.

¶De hac quęstione abunde primo lib. de temperamentis. Vbi diximus. negare Galenum, ver esse calidum & humidum vt aliqui hęc nomina sumere consueuerunt, prout scilicet excessum significant, non tamen abnuere, illud esse calidum & humidum citra excessum.

xxxvij. Sunt quidem calidissimi in hyeme ventriculi naturali calore, idest temperatissimi, sed corporis partes è diuerso plus refrigerātur hyeme, omne igitur ambientis aeris frigus quàm potest penitissime in corpus se insinuat, quibusdam etiam ad vētris vsq; regionem penetrat, ita vt perfecte sint in ventriculo sumpti cibi, in iecore certe dum mutantur non absolutum assequuntur sanguificationis cultum.

¶In hac parte, & in sequente, satisfacere vult Gal. quęstioni quam proposuit, quę hęc est, cur in hyeme vigente natiuo calore tanta sit copia pituitę, & certe videtur quęstionem non diluere, nā qua ratione ob ambiens frigus calor viget in ventriculo, vigebit in hepate membro calidiore, & contra frigus sic munito, sicut ventriculus, quare videtur, quod iecur tam perfecte suum obeat munus, sicut ventriculus, maxime quod ex optima coctione ventriculi, iecur non potest non adiuuari. Cęterum quantumuis ventriculus, & iecur sua munia exerceant, non deest causa, ob quam pi-

UVA. BHSC. IyR_342

tuita hyeme abundet:nam retrimenta tertiæ coctionis non sic possunt expurgari, sicut æstate,tũ ob cutis densitudinem, tum etiam quia æstiuus calor licet ad concoquendum non iuuet,iuuat tamen ad digerendum & resoluendum, quid mirum quòd hoc faciat aeris calor,cum & calor febrilis iuuare soleat ad digerendos pituitosos & retrimentosos humores,quod dicitur in textu naturali calore idest temperatissimi,sic intelligas, ꝙ caloris natiui, qui temperatus est magnam copiam habeant hominis in hyeme.

xxxv. Præterea bulbis, Cochleis caseo, & alijs huiusmodi multis tota hyeme vescuntur, quæ prompte in pituitam vertuntur.

¶Ex ciborum etiam temperatura,qui hyeme sumuntur vult etiam Galen.sumere rationem,cur eo tempore multa abundet pituita,sed si ad id attendit, multo maior copia reperiri deberet æstate & autumno,quando ijs temporibus,vescuntur homines fructibus maxime humectantibus, & oleribus frigidis,vera porro causa ex dictis iam constat,cochleas, & caseũ ponit inter ea quæ pituitam adaugent,at ipsomet autore.3.lib.de locis affectis cochlea sanguinem melancholicum generat,caseus etiam salitus & vetus satis familiaris melancholico humori est,cum hoc tamẽ conuenit quod hæc cibaria non bene cocta pituitam adaugeant, quicquid enim non bene conficitur in pituitosam quodammodo migrat naturam.

xl. Nam si prorsus humidam & frigidam fingas aquam fieri, nõ manebit iam aqua, concrescet enim mox & subsistet.

¶Frigiditas ad concretionem facit, humiditas solet obstare,quare concrescere solet facilius aqua quæ partes terreas habet,quæ iuuent ad concretionem. Quod ex ijs quæ dicit primo lib. de Simplicium medicamentorum facult. colligitur. quare dubitare aliquis posset, an aqua quę summam humiditatem quæ fluxionis est potissima causa habet,fluere desineret.

xlj. Animi dexteritas & prudentia a biloso humore proficiscitur, integritatis & constantiæ humor melancholicus est autor. Sanguis simplicitatis & stupiditatis, pituita ad morum cultum nihil facit, sed in ciborum prima mutatione generari videtur.

¶Solet bilis facere homines irritabili ingenio, atq; qui ea magis abundant,solent esse in consilijs præcipites,quare si bilis prudentiæ debet esse autor, non multum debet scandescere,cæterum nec à ratione est alienum,quod vbi legitur prudentiæ,legatur ingenij,sed quo magis qui huius naturæ sunt,ingenio valere solent,hoc à grauitate magis solent discedere,vt colligitur ex ijs quę dicit Plato lib.de Scientia,id vero quod dicit, quòd pituita ad morum cultum nihil facit,difficile videtur, cum pituita segnes & ingenio hebetes soleat homines reddere.Hoc sic diluendum dixi in Enchiridio,quòd eo dicitur pituita ad morum cultum non facere,quia nullorum morum est incitabulum, priuando enim & non incitando reddit homines pigros & ingenio tardos,sed videtur hanc non fuisse Galeni mentem, quando in hac parte dicit sanguinem simplicitatis & stupiditatis esse causam,hęc vero cum citra caloris incitabulum fiant,videtur ꝙ ęque posset pituita earũ assignari causa sicut sanguis,certe posset,illamq; stupiditatis & obliuionis genitricem, Galenus dicit lib. quòd animi mores,cæterum dicens hac parte de natura humana,quòd stupiditatis est causa sanguis non abnuit,quòd sanguis possit ad mores incitare: nam licet ratione humiditatis nihil plus agat quam pituita,ratione tamem caloris, variorum morum potest esse seminarium:nisi dicamus, quòd ille sanguis pro vt ab alijs humoribus afficitur diuersos generat mores, ad quem modum dixit Hippocrates,lib.de Flatibus, nihil magis conferre ad prudentiam quàm sanguis, sed si simpliciter dictum Galeni acciperes, videres plane tota diametro Hippocratis autoritati repugnare, sed de ijs fusius lib.quòd animi mores,quòd pituita in ventriculo generetur hac parte dicit Galen.id ipsum docuit lib. de Atra bile cum edulia sunt pituitosa, Commento vero secundo de Ratione victus, non solum deterioribus cibis id dicit contingere, verumetiam quibusdam eorum qui salubres admodum esse videntur, vt pani & condro:in Enchiridio hanc diluimus difficultatem, breui tamen hic rem percurremus,porro hac parte non dicit Galenus, quòd semper pituita generetur in ventriculo, sed quòd generari videatur, ac si diceret quomodo pituita faciet ad morum cultum, quæ nihil aliud videtur habere,quàm id quod à prima coctione generatur vt chilus, si enim pituitam

UVA. BHSC. IyR_342

tam ſpectas, videbis nihil magis eſſe elaboratam quàm chilum. Cęterum Ariſtot. dicens primo de generatione anim. cap. decimooctauo, pituitam eſſe excrementũ primi alimenti, in ventriculo pituitam gigni inſinuauit, ſed reuertamur ad autoritates Galeni qui cæteris autoritatibus non dixit, quòd ſemper pituita in ventriculo generetur, ſed cum cibaria ſunt pituitoſa. Id vero quòd ſecũdo de ratione victus ſubiungit, quòd id non ſolum contingit deterioribus cibis, ſed quibuſdam eorũ qui ſalubres admodum eſſe videntur. Hanc ſententiam non ſubuertit. hi enim cibi licet non ſint ex deterioribus ad pituitoſam naturam quodammodo accedunt.

Vere euomet humidiſsima.

¶Humidiora ſunt quæ euomuntur hyeme, neq; hoc Hippo. & Gale. diffitentur, ſat vero Hippocrati fuit, vt ver humidum eſſe confirmaret, q̃ tunc humores humidi ſolent abundare.

xliij. Vult enim morbos diuturnos, & qui non per circuitus fiunt dierum ſed menſium eo diſcuti anni tempore, quod illius quo hominem inuaſerunt contrarium eſt, hoc eſt ſeptimo menſe.

¶Nemo putet hic ad numerum attendiſſe Hippocratem & Galenum, ſed ad euidentem temperaturę contrarietatem, quæ eſt inter menſes hoc interuallo diſtantes, ſi vnus frigidus alter plurima ex parte calidus, ſi vnus ſiccus, alter humidus, ſi vero hanc contrarietatem in diebus poſſemus indicare facile eſſet criſimorum dierum tradere cauſam, dicentes, q̃ quomodo ſe habet ſeptimus mẽſis ad primum ſe habet dies ſeptimus ad primũ diem, ſed id non poſſumus oſtendere: cęterum diſcuti tamen non poſſumus vt lib. de arte curatiua dixi, magnas mutationes fieri per mutationes quæ fiunt per ſeptenarium, quod colligitur ex ijs quæ dicit Hippocrates lib. de Septimeſtri partu & 3. lib Aphoriſmorum, ſed de ijs ſuo loco fuſius ſermonem protrahemus.

Secundus liber de natura humana.

IN prooe. nam qua tẽpeſtate mutuũ inter Attalum & Ptholomæum reges, certamen de libris comparandis eſſet.

¶Honeſtiſsimum certamen, quod in magnam cesſit reipublicę chriſtianę vtilitatẽ quando Ptholomæi opera, ſeptuaginta interpretes vetus teſtamentum Græco ſermone donarunt. An autem vna huic interpretationi operam nauauerint, vel ſingulis cellulis vnuſquiſq; ſuum opus fuerit exequutus, mei muneris non eſt definire, mei tamen animi eſt, Doctorum theologorum lectione magnopere oblectari, ex qua quicquid ad vitæ integritatẽ, & ad grauem philoſophiam attinet affluenter quilibet poterit exhaurire, quare ſi illis legendis, horas quas popularibus negocijs, vel ludis, ac mercaturis, aliqui medici impendunt, tu collocas (mihi crede) q̃ huius laboris nõ te pœnitebit. Non eſt igitur cur mireris, quod theologorum autoritatibus noſtrum hunc librum locupletemus. nam ſcientias mutuo ſe adiuuare intelligimus. quare conſummati theologi dogmata medica ſuis ſcriptis inſpergunt. cũ porro graues theologiæ autores alacriter verſarem, vt vtilior eſſet hic meus labor grauiſsimas ſententias prout potui excerpi, & tanquàm in vnam attexui coronam, quæ meis ſtudijs multo eſt emolumento & iocunditati. Sed reuertamur ad diuerticulum: tanta porro fuit Ptholomęorum regum in conquirendis libris diligentia, quòd dicit Gellius. 6. libro cap. vltimo: numerum librorum fuiſſe ad millia ferme voluminum ſeptingenta, quæ dicit à militibus auxiliarijs fuiſſe incenſa.

j. Prauum eſt morbi repletionem cauſam eſſe continentem: nam morbus quidem ipſe affectio quædam eſt in animantis corpore, primo actionem ledens. at repletio primo quidem functionem nihil offendit, verum altero quopiam intercedente vitio.

¶Se torquent multi indagantes an morbi cauſa continens detur, hac vero parte licet Galenus diffiteatur, quòd repletio ſit morbi continens cauſa, non abnuit, morbi continentem cauſam dari,

UVA. BHSC. IyR_342

& ex ijs quę hac parte dicit, manifeſte colligitur, apud illum eſſe de ratione cauſę continentis morbi, quòd illa poſita ponatur morbus, hac parte quidem Gale. dicens, quòd repletio immediate non lędit, & quòd ex repletione fiunt aliqui morbi, & tamen repletio non eſt cauſa continens morbi, nil aliud voluit, quàm eo non eſſe dicendam repletionem cauſam continentẽ, quia contingit eſſe repletionem & functionem non lędi, quia ad hoc quòd functio lędatur, requiritur quòd fit mediante morbo, & contingit eſſe repletionem & morbum non produci. Hæc eſt ſententia Galeni, quam verbis obſcuris ille docuit. contra vero hoc quod hac parte dicit, videtur quod ſcripſit libro aduerſus Iulianum, vbi repletionem eſſe cauſam continentem morbi non negauit. Sed de ijs fuſius. 2. libro Methodi.

ij. Morbi vero fiunt partim à viuendi ratione, partim ab ſpiritu.

¶Lib. de Flatibus omnes morbos ab ſpiritu proficiſci eſt ſcriptum: cęterum minime Hippocraticam eruditionem olent, quę illo libro habentur, quare credẽdum eſt non eſſe eius cui attitulatur.

iij. Non recte tamen cõmunium morborum ortum, in vnum aerem confert, ſiquidem in eno graſſante fame, qui veſcerentur leguminibus cruribus debilitantur.

¶Reprehendit hic Galenus autorem, at lib. primo de morbis vulg. cõmento. 1. ab errore illum vindicat, vbi ait poteſt interdum efficere morbum vniuerſalem hauſtus aquę infectę, porro quę à cibo proficiſcuntur & potu, tum infrequentes tum cognitu ſunt faciles, quare in lib. de Natura humana cauſam eius quod multis eſt morbis cõmune cõmuniſsimum appellauit, hæc ille cęterum cõmuniſsimam cauſam eſſe aerem, tempore quo hęc dictabam, anno ſcilicet milleſimo quinquageſimo ſexageſimo tertio, menſe Decembris, non ſine multorum apparatu malo, præceſſerat quidem frigidiſsimus Boreas, qui humores in peniptiora obtruſerat, ſucceſsit Auſter calidus, qui coacta diſſoluens, cauſa fuit, quòd humoris deſtillatio ex capite deuagari cœpiſſet, quę non ſolum per vnam prouinciam, ſed per totam Hiſpaniam, quid dixi Hiſpaniam, etiam per totam Galliam & Italiam graſſata eſt, ſic vero fuit graſſata, quòd audiui vnius menſis interuallo, pluſquàm ſeptẽ millia hominum Romę ex hac lue periſſe, plurima vero ex parte qui in Hiſpania ſubcubuerunt, erant ſenes vel obeunte actos morbos, vel ob inopiam imbecilles, facilius quidem qui id genus erant, ab aeris viciſsitudine expugnari poterant. Inter vero alia Sympthomata, quę hoc morbo affectos comitabantur, erant cibi taſtidium, & amaror ingentiſsimus oris, ſic enim tepens aer, humores commiſcuerat, quòd omnes (veluti in cõmoto dolio ſolet vinum) erant agitati: an vero pręter has eui dentes cauſas, alia dilateſcenti fuerit affectus aer, aſtrologorum erit ſcrutari, in quorum diatriba licet ego fuerim verſatus, non ſemper quicquid illi ſomniant, vlnis plenis excipere ſoleo.

v. Iam enim, non raro cum in morbo articulari & podagra, artus humores peterent, & illic repulſi ad aliquam partẽ principem inuaſiſſent, morte conſpeximus hominem affectum eſſe, vnamq; reſtare ſpem ſalutis, ſi ad artum eos retrahere valemus.

¶Digna quidem ſententia, quę medicorum mentibus tenaciter adhereat, ne idiotarum more in principio athritidis & podagræ multitudine vel prauis humoribus ſuffarcinato corpore, repulſoria medicamenta admoueant, ſemper quidem in ægrotantis vſum, natura ad artus vtpote ad partes minus nobiles, crudos vel prauos humores demandat, ſed de ijs ſatis arte curatiua.

Quòd vero non explicuit an à dolentibus partibus, procul reuelli influentes humores præcipiat, an ſanitatis tempore, hoc nomine ſit reprehendendus, equidem de valentioribus partibus dictum cenſeo, vt autor aſſuefacere velit exundantes humores ad alia membra fluere.

¶Cum ad bene valentes textum applicet Gal. non eſt cur illo velint quidam confirmare opinionem quam habent de ſecanda vena oppoſiti lateris in pleuritide, cæterum ex ijs quæ dicit Gal. docemur, præcauendi nomine, quam longiſsime fieri debere reuulſiones, in eo ſcilicet qui paratus eſt vertigini vel anginæ ex malleoli, in eo vero qui paratus eſt inflãmationi genuum ex gibberis.

Eequi viſi ſunt, qui pus febre liberi expuerẽt, aut cũ vrinis excernerẽt.

UVA. BHSC. IyR_342

¶Ex veſicę vlcere contingit pus cum vrina excerni febre non inuadente, deſunt vero verba in dictis Galeni, ſic enim eſt legendum, qui viſi ſunt, qui pus febre liberi expuerent, aut pus cum vrinis citra dolorem excernerent, quod hoc fieri poſsit ſcripſit autor, quod Gal. minime probauit.

xiiij. Ego quidem multos vidi, qui ab ærumnis vitam & laboribus ad deſidiam contuliſſent, cruentis correptos dyſenteriis, at pus tamen quos equidem viderim tuſsiendo nullos, vel cum vrina reddidiſſe.

¶Quòd vita ex laboribus ad deſidiam commutata, expui pus contingat, ſcripſit autor, quod minime videtur probare Gale. dicitq; ex hac mutatione, neminem pus expuiſſe vidiſſe, at Ariſt. 28. Sect. prob. prob. 1. id dicit contingere, refertq; Dionyſium Tyrannũ hãc fuiſſe expertum ęrumnã, nec eſt à ratione alienum, id accidere poſſe, humoribus qui laboribus digeri ſolebant. ad pulmones affluentibus.

Liber de Atrabile.

SAnguis dulcis in totum videtur, pituita qualitatis eſt expers, perinde ac aqua, quæ ſi a naturali qualitate diuertat, nõ modo ſalſa, verum & acida redditur, nonnunquam & dulcis particeps eſt qualitatis.

¶Videtur inſinuare, ſolam pituitam qualitatis expertem eſſe naturalem, cui ſententiæ eſt aduerſum quod dicit. 2. lib. de Facultatibus naturalibus, vbi ait ſic pituitę quod dulce eſt, id ſalutare eſſe animanti & naturale. Nulla eſt contradictio. Parte quidem quam exponimus, non vult quòd dulcis pituita non ſit naturalis, hęc eſt vero eorum quę ſcripſit ſententia, vult primum quod pituita eſt qualitatis expers ſecundum quod ſi à naturali diuertit, non modo ſalſa verum & acida redditur, eſt tertium quod addit, quòd nonnunquam pituita naturalis ſit particeps dulcis qualitatis, hęc nõ intelligentes aliqui dixerunt textum eſſe deprauatum, contradictionemq; reperit, quam non diluit Picholominus Commentario libri de humoribus.

Nigra quæ vomuntur, nec acore nec aciditate manifeſte participant.

¶Dicit quòd in hoc apparet diſcrimen inter humorem melancholicum & atram bilem, quòd hęc ſemper eſt vehementer acida, illa manifeſte acore non participat. per hoc quod dicit manifeſte, dilues contradictionem quæ apparet in dictis Galeni lib. quidem tertio de locis patientibus dicit melancholicum ſuccum aciditatẽ non participare, &. 5. lib. de vſu partium dicit eſſe acidũ, eſt quidem acidus, ſed non manifeſte vel vehementer, vt qui vere atra bilis eſt.

Sed & alia quidem pluribus non febriantibus exãthemata per cutem craſſeſcentem ſiccęſcentemq; oriri videmus.

¶Hinc liquet, exanthemata non ſolum puſtullarum, quas variolas vocant eſſe nomen, cum has non dicant eſſe citra febrem.

Quòd ſi citra febrem abſcedat melancholicus humor, cũ ſanguini admixtus eſt elephantem parere ſua natura ſolet, cum autem ſolus impermixtuſq;, principio nigrum humorem efficit, deinde canerum.

¶Ex hac parte claret, non ab eadem cauſa proficiſci elephantem, & canerum Galenum ſenſiſſe. Impermixtus eſt humor qui canerum parit, nõ ſic qui elephantem, vnde patet error eorum, qui nullum diſcrimen inter cauſas horum affectuum poſuere.

Tum in quibus ſanguinis tantum copia, nempe qui melancholicus non ſit illabens, venas ibi deſitas natura imbecilliores, decumbendo dilatet.

UVA. BHSC. IyR_342

¶Vnde claret, non ſemper ab humore melancholico hemorroydes proficiſci, proficiſcuntur quidem aliquando à ſanguine optimo.

Stratonius pro curando vlcere in tibia, venam in cubito ſecuit, poſtero die rurſus parum, tunc tertio & quarto ſimiliter parum.

¶Conſulto non affatim, vna ſanguinis miſsione ſanguinem miſsit Stratonius ille Galeni præceptor, ne ater humor (ſanguine quo attemperabatur iugiter detracto) malignior redderetur.

Ab Atra bile belluina deliria in phrenitidibus.

¶Quòd non ſemper bilis rufa vel flaua phrentidis ſit cauſa, ſed aliquando atra bilis hinc patet.

Nam quo pacto pugnantia non dixerit Eraſiſtratus, fruſtra inter partes naturam lienem fabricaſſe.

¶Sententiæ Eraſiſtrati adſtipulati ſunt ij, qui crediderũt ſine liene hominem viuere poſſe, illumq; curſus impedimentum eſſe, de qua re Plin. 11. lib. cap. 37.

At in ſecundo de febribus Eraſiſtratus veteribus adſtipulatus eſt, cum menſium excretionem non ſimpliciter euacuationem, ſed purgationem nominarit.

¶Galenus 3. lib. de Sympthomatum cauſis menſium excretionem indicauit non eſſe vocandã purgationem, ſed vacuationem: dixit quippe ſanguinem menſtruum ſola quantitate peccare, purgatio vero eſt alienæ materiæ per qualitatem, quare conſiderandum hic eſt, in Gal. hac parte Eraſiſtrato conſenſerit, cui ſi ſubſcripſit ibi conſtans non eſt, porro Gal. vt Eraſiſtratum pugnantia loquentem oſtenderet, qui morbos produci ab atra bile abnuerat, dixit in excretione menſium illum veteribus fuiſſe adſtipulatum, quòd ſi hanc vocat purgationem, eo quod hic ſanguis eſt veluti melancholicus, claret hac parte falſum illum fuiſſe, hunc humorem in corpore gigni, morboſq; producere, ſed ex hoc non ſequitur, q Gal. veterum opinionibus, qui menſtruam excretionem vocarunt purgationem ſubſcripſerit, quod vero parum infra textum quem exponimus legitur, q poſt partum excernitur portio deterrima, vti ſingulis menſibus excernitur ſuperflua & inutilis non ſolum quantitate ſed etiam qualitate, ſic intelligas quod illa portio ſanguinis poſt partum excernitur, vti ſingulis menſibus excernitur ſanguis, qui ſuperfluus eſt, ſubiungit & inutilis non ſolũ quãtitate, ſed etiam qualitate quod ad excretionem quæ eſt à partu eſt referendum, q vero ad menſtruam purgationem non referatur, colligitur ex hoc quod dicit inutilis, inutilem quidem ſanguinem menſtruum eſſe, qui eſt generationis materia, quomodo Galenus aſſerere poterat, ſed certe licet hæc ſit ſententia eorum quæ Galenus ſcripſit, verba ſunt mutila, & melius legeretur, vti ſingulis menſibus ſuperflua, ita illa quæ eſt à partu inutilis, ſed de ijs tertio vulgariũ Comen. 3. plura.

In librum de Optima corporis noſtri conſtitutione Annotationes.

QVapropter ſicuti à nobis paulo ſuperius explicatum eſt, quòd medium dicitur, haud ſane videtur plus omnino quàm cætera corpora morborũ offenſis aduerſari, ſed ſingulis quidem corporibus aliqua re inferius eſt, ante omnia tamẽ potiſsimum diligendũ.

¶Cum tam expreſſe dictet Gal. corpus temperatum non omnibus incommodis magis, quàm cætera corpora reluctari, culpandi ſunt, qui illi aliud aſcribunt, ſat illis eſſet deerrare, cum contendũt, nulla re inferius eſſe corpus temperatam, niſi quòd id grauibus autoribus eſſe aſſertum velitentur, nihil eſt enim ex omni parte beatum, bene cum temperato corpore actum eſt quòd nullum tantis dotibus ac illud eſt ornatum.

Annota. in librũ de bona habitudine.

Cum

UVA. BHSC. IyR_342

CVm enim illos ad edendum neceſsitas cogat valideq; eorum ventriculus cõcoquat, ac facile poſt coctionẽ diſtributio fiat, mox ſanguinis generatio, appoſitio, aglutinatio, ac nutritio ſubſequatur, periculum eſt ne admodum impleantur.

¶De Athletica habitudine hæc dicit Gale. inſinuat vero virium naturalium robore bonam valetudinem a billa ſuperari, verum licet hac re ſuperetur, minime eſt interior, multa quidem incommoda ſequuntur habitudinem athleticam. vt Hippo. primo lib. Aphoriſ. inſinuauit, & Plato tertio lib. de republica, & hac parte Galen. & copioſius lib. an ars tuendę ſanitatis ad medicinã expectet.

In librum de Oſsibus.

AB Hippocrate alterius ex cohærentibus oſsibus extrema pars articulus frequenter nuncupatur.

¶Licet Hippocrates articulum ſumpſerit, pro alterius ex oſsibus cohærentibus extrema parte, mos medicis eſt, amborum oſsium extrema articulum vocare, non aduertens porro medicus quidam amicitia mihi coniunctus, quæ cap. de Arthritide ego ſcripſeram, dixit ſe mirari, quod ipſe ſcripſiſſem, Galenum dictaſſe lib. de oſsibus, quod articulus ex cohærentibus oſsibus extrema pars eſt, dicebat quidem id Galenum ex propia ſententia, non docuiſſe, ſolumq; voluiſſe, quod frequenter Hippocrates modo dicto vocabulum vſurpauerit. Cæterum ſi attendiſſet ille, me non dixiſſe alterius ex cohærentibus oſsibus extrema pars, ſed ex cohærẽtibus oſsibus extrema pars, qua diffinitione vtraq; oſsium extrema complector, mirari deſiſſet.

Ex oſsibus dentes tantũmodo mollium cerebri neruorum partici pes ſunt, ob idq; ſoli euidentem ſentiendi vim habent.

¶Tribuens Gal. euidentem ſentiendi vim dentibus, non abnuit reliqua oſſa obtuſe ſentire. Niſi dicas ſenſum ſolũ per neruos molles dimanari, ſed de ijs primo libro de elementis.

Annotationes in librum de diſſectione Vuluæ.

IPſum vero corpus vuluæ, duæ tunicæ explent, oppoſito modo inter ſe applicatę, quarum exterior neruoſa, interior venoſa eſt.

¶Vterum eſſe neruoſum, hac parte & tertio lib. de Ratione victus & Alexander ſectione quinta Problematum proble 67. dicunt, ſed vt ipſe Gale. ſexto vulg. cõment. 1. ait, vterus vere non eſt neruoſus, ſed ex quadam ſimilitudine, vt ibi late lector poterit videre, ad quem modum ſunt exponẽda quæ hac parte & tertio de ratione victus dicuntur. Quomodo vero intelligatur, vuluam ex duabus tunicis eſſe compoſitam. 3. de facul. naturalibus declarabimus.

Conceptionis vero tempus eſt, vel incipientibus, vel ceſſantibus menſtruis, quanuis reliquo etiam alio toto expurgationis tẽpore aperta ora hæc ſint, non tamen tunc concipere mulier vllo modo poteſt, cũ ſemen nequeat in vuluam retinere.

¶Hippocrates lib. de Superfœtatione non negauit, quòd & reliquo tempore menſtruæ purgationis concipiat mulier, idem dixit libro de Septimeſtri partu, ſed eſt hoc rarum ob rationem quam Gale. appoſuit, quam vero ſine ratione ſit dictum quod dixit Oribaſius, quòd ſi mulier concipit primo die menſtruæ purgationis conceptus fiet leproſus duodecimo anno, ſi ſecundo die, decimo tertio. alibi iam annotauimus.

In

UVA. BHSC. IyR_342

Annotationes
In librum de instrumẽto odoratus.

AVditus autẽ foramen, cuius interior terminus valde exiguus est, qui neruum excipit, tantum nerui ipsum accepit, quantum magnitudinis suæ ratio ferebat.

¶Ex hoc loco & alijs quæ primo lib. de Sympthom. causis adducemus, colligitur terminum foraminis esse instrumentum auditus sed ijs ibi abunde.

Ex quibus rebus, cæteriscp de quibus ante disputatum est, cum ratiocinaremur, sensum odoris inuẽtriculis cerebri anterioribus moueri existimauimus.

¶Non ventriculi cerebri, sed quidam processus qui pendent ex anterioribus cerebri sinubus, esse olfactus organum insinuauit septimo lib. de Decretis Hippocratis & Plat. Cæterum quia ex anterioribus cerebri ventriculis, ij processus protuberant, ob id ad ventriculos priores cerebri retulit instrumentum odoratus. Alemæon porro vt autor est Plutarchus lib. de Placitis philosophorũ dixit organum odoratus cerebrum, sed forsan in hoc sensu id voluit, quo Galenus interpretatur hoc modo interpretabimur id quod dicit Hippocrates lib. de Carnibus, vbi cerebrum insinuauit esse instrumentum odoratus sic inquit, olfacit cerebrum humidum existens aridorum odorẽ. Nec vero obstat, quòd infra dicit, cum vero nares humectæ fuerint, olfacere non possunt, nõ enim aerẽ attrahit cerebrum ipsum ad se ipsum, hæc ille. Quibus non vult, quòd nares olfaciant, sed cp non sint optimum medium ad olfaciendum cum humectæ fuerint, clare id colligitur ex ijs quæ subiungit, non enim aerem trahit cerebrum ad seipsum in ijs insinuat, attractionem ad cerebrum esse necessariam, vt fiat odoratus. Cæterum vt autores sæpe dicunt audire aures, licet intelligant aures nõ esse organum auditus, sic aliquando dicunt nasum olfacere, licet persuasum habeant, in alia parte quàm in naso esse organum odoratus, ad quem modũ puto loqui Platonem in Thimæo cum dicit circa narium vim species non sunt. Vbi ad nares pertinere odores insinuauit.

Hæc Aristoteles qui locum quærere in quo primum odoris sensus positus sit nulla ex parte tentauit.

¶Omnes tribuunt Aristo. quòd odoratus sensus sit in naribus sed de Aristo. Gal. hoc non sensit dixit quidem, non definisse qua parte sit sensus odoratus Aristotelem, voluit quidem Aristo. vt colligitur ex ijs quę dicit. 13. Sectione proble. prob. 5. supra nares esse odoratum, sed in qua parte nõ explicat, sic ait calor odoresq; omnes sursum feruntur, tum quia siti in aere sunt, tum quia sensorium eorum supra non infra habetur, quippe cum odor ad cerebrum penetrãs mouere soleat sensionem, quod etiam supra nares sit odoratus organum etiam insinuat lib. 5. de Generatione animalium cap. 2. sic ait quæ enim ante suas sensorias partes productiores veluti aquæ ductus posident, hæc procul sentire possunt, quam ob rem, quorum nares porrectæ sunt, vt catellorum laconicorum, hæc valent olfactu. Ita enim motus non interpellantur, sed alonge directe sensorium subeunt integri, hæc ille. Vbi nares esse meatus ante sensorium sensit, idem indicauit 1. lib. de Lusto cap. 11. cum dixit per nares subministrari olfactum, sensit quidem nares esse viam, per quam ad odoratũ odores ascendunt, porro esse nares veluti meatus, & non veluti organum, ipsa natura quæ cæteris organis custodiam posuit, & custodia præmuniuit ostendit: accedit cp similitudinem habet quodlibet sensorium cum sensili, vaporosum porro est quod olfactum mouet, vt sunt illi processus, minime vaporosæ sunt nares, hos processus forsan Arist. indicauit libro de sensu & sensibili, cum ait est proprius locus odoratus vbi cerebrum continetur, quia est frigida materia, potestate calida. Hi quidem processus sunt in loco vbi cerebrum continetur, sunt materia frigida quia sunt de natura cerebri, ab ipso tamen odore fiunt caliditneq; aliud colligitur ex. 2. lib. de Anima cap. 9. de ijs satis in Enchiridio, recognito.

Id igitur credendum non est, præsertim cum supini tota nocte cubamus, morbus enim is aut quem apoplexiam, aut is quem carum Grę ci ap-

UVA. BHSC. IyR_342

ci appellant,aut comitialis cum pleni cerebri ventriculi sunt.

¶Nom exigitur,quòd cerebri ventriculi impleantur ad epilepsiam, si enim implerenter, spiratio magnopere lederetur,impletis ventriculis,apoplexiam excitari dixit.2. lib.Apho.apho.42.quare credo textum esse inuersum, & sic legendum, aut morbus is quem epilepsiam aut is quem carum Græci appellant,aut apoplexia,cum pleni cerebri ventriculi sunt.

Siue somnus naturale sit opus, siue affectio,id quod iudicare non facile est.

¶Arist.2.Ethicorum ad Eudemum,indicat somnum esse vitæ otium & non operationem,lib.etiam de somno & vigilia sensitiuæ partis,affectionem esse somnum dicit.

Quibus manu medici caluaria perforatur sæpe in affectus caro similes incidunt.

¶Non solum in morbos caro similes, sed in carum eos quibus caluaria perforatur incidere dixit 4.lib.de partien.locis.

Annotationum liber primus in libros de Vsu partium.

QVare quæcunq; corpora, nec vndequaq; circunscriptionẽ habent propriam, neque vndequaq; coniuncta sunt alijs, hæc particulæ vocantur.

¶Fusius sumit nomen particulæ Arist.3. de Parti.ani.cap.2.quippe qui,sanguinem numerat inter particulas similiares, sanguis porro circunscriptionem habet propriam.2.de parti. animali.cap.10.non vult concedere,sanguinem esse partem animalium.

Quapropter cætera animalia,mihi natura magis, quàm ratione artem aliquam exercere videntur.

¶Ijs qui dicunr,quòd aliqua ratione brutæ animantes vtantur fauet, quod de docilitate aliquorũ animantium brutorum traditur,tantã docilitatem esse in elefantibus tradidit Plinius.8.lib.& Plutarchus libro,an de industria animalium,quòd tradunt visum fuisse vnum elefantum tardioris ingenij in accipiendis quæ tradebantur, sæpius castigatum verberibus eadem illa meditantem noctu repertum,sed licet hoc ita sit, non videmus araneam, nec bombycem artem nendi addiscere, nec formicam arte attingere fabricare labyrintos, vnde patet,bene collegisse Galenum,q; brutorum artes illis sunt à natura,& non à ratione illis inuentæ,vel acquisitæ.

Sicut si innata illi essent arma,illa ei soli semper adessent,ita si aliquã artem sortitus esset,reliquas sane nõ haberet, quia vero melius erat homini,omnibus armis omnibusq; artibus vti, neutrum eorum à natura ipsi propterea datum est.

¶Pulchre hæc lib.4.de parti.animalium cap.10.ab Arist.sunt tradita,à quo quod scripsimus theorema fuit mutuatus Galenus:fuere vero aliqui,quod Arist.reprehendit,qui in naturam querelas effuderunt, quòd alijs animantibus fuerit mater,hominibus nouerca,horumopinioni videtur fuisse adstipulatus Plinius.7.lib.in procœmio,cum dicit, vt non sit satis æstimare,parens melior homini, an tristior nouerca fuerit,ante omnia vnum animantium cunctorum, alienis velat opibus, cæteris varia tegumenta tribuit, testas, cortices:sed credo equidem potius in ijs rethoricari voluisse Plinium,quam philosophari,nam.22.lib. in procœmio, naturam vtilitati hominis dicit maxime misereuisse,ad hunc modum legimus viros sapientissimos, & christianissimos,nunc miseram hominum conditionem deflere,nunc hominis naturam maxime admirari: sic Diuus August.22.lib. de Ciuitate dei cap.22. hominis lubricam naturam videtur deplorare,cum ait,quid est enim quòd cum labore meminimus,sine labore obliuiscimur,cum labore discimus sine labore nescimus, cum labore strenui,

UVA. BHSC. IyR_342

ſtrenui,ſine labore inertes ſumus.Atqui eodem lib.24.cap. humanam naturam admiratur, ſic inquiens,humano ingenio tot tantæ artes ſunt inuentæ,& exercitatæ,partim neceſſariæ, partim voluntariæ,& tam excellens vis mentis,atq; rationis. hæc ille. qui vero multa voluerit legere eorum qui conditionem hominis (vt naturam cuipent) deprimunt,legat librum de opificio Dei lactantij firmiani,quo contra epicurum,qui nulla prouidentia inſtructum eſſe ac regi mundum dixit,ſubtiliſsime diſputat.Cæterum artes non eſſe homini ingenitas dicit Gale. ſumens preſſe nomen artis, vt ſcientiam non complectatur.Nam libro de theriaca ad piſonem,non diſſenſit Platoni, q; ſcientiæ ſint animis ingenitæ.Porro maximus Tyrius philoſophus Platonicus ſermone. 28.ex hoc q; brutis ſint ingenitæ artes,nititur probare,eſſe homini ingenitas ſcientias, quæ ratio ſi aliquod robur haberet.etiam probaret,ingenuas artes homini eſſe innatas. Sed ad ſatiſfaciendum Tyrio ſat eſt,quòd homini ſit innata ratio,qua bonas ſcientias & artes poteſt addiſcere & inuenire. Cæterũ quomodo innata arma homini defuerunt,ſic nec innatæ veſtes,nam ſi innatæ eſſent,ſemper illi adeſſent,pro libito vero & pro tempore veſtes accipit,quas plantæ, & animantes in illius obſequiũ parant.Quod ſi aduertiſſet noſter Ludouicus Viues lib.primo de cauſis corruptarum artium, nõ dixiſſet,tegumenta corporum naturę beneficio accipiunt bruta, homo vero prodit in lucẽ hanc, multarum rerũ indigus,vt appareat crimine aliquo detracta eſſe illi naturę beneficia, ſumpſit hoc à Plinio quem in hac parte non debuerat imitari.Cæterum & Plato in fabula quam narrat de prometheo,de iis ſcilicet muneribus,quę omnibus animantibus ille dedit.mire oſtendit,ſapientię quę homini fuit impartita munere,& habere ipſum arma & veſtes,maioriſq; beneficij eſſe,ratione potiri,quàm habere ingenita arma & innatas veſtes.ſunt hęc in protagora.

A.

Plato nanq;,Deos qui homines conſtruxerunt ait, ſeu imperitos quoſdam artifices,velut vtilem vnguium in animalibus alĩs generationem præmeditatos, illos ob id in ſummis digitis produxiſſe. Ariſtot. munimenti cauſa dicit factos hos, ſed tamen cuius munimenti, aduerſus frigora vel calorem,vel vulnerantia, vel quaſantia non addidit, neque enim contra illum horũ munimenti gratia,neq; contra aliud quidpiam,propter hæc factos vngues excogitari poteſt,

¶In Thimęo Platonis aliter legimus,ſic habetur,quòd enim ex viris quandoq; mulieres,& cæterę animantes erant futuræ noſtri illi opifices non ignorauerunt,quin etiam,quòd vnguium vſum beſtię quoq; multę ad opera multa erant habiturę non ignorauerunt, quapropter homines ſtatim genitos vnguibus armauerunt,hucuſq; ille forſan hac parte voluit, vngues hominibus eſſe datos, ratione qua cõmunicant cum beſtijs virtute ſcilicet concupiſcentię & iraſcitiuę:nam quatenus intelligentia vtuntur,non habent vngues pro armis,ſed mentem & intelligentiam,quòd ſi Deos palam ignaros feciſſet, non effugiſſet aryopagitarum iudicium, cicutamq; vt ſuus magiſter Socrates ebibiſſet.

Vera enim pulchritudo nihil aliud eſt, quàm conſtitutio optima, quam actionibus explorabis & iudicabis.

¶Si conſtitutionem vniuerſi corporis intelligeret,partes corporis non poſſent dici pulchræ,intelligas conſtitutionem cuiuſlibet partis.eſt pulcher oculus, eſt pulcher naſus, cæterum nec ſic hæc diffinitio placet Marſilio Ficino cõmentario libri de pulchro Platonis, dicit enim iuxta hãc diffinitionem,non eſſent pulchri Angeli,nec aurum pulchrum. Auguſtinus vero nimphus lib. quem de pulchro edidit, pulchros non eſſe dicendos Angelos ſed bonos contendit, ſolum dicitq; eſſe pulchrum in genere hominis,hunc autorem legat qui de pulchro videre cupit multa.

Hæc nanque Socratis muſa fuit & induſtria, vt ſeria iocis ſemper immiſceret.

¶Si hanc eſſe Socratis muſam,bene diſpexiſſet Lactantius firmianus, non ſic illum, eo quòd gallũ æſculapio pro ſe ſacrare familiares rogauerit irriſiſſet, ſic enim ait lib.3. de falſa ſapientia cap.20. timuit ne apud Rhadamantum recuperatorem voti reus fieret ab æſculapio, dementiſsimum hominem putarem,ſi morbo affectus periſſet,cum vero hoc ſanus fecerit, eſt ipſe inſanus, qui eum

putat

UVA. BHSC. IyR_342

putat esse sapientem, hæc Lactantius. Cæterum qui considerat quomodo Socrates familiaribus responderit de sepultura interrogantibus, videbatur quidem cum illis iocari, minime mirabitur, q̃ de gallo mentionem fecerit, quo quidem sermone ignorantiam carpebat discipulorum, qui mortem tanquàm summum malum formidabant, vt enim ostenderet alacriter mortem illum opetere, iocis quibus inter gaudia vti consueuerat, in ipso mortis limine etiam vtebatur, aliter dicta Socratis interpretatur Rhodoginus, quem potes legere, sed magis videtur consonare, id quod ex dicto Galeni colligitur quàm id quod dicit Rhodoginus Cælius.

Quoniam igitur voluntarios motus omnes quales manui sunt, à musculis monstrauimus fieri

¶Quod dixit duodecimo lib. de vsu partium, tendonem primum esse organum motus, parti quam annotamus non contradicit, præcipua quidem pars qua ad mouendum musculus vtitur, tendo est, intelligo de musculis qui habent tendonem.

Sed quoniam excalpendo, vel aliud quid vnguibus agendo, exteri debebant, nobis eorum extremitates solas has animalis particulas semper augeri potentes natura construxit, augentur non vt aliæ partes in longum latum & profundum, sed pilorum modo in longum.

¶Ex hac parte patet, Galenum inter partes nostri corporis vngues numerasse, & esse illorum regimen, nec solam regenerationem vt pilorum est. Cæterum non solum virtutem nutritricẽ Gale. illis tribuit, sed etiam animalem, quippe. 3. lib. de Anatomicis administra. dicit, in radicem ipsam vnguium, non modo neruus sed etiam arteria venaq̃ porrigitur, vnde sensum vitam & alimẽtum, sicut aliæ partes accipiunt. hæc ille. Cæterum quia vnguis iuxta ipsos neruos maiorem vim suscipere poterit, ideo illa parte vel illa sola, sensum esse insinuauit, quia vero reliquæ partes non proprie nutriuntur, nec sentiunt, ideo illarum non esse regimen dixit lib. artis medicinalis, vbi etiam id explicauimus.

Vim naturalem venæ ab hepate accipiunt.

¶Cum Gal. dicit primo lib. de locis affe. vim naturalem esse innatam cuilibet membro, adeo quòd nullo influxu dicat membra egere, in dubium venit reuocandum, an vim naturalem venæ ab hepate accipiant, porro licet cognata membris sit vis naturalis, qua peculiare nutrimentum coquere possunt, non possent se ipsis solis venæ citra calorem quem iecur illis mutuat generandi vel concoquendi sanguinis vim habere, hocq̃ de nomine dicuntur illę vim suscipere ab hepate, consequenterq̃ vis nutrix dicitur ab hepate emanare, non quòd alijs membris hanc vim mutuet hepar, sed quia in omnia fere membra venas propagat, & nutrimentum omnibus membris demandat, si enim spiritus naturalis esset, quem. 12. Methodi sub dubio ponit Gal. non cognatam vim naturalem mẽbris esse diceremus, alioq̃ nomine vim nutritricem iecori assidere esset asseuerandum.

Causa generandi sanguinis simul & in omnes partes ferendi gratia, venæ factæ sunt.

¶Venæ quæ procul sunt ab hepate sanguinem non gignunt, substantiæ albæ illę sunt, quare nisi ea parte sint, qua hepatis substantia illas attingere possit, non poterunt colorem rubrum humori tribuere, quare credo quòd vbi habetur generandi sanguinis, legendum sit concoquendi sanguinis, sed de ijs infra plura in lib. de Hippocratis placitis.

Secundus liber.

AButitur & hic probe ipsa cauitate natura, reponit enim in ea familiare olsi nutrimentum.

¶Nemo dubitare debet, ossa medula nutriri, nam præter hoc quod Galenus id dictauit, idipsum credendum suadet ratio, cæterum concretis ossibus quosdam vixisse, nec sitim sensisse dicit Plini. 7. lib. cap. 18. atqui cum sitis à medulla non proficiscatur,

UVA. BHSC. IyR_342

ciscatur, non est cur illud inter concretorum ossium signa ponatur, huic obiectioni succurrere voluit Plini, cum à voluntate dicit sitim victam, quæ an à voluntate vinci possit, cum sermo de siti occurrerit discutiemus.

Tertius liber de Vsu partium.

Pindaro autem, si vt poëta recipit illam quæ fertur de centauris fabulam, condonandũ est, si vero vt sapiens vir accusandus est.

¶Claudius Cæsar vt autor est Plin. 7. lib. cap. 3. scribit, hippocentaurum in thessalia natum eodem die interisse, subdit & nos principatu eius allatum illi ægypto in melle vidimus, prodigiosum est hoc. Mirum vero cur id non retulerit Gale. quod eum non debuit præterire, vtcunq; fuerit, inter fabulas est numerandũ, quod de cẽtauris tradũt poëtæ, quibus quidẽ ampla est dicendi potestas. Cæterum vt homero fabulanti ex iouis cerebro procreatam esse mineruam, non irridendum sentit Gal. quia sub hoc inuolucro sapientiam cerebro assidere indicauit. ita pindaro qui illa fabula significauit cẽtauros esse primos, qui ex equo pugnare ceperunt, non est insultandum. quidquod gens rudis, & videre homines equis insidentes non assueta, putauit equum & hominẽ illi insidentem vnum animal esse, simileq; in indijs nuper repertis accidisse testantur, qui noui orbis historias conscripsere.

Rectus autem solus animalium omnium homo est.

¶Antequàm ob peccatum rueret homo, non solum hominem rectum incessisse sentit Diuus Basilius concione de paradiso, qui ait non horrendus erat tunc serpens, sed mitis ac mansuetus, nõ horribiliter in terra proreptans ac velut inundans sed altus super pedes gradiens, atq; si quæ de pigmęis ab aliquibus dicuntur vera sunt, & nunc sunt brutæ animantes recte gradientes, illos enim inter brutas aliqui numerant, quos rectos incedere non abnuunt. Petrus quidem de appono cõmentarijs in decimam sectionem problematum Aristo. prob. 12. dicit se vidisse pigmęos, quos dicit non esse homines, quia vt ille periculum fecit carent ratione: dicit tamen quòd loquũtur. ex ijs porro quæ dicit potius colligitur, quòd sint homines amentes quàm animantes brutæ.

A vide Angest. 2 de formę proprietatib. fo. 198 & 199.

Opinari autem ob id recte stare hominem, vt ad cælum prompte suspiciat, & dicere possit respicio aduersus Olympum fronte intrepida hominum est, qui nunquàm viderunt piscem dictum cæli speculatorẽ.

¶Quia solum homo cælum aspectat, dicunt aliqui hominem dictum esse antropos, idq; voluisse Platonem in cratylo dicit Augustinus Eugubinus, sed certe Plato aliud sensit, voluit quidem dictũ esse antropos, quia quæ videt contemplatur, quod ex Platone hac parte etiam dicit Galenus. Cæterum sursum tendere in longumq; se erigere versus cælumq; augmentum niti, nulli animali quàm homini datum est vt dicebat Xenophon primo lib. de dictis Socratis, id volebant, qui causam quã Galenus explodit pronuntiarunt, sic enim dicit Diuus Basilius concione de attende tibi ipsi erectum te finxit Deus solũ ex omnibus animalibus, quo ex ipsa figura scias, quòd vita tua ex superna cognatione existit, non dixit hic, quòd homo est erectus vt cælum posset contemplari, sed vt ex ipsa figura quę in cęlum nititur, addiscat quòd vita sua ex superna cognatione existit, cęterum hęc causa finalis est, primaria vero causa ex fabrica & temperatura hominis pendet, non habent cætera animantia spinam rectam nec tam temperatum calidum. Calidum enim quo temperatius est potentius, si enim Arist. dixit, quòd homo est erectus quia habet maiorem copiam calidi, non intellexit intensione sed vi & temperatura.

Ac eorum qui naturam insectantur, quòd non per pedes natura constituit, effluere excrementa.

¶Similes hi fuerunt momo, qui accusauit naturam, quod non fecerit pectora hominum fenestrata, de qua re Lucianus in hermotimo, & Vitruuius tertio lib. Architectonicæ in procemio.

Sed hoc considera, vbi oportuit locatum esse solem in vniuerso mũdo, & vbi in animali pedem, in mundo quidem medium illum esse errantium

UVA. BHSC. IyR_342

rantium ſtellarum, infimum autem in animali pedem neceſſe fuit.

¶Sol in numero errantium ſtellarum ponit Gal. Cicero tamen. 2. lib. de Natura deorum: ſolem & lunam non ponit in numero errantium, ſic ait, maxime vero admirabiles ſunt motus quinq; ſtellarum quæ falſo vocantur errantes. Cæterum Plato in Thimeo non in quarto cælo, ſed in ſecundo à luna ſolem locatum ſenſit. idem libro de vniuerſitate dixit Cicero, libro tamen de ſomnio Scipionis ſolem in quarto cælo ſuam ſedem habere ſenſit. ab opinione vero Platonis, non video abluſiſſe Ariſtotelem, licet communiter contrarium doceatur, fuiſſe vero Archimidem & Chaldeos, qui quarto cælo ſuam ſedem tenere ſolem docuerunt. Primo libro in ſomnium Scipionis docet Macrobius, qui dicit Aegyptios docuiſſe ſecundam ſpheram ſolis eſſe, ſed Chaldeis & Archimedi aſtrologorum ſchola fuit adſtipulata: debuerat porro Macrobius, quę libro de vniuerſitate dixerat Cicero explicare. Cæterum. D. Chryſoſto. homi. 4. in Geneſim conſtanter aſſerit, vnum cælum ſolum eſſe, Damaſcenus. 2. lib. tres cælos ponit, quorum primum dicit aerem eſſe: ponit Theodoritus duos tantum cælos, adhęrere dicit fabulis eos qui plures cælos numerant, iuxta horum opinionem in vno cælo ſunt omnia ſydera, quòd ſi quis tenuerit per ſe moueri ſydera, & non motu cælorum vt Iſidorus ſenſit, facile motuum planetarum aſsignabitur cauſa, quę vero harum opinionum ſit verior, quando corruptibile hoc induerit incorruptionem, plene manifeſtabitur. Cęterum opinioni Di. Chryſoſto. aſtipulatus fuit Xenocrates, qui vt autor eſt Euſebius libro contra philoſophos cap. 45. vna eademq; ſuperficie ſtellas moueri putauit, qua parte dicit, quòd Anaximander & Metrodorus & Crates ſolem omnium ſupremum conſtituunt, deinde lunam, idem refert Plutarchus libro de placitis philoſophorum, à quo potiora quę ſuo libro refert Euſebius mutauit, Plutarcho etiam eſt tribuendum, quicquid libro de hiſtoria philoſophica, quę nomine Galeni attitulatur habetur.

Senſus principium & neruorum eſt in cerebro.

¶Ex cerebro vel ex medulla à cerebro orta omnes nerui originem ducunt, quatenus medulla à cerebro oritur, dicuntur omnes nerui quodammodo ab illo oriri.

Cæterum quòd ſol tantus ſit, ac talis, quantus & cuiuſmodi nunc eſt, id ei domeſticum & à ſeipſo ineſt, verum quòd in hoc mundo, digerentis ac diſpenſantis eſt opus.

¶Galenus fuit arbitratus, ex re quę fit lapis, hominem vel aliud animal non poſſe facere Deus. Sic putauit ex materia ex qua factus eſt ſol, non poſſe aliud quàm ſol creari. propter hoc dixit ex natura ſolis eſſe, quòd ſit talis ac tantus, & nõ digerentis. in qua re fœde fuit lapſus, non enim ex ſeipſo ſolum eſt ſol talis ac tantus, ſed etiam eſt hoc opus eius qui digerit, ac diſpenſat.

Sed & animal veluti paruum quendam mundum eſſe aiunt viri veteres.

¶Omni animali quadrat dici paruum mundum, ſed nulli tantum ac homini.

Quartus liber.

VEnæ præparant hepati modo quo ipſum ſimilimo, quippe quæ natura ipſi ſunt adſimiles, & primum germen ex illo ducunt.

¶Venæ paruam vel nullam ſimilitudinem cum carne hepatis habent, rubra eſt caro hepatis, illæ albę, quod ſi ſimiles dicit eſſe cum venis quæ ſunt in hepate nihil certe probat.

Siquidem ex aqua nutriri nulla particula poteſt, diſtribui vero ex ventre quod nutriturum eſt nõ poterat, niſi deductum fuiſſet, à quo piam ita liquido.

UVA. BHSC. IyR_342

¶Aquam nutrire celsus sensit lib.2.cap.18.& Athenæus lib.2.cap.2. sic inquit, quòd aqua nutriat id considerantibus manifeste patet,quod animalia quędam hac sola nutriantur velut cicadę, non sat probat hoc argumentum,cum ros quo pascuntur cicadæ non simplex aqua est.Cæterum Aetius sermone tertio primę partis cap.165.quæstionem hanc mouet,illam tamen non vult diluere,sic enim inquit,an aqua nutriat an non nutriat,& an sit elementi vehiculum, non est propositum hic querere,quod vero dicere necessarium est, hoc est,quod sine aqua alimentum concoqui non potest,sicut neq; citra aquam quicquàm commode coqui potest,qua parte duę mendę apparent,prima est,quòd vbi secundo dicit coqui digeri est scribendum, alias idem bis citra causam repeteret, & non responderet parti cui satisfacere tentauit,an scilicet aqua sit vehiculum,secunda menda est, quòd vbi habetur citra aquam quicquàm non potest coqui nec digeri,est addendum vel à quopiam ita liquido,vt in parte quam ob oculos habemus Galenus addidit,à qua suam sententiam mutuare debuit Aetius. Cæterum & sine aqua vel alio liquido cibum posse coqui & distribui experientia in ijs qui sine potu multo tempore degerunt ostendidit,de qua re infra.

Neque in alijs animalibus soli ventriculo omentum incumbit, sed in ijs quidem magis in ijs quidem minus extentum est,in intestina pro cuiusq; ipsorum natura.

¶Proprie super ventriculum hominis dixit extẽdi omentum Auicenna.13.animalium cap.5.quòd si intellexit q; in aliorum animantium intestina nõ extendatur,cõtra sensus euidentiã fuit ,ptesus.

Qua propter venis quæ ad ventriculum & vniuersa intestina pertinent,inest facultas quædem sanguinis affectrix, qua succum qui ex cibis distribuitur,venis in sanguinem mutare naturale est, priusquam ijs ad hepar perueniat.

¶Cum omnes venæ ab hepate propagentur,cur solæ venę quę ad ventriculum & vniuersa intestina pertinent,hanc vim generandi sanguinis accipiant,non caret scrutatione,credo quidem in ijs venis succum in ruborem commutari, quia ipsum hepar suis lobis venas quæ ad ventriculum & ad aliqua intestina veniunt operire solet,carne porro iecoris succum attingente,non mirum quod illum rubrum reddat,in cæteris vero venis , quæ ab hepate distant rubor minime tribuitur,cũ enim albę venę sint,earum non est rubrum succum generare,cæterum cum illæ venę, in quibus sanguis creatur ab illis non fiat,sed vt dixi à carne hepatis,non est cur venæ sanguinem gignere dicantur, si illis quidem producere sanguinem naturale esset, non solum venæ quæ ad stomachum & intestina pertinent id facerent,sed alię venę maiores , quę ab hepate non distant, sed quia hæc à carne hepatis, (sicut quę ad stomachum & intestina attinent) non complectuntur,sanguinem non generant,q; si illum generassent,non minus harum quàm illarum meminisse debuisset.

Neruus in hepar inseritur,ꝓpter quod nõ est omnino sensus expers.

¶Claret hinc errare, qui dicunt nullo sensu esse prędituꝫ hepar, est quidem substantię eius sensus obtusus,membranę illud ambienti acutus,vt.6.lib.Aphorismorum apho.5. dicit Gale.

Splenis vero corpus cum tanto rarius hepate sit , quanto est crassius pulmone,merito ex tenuiore parte sanguinis nutritur,qui nanque atrahitur ad splenem,crassior est eo, qui est in hepate, & quia elaboratus ab arterijs quæ illic sunt,atq; adeo venis multo densiorem tunicam habentibus,quam quæ sunt in hepate , non affatim neq; crassius carni splenis sed subtilis & paulatim mittitur.

¶Si quæ hic dicit Gale. aduertissent aliqui,non scripsissent pugnare hæc cum eis quæ dictauit.13. Methodi,vbi habetur,licet substantia splenis sit rarior substantią hepatis, propter nutrimenti vero quo vtitur speciem,frequentius hepate scirrho tentatur, hęc illæ,quę nec latum vnguem ab ijs quæ exponimvs distant,verum est quidem , quòd subtiliori nutrimento nutrirur splen quàm hepar.cum hoc tamen conuenit, quòd sanguis qui ad splenem attrahitur,crassissimus sit,quo nomine splen facile scirrho tentatur,spetiem vero nutrimenti non vocauit Galenus quod iam elabora

tum

UVA. BHSC. IyR_342

tum est ad nutriendum splenem, sed totum sanguinem qui in splene continetur, sed hęc lib. de arte curatiua iam satis explicauimus.

Coquitur adhuc alimentum & in ipso per intestina transitu, vt in venis etiam omnibus sanguis, cum tamen neq; intestinorum quoduis alimenti, neq; venæ sanguinis gignendi gratia stiterunt.

¶Videtur Gal. non sibi constare, siquidem hac parte, venas non stetisse sanguinis gignẽdi gratia, & 1. lib. de vsu partium dicit, sanguinis generãdi simul & in omnes partes ferẽdi gratia factę sunt, dilues sic hunc modum quòd parte quam exponimus, abnuit q; sanguinis generandi gratia præcipue sint factæ, distributionis quidem causa venæ præcipuæ factę sunt, verum cum natura distributionis instrumenta eas feciſſet, facultatem generatricem eis indidit, ne dum per eas fertur humor, tempus ipsi alimento frustra periret, sic Galenus se exponit hac parte: quid vero de vi quam habẽt venę ad gignendum sanguinem nos senserimus, supra in hoc lib. expressimus. Cæterum neq; ex ijs quę hic dicit Gal. contrarium sentire cogimur, nam hoc alimentum quod per venas distribuitur, vel est in venis quę ad stomachum, vel intestina attinent, vel ad venas quę ad alias partes propagantur, si ad primas, iam diximus, quod solum se habent venæ veluti receptaculum, & q; caro hepatis quę illas attingit, est quę propriè sanguinem gignit. Cæterum si alimentum est in alijs venis, sanguis coquetur in illis, non tamen primam generationem ab illis accipiet, quia hanc iam in hepate suscepit, quòd si dicis tempore necessitatis pituitosus humor qui est in venis per totum corpus disseminatis nutrit, & antequàm nutriat vertitur in sanguinem, dico q; pituitosus humor elaborabitur & coquetur à calore venarum adeo vt poterit esse alimentum, non tamen hinc sequitur vt illa pituita quę est in venis quę ab hepate longe sunt in sanguinem vertatur, erit illa alimentum semicrudum nec membris ita acommodum, sicut sanguis satis elaboratus, omnes quidem humores nutrire possunt vt lib. de natura humana exposuimus, quare pituita, quæ multam coctionem passa est, cum naturæ sanguinis sit multum propinqua, non est cur non possit alere, citra hoc q; sanguinis formam induat, & certe melius quadrat, quòd vbi textu quem exponimus habetur, neq; venæ gignendi sanguinis gratia steterunt, quòd legatur neq; coquendi præcipue sanguinis gratia, ad modum quem exposuimus quendam textum primi lib. de vsu partium, & quod infra habetur, cum natura distributionis tantum instrumenta venas feciſſet, facultatem generatricem eis indidit. etiam est corrigendum, est quidem legendum, facultatem sanguinis concoctricem, coquitur quidem & elaboratur sanguis in venis, quem iam genitum illis hepar demandat. Vult igitur Galenus, q; præcipue sint venę factę ad distributionẽ, secundario, vt ego textum emmendo, ad sanguinis cõcoctionem. perpende vero quod dicit, coquitur alimentum in ipso per intestina transitu, vt in omnibus etiam venis sanguis, & videbis, quòd non loquitur de prima generatione sanguinis, sed de concoctione quam sanguis iam genitus suscipit in venis.

Iam vero intestinorum substantia haud multum à ventriculo est diuersa, quo fit, vt si facultatem alteratricem ipsis quoq; inditam fuisse oportuit, ipsi ventriculo ad similem in ipsis cibum concoqui necessario consequatur.

¶Si vim coquendi habent intestina, nemo dubitare debet, quod infusa in anum nutrire possint, nã hac vi concoctrice poterunt quæ tenuis substantię sunt commutare, quę cõmutata per venas quæ ab hepate ad intestina deferuntur, distribui poterunt, vt potest quidem ventriculus concoquere carnem vacinam, poterunt intestina vi concoctrice qua dotantur, concoquere ouorum lutea, vel alia quę concoquuntur leuiter.

Quintus liber.

VM ex prauo corporis habitu copiosius est collectum pituitosum excrementum, nihil addubitant medicorum præstantissimi, quin ilei lyenterię, ac tinesmi, omnium quæ ventri cõtingũt morborum grauissimi sint.

UVA. BHSC. IyR_342

¶In omnibus Galeni monumentis, ſemper inueni ileum ſumi pro morbo, & non pro inteſtino, porro apud Dioſcoridem, & pro inteſtino capi reperio cap.27.primi libri,oleum dicit maxime ilei inteſtini morbo laborantibus infunditur.

Recte igitur veteres medici (vt alia omittam) præcepta ſalutaria vomitus à cibis in ſingulos menſes repeti præcipiebant,alij quidē ſemel, alij vero bis, oēs tamen hi qualitates ipſas eo caſu comedendorū acres atq; abſterſorias deligere conſulunt.

¶Non intelligas,omnibus naturis,ſed ijs quorum ventriculi pituitam acerbare ſolent vomitiones à cibis ſingulis menſibus vtiles eſſe: ijs enim qui pichrocoli ſunt, ieiuno ſtomacho vomitus ſunt vtiliores,melius quidem eo tempore euomitur bilis.Cæterum quę dicit quòd quę qualitatem acrē habent,ſunt edenda ad pituitam vacuandam, non ſurda aure ſunt prętereunda,ſunt enim annotatione digna,licet pro more habeant,qui has vomitiones procurant, multam cibariorum copiam aſſumere,non conſiderantes,qua qualitate illa ſunt prædita.

Acerba cum ſit melancholia,contrahere ventriculum ac conſtringere poteſt.

¶Quòd non ſit vehementer acida melancholia, ſupra lib. de Atra bile expoſuimus.Cæterum q; coctionem ventriculi adiuuet hic dicit Gale. non dicit porro, quòd naturalem appetentiam excitet,ſed rationi & multis autoritatibus quas alibi Gale. ſcripſit,quadrat.appetentiam naturalem illam excitare,quod Theophilus protoſpaſtorius qui mauritanę non fuit factionis Epitome anatomes etiam conceſsit.

Veſica non ſolum quæ bilem, ſed quæ vrinam recipit, purum vtraque atque ab alijs ſecretum, cum attrahant proprium excrementum iure optimo vaſa alia alimētum ſibi ipſis ſuppeditatura flagitarūt.

¶Non videtur veſica vrinę purum trahere excrementum cum bili mixtam trahat vrinam, bilem vero non eſſe ad finem ſubſtantiæ veſicę parum infra dicit,videtur etiam non ſibi conſtare,cum dicit veſicam vtranq; trahere proprium excrementum, nam. 6. de locis affectis dixit, veſicam non trahere à renibus,cui videtur accedere,quod infra dicit,quippe ponens diſcrimen, inter excrementa renum & ſplenis & veſicę feleæ cum excremento maioris veſicę, dicit illa excrementa cum dictis vaſculis magnam habere communitatem,propter quod dicit non eguiſſe acri ſenſu vt maiorē veſicam.Certe in multis quę de hac re ſcribit Gal. eſt magna difficultas, nam poſtea dicit ſubſtantiam vrinarum eſſe ad finem maiori veſicę,quid vero de atractice veſica ſenſerimus. 6. de locis affectis declarabimus: quod ſi quis voluerit negare, veſicam non habere vim tracticem vrinę non facile conuincetur,nam eſto quòd villos rectos habeat, poteſt dicere qui vim tracticem veſicę non tribuit,quod villi illi recti non ſunt ad attractionem, ſed ad tranſuerſorum tutelam, ad quem ſcopum ſunt in aliquibus inteſtinis,vt Gale.dixit.4.de vſu parti.aſſerendo vero, quòd veſica attrahit vrinam,dicemus,quòd vrina naturalis non eſt ſimplex, & pura aquoſitas, ſed aliquid per coctionem ſumit.totum vero hoc eſt veſicę familiare,attrahit igitur veſica ſolum id, quod vere dicitur vrina,propter quod dicitur ſecretum ab alijs trahere excrementum, nec formam bilis habet quod eſt in vrina naturali,licet aliquid à bili vrina ſumpſerit,ſimplex quidem eſt forma vrinæ.Cæterum ſi non ratione nutrimenti veſicę excrementa trahunt,nam per alias vias deportatur illis nutrimētum,ſcrutari ſubit,quę cōuenientia ſit his veſicis cum dictis excremētis,cuius ratione illa attrahāt. non mirum porro quòd licet hęc excrementa non faciant ad nutritionem,aliqua re commodent veſicis,vnde eorum fit attractio.exoptat veſica magna frequenter irrorari, quia alias cito areſcet,& hac de cauſa trahit vrinam: veſica felis eundem colorem habet quàm bilis,vnde colligitur illi eſſe maxime adſimilem, trahit igitur bilem,vt eius vt ita dixerim bilioſa ſubſtantia re ſibi tam ſimili conſeruetur.

Ergo ijs inſtrumentis natura ſenſum acutiorem non adhibuit, vt quæ nihil vnquàm negotij à comprehenſis in ſeſe excrementis erant habitura.

¶Loqui-

UVA. BHSC. IyR_342

¶Loquitur de renibus & splene & vesica felea, porro cū 3. de facul. natur. dicat, vesicā feleā vel multitudine succi presam, vel ex qualitate eius in mordacē acremq; mutata offensam, expulsionem desiderare, mirum quod dicat, à comprehenso in se excremento nil vnquàm negotij illam habiturā, melius certe dixisset, si scripsisset, vt quę parum negotii. Parum quidem negotij affricatur vesicæ feleæ, & spleni ab excrementis, prę negotio quod solet affricari vesicę maiori à suo excremento, vel dicere potes, quod bilis quę naturaliter attrahitur à vesica felea nunquàm qualitate offendit vesicam, illa bilis solet offendere quæ equo acrior ad vesicam fuit demandata, vrina vero quāuis naturalis, si multo tempore detinetur, acrimoniam acquirit, cuius ratione vesicam offendit.

Orificium ventriculi sensum habet alimenti ipsi animanti deficientis, quæ fames nuncupatur.

¶Nomen famis, 2. lib. Aphor. apho. 16. dixit Hippocrati significari extremam esuritionē, dicensq; ibi Gale. famescere dicimus qui ob ciborum inopiam ad extremam esuritionem perueniunt, nomē famis aliter sumit quàm hac parte.

Quibus ventriculi corpus est gracile deterius concoquunt.

¶Si hac sola causa vnus ventriculus fortior alio in coquendo esset, admodum carnosus debuerat esse ventriculus monachi illius, qui seruiebat Leoni decimo, qui vt à viris fide dignis accepi, ferrū nihilominus, quàm strutio concoquebat. sed aliqua intercedere debebat sympathia.

De potionis autem excremento, quod lotium appellant.

¶Lotium non solum est excrementum potionis, sed etiam cibariorum, nam multi qui mense integro à potu abstinuerunt lotium reddiderunt: de ijs libris de sanitate tuenda multa.

Quanquàm sexcentæ sint sensu præditæ particulæ.

¶Frequens est multis autoribus, frequentissimum Galeno, pro multo numero vel indefinito ponere numerum sexcentum, cuius rei cum causam meditarer, nam à nemine hoc notatum legi, menti occurrit, quod de senario numero dicit Philo. lib. de Opificio mundi, quod causam videtur aperire, dicit inter numeros lege naturę aptissimus est generationi senarius, nam post vnitatē, primus occurrit paribus constans partibus, à quibus conficitur. cum talis sit senarij natura, hinc ortum arbitror, vt quando volunt aliquam rem ampliare, quod numero sexcentum vtantur, si enim sex integram absolutionē significat, sexaginta & sexcentum quę illi respondent multa cōprehēdent.

Sextus liber.

SVscepit autem Vulgo hominum opinio quòd cor ad leuā declinet, nonin sinistris vtiq; cor omnino positum est, sed medium plane, non solum huiusmodi dimensionis, quę ex latitudine spectatur sed aliarum etiam duarum, quæ ad profunditatem thoracis ac longitudinem pertinent.

¶Arist. non vir è plebe, sed in scrutandis naturæ miraculis solertissimus, ad lævam cor inclinare tertio de partibus animalium cap. 4. dixit, cui sententię adstipulatus fuit Celsus cap. 1. quarti libri.

Vtilitas vero piscibus nulla est, vt qui in aqua degant sed nec respirare quidem ipsis licet per pharinga.

¶Aquatilia quæ sanguinem non habent non respirare sensit Gale. contrarium tenuit Plini. nono lib. cap. 7. tenet quidem in aquas & in terram aerem penetrare, non procul quidem ab opinione Hippocra. qui omnia dixit spiritu plena esse lib. de Flatibus, de qua opinione satis lib. de Sanitate.

Nullam aliam reperies particulam, raram adeo, ac leuem ac spirituosam, nec quæ sanguine ita puro & tenui ac vaporoso nutriatur, ac pulmo.

UVA. BHSC. IyR_342

¶Si ſanguine puro ac tenui & vaporoſo pulmo nutritur, abſurdum eſt, quod quidam ſcribunt, bilioſum ſanguinem eſſe pulmonis nutrimentum, ſanguis quidem bilioſus non eſt purus, vt ſanguis quidem bileſcit contrahit fecem, nec ſanguis bilioſus vaporoſus eſt.

Conſtitui oſtendere, neminem Adraſtiæ legem poſſe effugere quia confiteantur.

¶Adraſtiæ facit mentionem in phedro & quinto libro de repu. Plato, vbi Ficinus dicit, Adraſtiam apud priſcos theologos eſſe potentiſsimam ineuitabilium legum reginam, quam dicit eſſe diuinam prouidentiam, non abludunt hęc ab ijs quę dicit Gal. & ab ijs quę libro de mundo dicit Ariſt. alij volunt adriaſtiam & nemeſim eſſe idem.

Arteriæ vero neq; ſimplex, neq; tenuis, ſed duæ ipſi inſunt tunicę, quarū quidem interna craſſa eſt admodum denſa ac dura, atq; in fibras tranſuerſas diuidua: exterior vero tenuis, rara ac mollis qualis eſt etiam venæ tunica.

¶Contra hoc videtur quod dicit. 3. lib. de facul. natur. vbi externam tunicam arterię ex circularibus fibris conſtare dicit, credo textum eſſe inuerſum, legēdumq; eſſe quæ externa ex rectis, & qnæ interna eſt ex tranſuerſis, niſi velis, quòd quando Gale. dicit hac parte quam exponimus, qualis eſt venę tunica, quòd non ponit ſimilitudinem in fibris, ita vt exterior tunica arterię habeat fibras ſicut vena, ſed in modo ſubſtantiæ, ita vt ſit mollis externa tunica arterię ſicut eſt mollis tunica venę. dicens porro. 3. de facula. ex rectis plurimis, & obliquis paucis fibris conſtare internam tunicā arterię, & trāſuerſas fibras inſinuat. illam enim texturam quam faciunt fibræ rectę & obliquæ, ad tranſuerſas fibras quodammodo videtur attinere, ſed mihi magis quadrat. q; textus ſit inuerſus.

Plura ſunt cauſarum genera, primum quidem ac potiſsimum cuius cauſa aliquid fit, ſecundum à quo fit, tertium ex quo, quartum per quod, quintum ſi vis, quale ſit.

¶Stoici inter cauſas non ponunt propoſitum vel finem, vt dicit Seneca. 8. lib. epiſtola. 66. qui nō dicit cauſam potiſsimam eſſe finalem ſed efficientem, in hac parte ex mente Platonis ponit cauſam exemplarem, dicitq; vltra has cauſas eſſe ponendum tempus, locus, & motus. Hęc quæ dicit Seneca ſibi vendicauit argenterius, qui reprehendens Ariſtotelem & Galenum, in numero cauſarum de fecerunt, dixit cauſis ſunt annumeranda tempus, & ſpatium, ſed ſi ille conſideraſſet, quę Gale. dicit lib. de Sympthoma. differentijs, non ita tantis numerandis cauſis laboraſſet: dicit Gale. quòd proprię ſunt cauſæ quę ei quod fit perfectionis aliquid conferunt, quæ tamen nihil conferunt, ſed ab ijs quę conferunt ſeiungi non poſſunt, eius ſine quo non rationem obtinent. hæc ille, vbi & illis qui motum & ſpatium inter cauſas numerant, ſuo modo loqui permittit, nam licet proprie non ſint cauſæ, fuſe ſumpto nomine cauſarum ad cauſas poſſunt referri, quare pręſtaret argenterio tacere, quàm dicta Senecæ ſibi vendicare, & Galenum falſo interpretari quod dicit, quòd voluntatē poſuit pro cauſa Gal. ego parte quam citat non legi, reprehendit etiam Galenum, quòd vtilitatem dixerit eſſe cauſam, ſed cum per vtilitatem intelligat cauſam finalem Galenus, neſcio quid hic carpendum duxit. Longe à ſententia Senecę & argenterij fuit Cicero, qui libro de fato. cauſam quam dicunt ſine quo, dicit non eſſe cauſam, ſolum vocat cauſam id, quod cum acceſsit id cuius cauſa eſt, efficit neceſſario ſua vi, de cauſis vt iam diximus egit Gal. lib. de differentijs morborum, vbi dixit eſſe cauſas, materiam, & vtilitatem, & ſcopum, & inſtrumentum, & vnde motus mitium per vtilitatem, & ſcopum intellexit cauſam finalem. eſt vero hic notandum, quòd ſcopum à fine diſtinxit libro de ſectis: iuxta vero id quod dicit Macrobius primo ſomnij Scipionis, dicemus ſcopum eſſe, quod fuit præmeditatum, finem eſſe conſecutionem propoſiti: hancq; conſecutionem vocabimus vtilitatem & finem.

Ipſum porro cor omnibus quæ in mentem cuiuis venire poſſunt attrahēdi facultatibus præditum eſt, nam ſiue fabrorum folles ſpectes, quemadmodum ipſi dilatari intro aerem trahant, id maxime cordi ineſt, ſiue quo pacto elychniorum flammæ oleum attrahūt, nec ea quidē caret

UVA. BHSC. IyR_342

caret facultate,cum ipſum caloris natiui ſit principiū, ſiue vt lapis herachius familiaritate ferrum attrahit.

¶Tribus modis fieri attractionem,hac parte videtur docere Gale.3. vero libro de facultatibus naturalibus duo dum taxat tractionis dicit eſſe genera, vnum quod ſucceſsione ad id quod vacuatur contingit,alterum quod qualitatis conuenientia fit.Cæterum ſi quę parte quam exponimus Gale. dicit notamus,videbimus noluiſſe illum,quòd ſit triplex trahendi genus,ſed quòd trifariam videmus fieri attractionem,eſt vnus modus,quo fabrorum ſolles attrahunt, alius quo elychniorū flammę, eſt tertius,qui fit qualitatis conuenientia,hi vero modi ad duplex tractionis genus reducūtur, elychniorum quidem flammę non alia ratione oleum trahunt, quam quòd ablumendo humidum quo nutriebantur,cogunt oleum in vacuatas partes ſuccedere,niſi velis dicere, quòd qualitatis cõuenientia elychnium quod oleo nutritur,ad ſui pabulum trahit, aliud iam quodammodo aſsimilatum,vtcunq; dicas,duplex tractionis genus inuenies,neq; ijs obſtat quod quinto lib. de Simpli. medica.facult.dicit Galenus,calidum trahere,trahit quidem ſed eius tractio ad vnum duorum genus reducitur, applicitum medicamentum calidum digerendo,qui parte applicata ſunt humores, alij conſequutione quadam attrahuntur,vel inducendo dolorem,naturam ad humeros mittendos excitat,vel referando meatus humoresq; tenuiores reddendo,expultricem membrorum eorumq; attractionem iuuat,ad quem modum ignis leuiora quędam reddendo ad ſe quodammodo atrrahit,ſed quæ leuia non poteſt reddere,& ſi ſit intenſiſsimus non trahit: magnus ignis qui eſt in camera non trahit lapillum,traheret vero ſi innatum eſſet illi trahere:ignis etiam ablumendo quæ prope illum ſunt,cogit aliqua ad ſe moueri,ne detur ſcilicet vacuum.

At nullus neruus in ipſum cor videtur diſtribui, quemadmodum neq; in hepar renes ac lienem.

¶Ex ijs quę hoc capite dicit Galenus,claret erraſſe opinionem,qui vt autor eſt Gellius.10.lib.cap. 10.dixit,ex digito quem annularem vocant ad cor vnum neruum peruenire, ob icq; dixit fuiſſe morem,hoc digito geſtare annulum:qui mos vſq; in hodiernum diem manet. Cæterum Leonus lemus libro de naturæ miraculis.2.cap.11.dicit eſſe leuem ductum arterię ex corde ad hunc digitū, ob quod dicit fuiſſe morem geſtandi annulum in hoc digito,& ratione huius conſenſus dicit, hūc digitum poſtremo omnium digitorum morbo articulari corripi. quæ dogmata quantum valeant tu conſidera.

Qua in re, quod nõnullis videtur abſurdū, maxime omniū rationi congruere eſt putandum,vt cor ſcilicet pulmoni pręparet alimentum.

¶Membra prępparantia poſuit Auicenna,& eius aſſeclę inter ea quæ partibus principibus ſeruiūt, Gale.porro & principem partem ignobiliori prępparare docuit,ſic natura comparatum eſt,vt partes orbis maioris,minorisve,mutuas operas ſibi pręſtent.

Cum autem in magnis animalibus, os aliquod ad caput cordis inuenitur,

¶Si in magnorum animalium cordibus ſolum os reperitur,vt hac parte dicit Gale. ſi ſolum in bouibus & equis illud conſpexiſſe dicit Ariſt.3.de partib.anim.cap.4. colligitur in cordibus ceruorum,raro aut nunquam os reperiri, quæ enim in officinis oſtenduntur potius ex cordibus bouum eſſe debent,aliquam tamen cartilaginem in ceruorum grandiū cordibus aliquos reperiſſe audiui.

Septimus liber.

NOn conſentaneum eſt non confectum,neq; repente aerem externum eius ſpiritus,qui animali ineſt fieri nutrimentum.

¶Nutriuntur ſpiritus,non ea nutritione qua membra nutriri dicimus,ſed foueūtur aere, vt quodlibet aliud calidum.

Ex

VVA. BHSC. IyR_342

Ex carbonum odore pereunt aliqui, pereunt etiam qui domos calce nuper illitas incolunt.

¶Aer ex carbonum odore & ex calce deprauatur, qui ad cor attractus deliquij & aliquando mortis solet esse causa. Iouinianum quidem Imperatorem carbonũ odor extinxit, vt in epitaphio Nepotiani refert Diuus Hieronymus, & ego iam aliquos in summum discrimen ob prędictum odorem deuenisse vidi, non solum porro parietes calce illiti nocere solent, sed etiam qui gypso sunt dealbati, prauos quidem vapores gypsum aspirat, cæterum & omnes domus recens fabricatas, ob humiditatem quam effundunt damnosum est incolere, atq; domos nimis antiquas habitare, aliqui putant damnosum, quia vapores putridi ex ædificijs ruinosis aspirant, qui cor lædunt.

Cæterum spiritus qui ab asperis arterijs extrinsecus trahitur, in pulmonis quidem carne primum conficitur, tum autem in corde atq; arterijs, & ijs maxime, quæ in plexu sunt retiformi, vltimum ac perfectissime in cerebri ventriculis, vbi vtiq; primum exacte efficitur.

¶Præcedenti quidem lib. dixerat, spiritum animalem esse exhalationem quandam sanguinis, quod ijs quę hic dicuntur non repugnat, spiritus quidem attractus exhalationem suscipit in corde, vt septimo de decretis ab eodem dictum est, cæterum cum tam expresse loco quem exponimus Galen. dicat, spiritum animalem in ventriculis primum exacte effici, non sunt audiendi, qui contendunt, quòd in plexu retiformi senserit ille primum spiritum confici, porro præter autoritatem quam in manibus habemus, docuit idipsum. 3. lib. &. 6. de decretis, præparari quidem in plexu retiformi, & perfici in ventriculo hac vltima parte dixit, cæterum & ratio suadet, post illam præparationem, illa euentillatione quæ in cerebro est, prorsus expurgari, perfecteq; & exactè effici.

Quod cordis motus est à natura, thoracis vero ab anima.

¶Ea quę fiunt ab anima vegetatrice, insinuauit à natura fieri primo lib. de Sanitate tuenda, cum vero hic dicit à natura cor moueri, naturam ponit pro omni facultate, quæ arbitraria non est, quo quidem significatu complectitur facultatem naturalem & vitalem.

Foecundis quidem multas mãmas infoecũdis natura binas efficit.

¶Fœcundum animal est leo, duas tamen duntaxat mãmas habet, vt Aristot. dicit lib. 4. de partibus animaliam cap. 8. causam vero quam adhibet est, quia minus lacte abundat leo, cibum quidem quoniam calidissimus carniuorum est in corpus absumit, adde quòd quoniam carniuorus est non est sem illi obuiam cibus, sed dices, eadẽ ratione lupus nõ debet habere nisi duas mãmas. sed vide q. ex vrenti calore, quo leo viget, absumit lactis materiam, nec abnuo catellis lupæ sæpe deficere alimẽtum, ob rationem quam Arist. ponit, quam si consideras, satisfacies quæstioni quæ multos torquere solet, cur ex lupis nõ fit tanta proles, sicut ex ouibus, quando numerosior est partus lupis quàm illis, causa quidem est, quia lupus est carniuorum animal, non ad os vt ita dixerim cibum habet, vt ouis, quo euenit, vt minus lacte abundet, vnde fit, vt non possit totam alere prolem, accedit quòd ipsi lupi inedia (vt discrimina quæ ab hominibus patiuntur dimittam) sæpe pereunt.

Demonstratum est, foeminam omnem mare esse frigidiorem.

¶Solent multi dubitare, quomodo omnis fœmina sit frigidior mare, quando in accipitrum genere, videamus fœminas maiores esse & audaciores, sitq; vrsa fœmina mare audacior, diluunt sic quę stionem, quòd cum accipiter sit calidissimus & siccum animal, tanta fit ablumptio natiui humidi in maribus vtpote calidioribus, quòd ex accidenti refrigerantur, vnde euenit, vt sint illi minores, & minus audaces, quàm fœminę. omnibus hanc rationem satisfacere video, mihi etiam quando quinquagenas scribebam satisfecit, nunc vero minime satisfacit, nam hæc refrigeratio & natiui humidi effatu digna consumptio, non potest esse ante vigoris ętatem, qualibet tamen ętate audaciorem & maiorem esse fœminam accipitrem dicunt. Credo sane accipitrem marem iuuentutis ætate esse audaciorem, sed fœminam esse solertiorem, & ad volandum agiliorem, vnde notam maioris audacię solet præbere, est quidem agilior vel laboris quem volatus tribuere potest patiẽtior, quia cum minus calida sit quàm mas non tanta eget aeris respiratione, quare diutius volare potest, sat habet virium ad agrediendum certamen, non sufficit sexus ad illam infrigidandum. porro cum respiratione tanta non egeat vt mas, ijs denominibus venatui est accõmodatior quàm mas, accedit quòd

UVA. BHSC. IyR_342

quòd habet pennas maiores quia humidior, quarum longitudine melius poteſt prędam ſubiugare,nec eo quòd fœmina ſit maior,colligitur eſſe mare calidiorem, quia enim humidior eſt, magis creſcit,ſat habet caloris qui augmentum procurat, & cum teneriora ſunt membra quàm in maribus magis augentur,non quidem in hominibus qui eſt maior,eſt calidior,cæterum quod de vrſa dicunt nullam preſe fert rationem, vrſus quidem mas eſt fœmina audacior, licet vrſa cum prolem alit,facillime irritatur,vnde magno conamine tunc certare ſolet.Plutarchus libr. de induſtria animalium in feris ad fortitudinem ęqualiter ſe habere naturam, neq; maribus fœminas eſſe inferiores dixit.

Cur autem mămę magnopere in maſculis non attollantur, quemadmodum in foeminis, phyſica quæſtio eſt, quare non eſt de ea dicendi locus.

¶Phyſica eſt quęſtio,ſed id genus multas ſolet diluere Gale.quam ſic potes diluere, quòd quia caro mulieris eſt humidior & rarior,cõmodius poteſt attolli, adde quòd ex conſenſu quem habent mămæ cum vtero,facile ab eo humorem ſuſceptant, à quo aluntur, & magnopere augentur, fuit porro cõmodum vt viri qui cum brachijs maiorem operam nauaturi quàm fœminę erant, vt minores mămas haberent,ne ſcilicet abſumpto nutrimento in mămas,brachia ipſa minus vegeta fierent,huius quidem rei non ignarę amazonę (ſi aliquæ fuerunt) mămam dextram vt Gal.7. Apho riſmorum dixit inurere conſueuerunt, vt ſcilicet alimentum, quod ad mămam ire conſueuerat brachium adiret,fortiuſq; illud redderet.

Octauus liber.

NEo ſane peccat Ariſt. quòd nunc oblitus ſit,ſe alibi aerem calidum eſſe ſtatuiſſe, an hoc quidem recte fecit,quòd falſarum aſſertionum ſit oblitus.

¶Tertio Phyſico.cap.5.aerem frigidum eſſe ſcripſit Ariſt. ſed tunc non narrat ſuã ſententiam,ſed eorum qui in alijs ab elementis admittebant infinitum. Cæterum Galen.hac parte aerem frigidum eſſe inſinuat,Arachangelus picholominus in librum de humoribus Gal.omnium qualitatum eſſe expertem aerem dixit, voluit ſuſcitare opinionem Thomæ de Garuo qui idem in ſua ſumma fuit profeſſus,abſurdum eſt hoc,nam ſi ſic eſſet,non eſſet aer elementum,ſed prima materia,quòd ſi intellexiſſet eſſe temperatum,vt credo illum ſenſiſſe,plures quàm duas qualitates haberet,nam ſi eſſet temperatus,participaret caliditate & frigiditate in medio,quibus qualitatibus ſi participaret,non eſſet dicendum elementum,cæterum quòd ſit frigidus ratione quam in Enchiridio poſui videtur,nam niſi ſol illum irradiat, breui infrigidatur, tenendo vero quòd ſit calidus, huic obiectioni ſic ſatisfaciemus,quòd licet calidus ſit, quia eſt admodum rarę ſubſtantiæ cito ab illum attingentibus cõmutatur,quare auſente ſole ab ijs quę ex terra & aqua ſurſum feruntur cito infrigidatur,nec huius rei mirari debemus, quando flamma quę eſt aer inflammatus, breui ob ſuã raritatem,ſi denſiori rei non adhęret extinguitur & diſsipatur. Cæterum nec eo quòd aer cor refrigeret vel calidum euentilet,ſequitur illum frigidum eſſe:ſuus quidem calor minor eſt calore cordis,quatenuſq; euentilat & expurgat cordis retrimenta frigidus poteſt eſſe,aer quidem media æſtate regione æſtuoſa,citra controuerſiam calidus eſt,poteſt tamen cor refrigerare,& calidum euentilare.Cæterum & quòd calidus ſit,ſenſit Hippocrates lib.de carnibus.Seneca quæſt.natur.opinionı Galeni fuit adſtipulatus. Philo. porro libro de plantatione, non ſolum aerem frigidum ſenſit, ſed dixit eſſe frigidiſsimum,idem dixit Marcus Cicero.2.lib.de Natura deorum,ſic enim ait,ipſe vero aer qui natura eſt maxime frigidus, minime eſt expers caloris. in hac parte vult probare Cicero in aqua & in aere,& tandem in omnibus rebus quæ in mundo ſunt,non deeſſe calorem de qua re alibi.

Conſtat enim iam cerebrum in capite locatum eſſe,propter oculos.

¶Non incongrue dictum eſt ab Ariſto.4.lib.de partibus animalium hominem erectum eſſe, quia officium

UVA. BHSC. IyR_342

officium eius est intelligere, atque sapere, quod non facile esset, si vasta corporis moles assideret, pondus enim tardiorem reddit & mentem & sensum, hæc illę quæ si vera sunt, potius ob vim in, telligendi, quàm ob oculos in capite locatum est cerebrum. Cæterum quam partem dabis in qua cerebrum semper non offenderetur, si alibi quàm in capite illud collocas, si in pectore, nimio fer-
5 uore temperies illa quę ad sensum requiritur corrumperetur, si in ventre à cibariorum & intestinorum retrimentis nunquam non conspurcaretur, quare non sine causa dictũ est à Platone in Thimæo, merito vim nutritricem procul esse à consultore, ne clamore & strepitu suo illum turbet, sub alijs verbis illud dixit Diuus Chrysostomus com. in epist. ad Thim. homil. 13. qui ait, Deus lon
ge cerebrum & ventrem secreuit, ne qua ex eis pernicies emanaret. Cæterum quia vis intelligen-
10 di, videndi vim multis numeris superat, ideo consentaneum rationi est (ignoscat in hac parte nobis Gale.) cerebrum esse potius sursum locatum propter intellectum, quàm propter oculos, ignoscat etiam diuus Chrysostomus, qui. 6. lib. Exameron cap. 9. opinionem Gale. probauit esse potius sursum locatum propter oculos quàm propter cerebrum.

Cæterum apparent quoque soli nerui optici sensibiles poros, id-
15 est sensibiles meatus habere.

¶Aliqui eo quòd eos poros in hominum cadaueribus non aspectant, Galeni dictis nolunt succinere, sed si in grandibus animalibus id se inspexisse fatentur, hinc argumẽtum sumere possunt, quòd ob eundem vsum erit ea cauitas in neruis hominum. sed quia minor est quàm in neruis brutorum, ideo defuncto homine obliteratur. Cæterum sensibiles meatus solum habere hos neruos nõ negat
20 quòd obscuros meatus habeant alij nerui, ꝙ si Lacuna considerasset non reperisset contradictionem in dictis Galeni.

Visus habet purum sensorium humorem crystallinum at nihil ex ipsius alteratione assequeremur, nisi imaginatio, ratiocinatio & memoria eius alterationem sentiant.

25 ¶Ex hac parte Manardus & alij colligere voluerunt, operationem sensus non perfici in organo sed in cerebro, quod est contrarium ijs quæ primo de Sympthomatum causis dixit Gal. vbi ostendemus Manardum hanc partem cui fuit anisus non recte intellexisse.

Neꝙ enim bonitas ac perfectio intellectus multitudini spiritus animalis potius videtur attribuenda, quàm qualitati.

30 ¶Multitudinem spiritus habere possunt multi, quorum sunt medullę vino plenæ & dapibus inflammatę, non tamen intellectus munia recte obire poterũt, expurgatus spiritus & attenuatus est, qui functionibus cerebri recte seruit, quare matutino tempore, quo spiritus sunt puriores, homines melius quàm à prandio vel à cœna elucubrare & meditari possunt.

Nonus liber.

35 NErui enim oculorum sensifici, non modo longiores longe motorijs sunt, veruntamen multo principaliores, propter enim illos totus oculus factus est, in eisque præcipua visus pars consistit.

¶Cum lib. 8. dixerit, principalissimum videndi instrumentum esse crystallinum humorem, scrutatione est dignum, cur hic dicat prȩcipuam visus partem in neruis opticis consistere, porro cum hic
40 dicit præcipuam visus partem, non intelligit præcipuam facultatem videndi, sed prȩcipuum quod videndi operationi seruit, vtpote spiritus animales, quorum multam copiam habent prędicti nerui. Cæterum inuersum esse puto id quod in fine habetur, propter illos totus oculus factus est, in eisꝙ prȩcipua visus pars consistit, credo textum sic legendum, nerui oculorum sensifici non modo longiores motorijs sunt, verum multo principaliores, in eisꝙ prȩcipua visus pars consistit, pro
45 pter quem totus oculus factus est.

Alijs

UVA. BHSC. IyR_342

Alijs quidem partibus quæ sunt circum ventriculum tantum, sensus acutioris eorum quæ desunt tributum fuisse medicis visum fuit, vt eas nihilominus ventriculo dicant appetere, mihi vero videtur hæ obtusum quendam sensum etiam habere, ventriculo autem plurimus inesse atq; ipsius ori.

¶Quòd aliæ partes à ventriculo sentiant ea quæ desunt paradoxum alicui videbitur, at qui considerat, magna prẽmente fame, omnia quę circum ventriculum sunt, veluti si à re noxia peterentur torqueri, non mirabitur, prędictum sensum licet obtusum, etiam illis inesse.

Sin vero obiecceris, quòd non posterioribus etiam partibus oculi extiterint, eorũ quę ante fuerunt demonstrata, non recordaris, quòd omnia sensus instrumenta neruos postulant molles, quòdq; huiusmodi à cerebello produci non poterant.

¶Non à re videtur alienum, quòd possint nerui ex medio cerebri ventriculo ad dextram & sinistram partem partis posterioris capitis deriuari, quare alia causa est excogitanda, ob quam oculi non fuerint prædicta parte. porro si vtraq; capitis parte essent oculi, nimius in videndo deficerẽt, quando virtus in quatuor partes diffusa, multo minor esset, quàm quæ duabus partibus fit communis, monstratq; experientia, perspicacius videre vnum oculum altero clauso, quàm quando ambo sunt aperti, adde quòd vt Lactantius firmianus dicit lib. de ira Dei cap. 13. tradẽs causam ob quã venena sunt creata, non eguisset sapientia homo, si nil illum posset offendere, non igitur suam sapientiam posset ostendere homo, si vtraq; parte esset oculatus, & cuilibet rei prẽsto esset, quis posset diffiteri, quòd alæ in magnum vsum homini possunt esse, caruit tamen illis, vt sapientiæ beneficium quod illi fuit impartitum liquidius ostenderetur, quòd si mare vastum, & cautes horridi, illũ intra suos fines non saciunt continere, quo non tenderet si vtraq; parte esset oculatus, & haberet alas tantum vt piscis posset natare, mitto quòd temperatura hominis, quæ ad cogitatricem vim (qua homo volat ad supera requiritur) non tam sicca est, vt posset scilicet excrementum siccum ex quo pennæ generantur sufficere, non est etiam homini illa natura, vt in aquis posset multo tempore degere.

Recordare quonã pacto à splẽdidissima luce offendantur. sic vinctos quos in carcere habebat Dionysius, ex profunda caligine egressi occæcabantur.

¶Simili modo quo Dionysius carcere vinctos cruciabat. memorat Gellius. 6. lib. cap. 4. ex Tubero ne historico, Pœnos excruciasse Attilium regulum: inquit enim, in antras & profundas tenebras eum claudebant, ac diu post vbi erat visus sol ardentissimus repente educebant, atq; intendere in cælum oculos cogebant, palpebras quoq; eius ne conniuere posset, sursum ac deorsum diductas insuebant: cæterum considerans Diuus Chrisostomus natiua luce destitutos oculos, magnopere à vehementi lumine offendi, dixit homil. 26. in Genesim quomodo dic mihi potest tantum tempus vt se aeri cõmisit Noe, & oculos ad cælum spectandum intendit, nam captus est oculis & aceęcatus. solet hoc contingere hominibus etiam ad paruam diei partem in tenebrosis locis habitantibus, cum subito in lucis fulgorem aspicere volunt, hæc ille, cæterum hallucinari solent oculi, si quis ex splendido loco in locum parum illuminatum adijt: quia à luce magna quæ est in oculis mouetur vis videndi, quapropter paruum motum quem facit res parum illuminata nõ sentit, hęc est causa quam exhibent perspectiui, sed credo eo tunc oculos hallucinari, quia lux magna quę est in oculis intro mittitur homine existente in loco obscuro, vnde oculi offuscantur.

Offenditur pictorum visus, si omni remedio fuerit destitutus, quod sane prouidentes, colores ceruleos ac fuscos apponunt, in quos subinde intuentes recreant oculos, eodem accidit, quòd qui luce clara à longinquo pcipere quidpiã volũt, aut manus supra oculos ad ipsa super-

UVA. BHSC. IyR_342

cilia obtendunt, quin & in magnis ſolis defectibus, ſtellæ ob eandem cauſam nobis apparent, multiq; in ſolis defectibus, cum affectum qui ſoli acciderat planius noſſe cuperent, fixis oculis ſolem intuentes, imprudentes prorſus fuerint occęcati.

¶Colorem viridem viſum præcipue inter alios corroborare, à multis traditum eſt, cæruleũ porro magis hac parte cõmendat Gal. id vero quod hac parte dicit, quòd in magnis ſolis defectibus contingat ſtellas apparere, ſic intelligas, quòd deficiente ſolis lumine, quod ſtellarum lumen paruum opacabat, noſtrum intuitum non effugiunt, quę magno lumine obliterabantur. Cæterum q; deficientem ſolem intuentes occęcari ſoleant, monſtrauit experientia, idq; etiam dictum eſt à Platone lib. de Anima, ſed id non ſolum videtur accidere ob vehemens lumen, ſed ob prauum ſyderum influxum, quando non tam frequenter contingat occęcari eos, qui in meridie ſolem lumine non orbum alpectant.

Cum in ſomnijs fuiſſem accuſatus, quòd in diuiniſsimum inſtrumentum eſſem iniquus.

¶Multa tribuit ſomnijs Gal. ſomnio monitus hanc quam legiſti operam nanauit, ſomnio excitus quaſdam arterias manuum ſecuit, vt lib. de venæ ſectione dixit, ſomnio patris impulſus medicinæ ſtudio indulſiſſe in lib. de Metho. dicit, in omnia non eſſe contemnenda lib. 1. de faculta. natural. aſſeruit. Cæterum licet aliqua ex ſomnijs poſsit medicus ad medendum ſumere, per ſomnia velle futura prędicere & ad res ſerias exhortari, ſtultiſsimi hominis eſt, quare mirandum eſt, quòd is vir rerum naturalium callentiſsimus, ſomnijs ſic doceri vel ſuaderi permiſerit, & magis mirari ſubit Tertullianum, qui lib. de anima, multa ſomnia eſſe vera dixit, & ob ea quę in ſomnijs videmus dicit meren vel demereri: de ſomnijs porro dicemus plura, lib. de Prędagijs & inſomnijs.

Cæterum cum pupillam ad maiorem, vel minorem canthum adducimus, facimus, vt quod cernimus, ſiniſtrum magis, aut dextrum appareat, non tamen duplex efficimus.

¶Idem dixit Ariſt. trigeſima ſectione proble. probl. 17. dices forſan, id experientię refragari, nam & ad dextrum vel ſiniſtrum canthum verſo oculo, contingit id quod videmus geminari, videtur quidem, ſed id accidit vt Ariſt. dicit, quando vertendo oculum ad ſiniſtrum, vel dextrum, tollimus illum vel deprimimus, atq; quia vertendo oculum ad minorem canthum, non ſic contingit illum tolli vel deprimi, ideo raro in hac conuerſione quod videmus geminari videtur.

Vndecimus liber.

QVod in prouerbijs dici ſolet, fluuij ſurſum fluent.

¶De rebus quæ præpoſtere fiunt eſt prouerbium.

Molarium autem dentium numerus non eſt definitus, ſed qui longiores habent genas quinq; ſunt vtrinq;, qui vero minores quatuor.

¶Qui plures habent dentes longiorem vitam ſolent agere, vt trigeſima quarta ſectione proble. dixit Ariſt. at qui ob longiores genas plures dentes habent non eſt cur longioris vitę ſint. Cæterũ longiſsimæ debebant eſſe genę, vel pauciſsimi dentes ei quem memorat diuus Auguſtinus. 15. de ciuitate dei cap. 9. molarem hominis dentem dicit ſe vidiſſe, qui ſi in noſtrorum dentium modulos concinderetur, centum nobis videretur facere potuiſſe.

Ebrij enim cum ebrijs coeunt, & qui præ crapula vbi terrarum ſint neſciunt, cũ mulieribus ita effectis conſueſcunt, quo fit vt geniturę principium eo modo ſit vitioſum.

¶Quod

UVA. BHSC. IyR_342

¶Quod ob vitiositatem genituræ ebrius gignat fœtum inæqualem & instabilem dixit Plato.6.lib. de legum latione,colligitur idem à Plutarcho lib.de liberis educandis,horum dictis forsan nō adstipulatus fuit Arist.3.sectione proble.prob.11.qui dixit ebrios non posse serere sed de ijs alibi multa.ebrios nescire vbi terrarum sint dicit.quod cum lego,in memoriam venit historia, quam memorat Athenæus ex Thimæo.2.lib.dipnosophist. cap.1. dicit quòd iuuenes quidam ob ebrietatem amentes,vino calefacti,eo vsq; dementiæ processerunt,quòd se in triremi nauigare,& mare magno pere esse perturbatum arbitrarentur,deinde ita dementes facti sunt,vt omnem domus supelectilē, vna cum lectulis proijcerent,ne triremis ob onus demergeretur.

Locuti sumus de vua in Cōmentarijs quos de voce cōscripsimus, quòd ipsa voci ad magnitudinem conferat.

¶Sexto lib.de Compositione phar.secundum locos,non oris partem, sed affectionem columellæ vuam vult nominare.

Non enim omnino oculi nudi sunt, atque sine monumento aduersus frigus,vt quibus calor insitus opituletur.

¶Arist.31.sectione problem.probl.22.ob pinguedinem quam oculus habet,dicit illum non rigere, atqui Gale.ad alium vsum factam esse pinguedinem.10.lib.de vsu partium dixit, ad humectandum scilicet oculum.Cæterum Plinius.11.lib.cap.37.oculum aduersus frigus esse munitum, quia tunicis calosis est compositus ait.at calosæ illæ tunicæ cum exangues sint,non videntur sic reniti,nisi earū substantia magis ad resistendum agat,quam temperies.

Nostri opifex, solis pilis oculorum ac superciliorum æqualem semper seruare magnitudinem præscripsit.

¶Non semper hi pilli æqualem seruant magnitudinem,multis quidem superciliorum pilos crescere conspicimus,quod frequenter fieri solet,senibus & literarum studiosis,illis ob ocsis cui adhærēt raritatem,,ijs ob operam quam supercilijs dimissis literis nauant.

Ad eundem modum, & Aetiopum capita paruos habent capillos præ cutis siccitate,verum non facile calueſcunt.

¶Siccitas ad festinandam caluiciem facit,quo nomine Aetiopes facile deberent calueſcere, calueſcunt vero difficile,quia eorum capitum humiditas dura nec facile diuelibilis est, accedit q; spiramina habent nimis astricta,quo fit vt pili minus effluant. Cæterum qui ex Aetiopibus in Hispania nascuntur,licet nigredine vultus ipsis æthiopibus sint æquales,non difficile calueſcunt.

Duodecimus liber.

OCcasio autem præceps, q; nisi occasio præceps esset,sed latitudinem haberet magnam, haudquaquam ars longa esset.

¶Artis difficultatem non solum ex præcipiti occasione, sed etiam ex experimento periculoso iudicioq; difficili oboriri, in Aphorismis dixit Hippoc. & exposuit Gale.nihil tamen est quod maiorem difficultatem viro iam exercitato pariat,quàm præceps occasio.

Decimus tertius liber.

QVemadmodum autem simia, quòd animam habet ridiculam, corpus ob id habuit ridiculum, ita homo quòd animam habet rationalem, ob id etiam corpus solum inter ea quæ sunt super terram habuit diuinum.Cæterum,quòd solus animantium stet rectus, nec minus quòd solus manibus recte vtatur,antea ostendimus.

 ¶Aliqua-

UVA. BHSC. IyR_342

Annotationes

¶Aliquarum ſimiarum membra hominis partes imitari lib. 1. de Anatomicis adminiſtrationibus, alijſq; multis locis dixit Gale. Cæterum licet ſimilitudo quędam ſit, non tamen ſic exacta, q; partes ſimię humanis membris ęquari poſsint. quare non eſt, cur Plinius. 11. lib. cap. 48. diceret, ſimiarū genera pertectam hominis imitationem continere, quod vero hic à Galeno dictum eſt. quòd habet ridiculam animam ſimia, & homo rationalem ſapienter eſt dictum, refellendiq; hic datur occaſio quorundam philoſophorum abſurdam ſententiam, quòd eo quòd viderent aliquas animantes multis in rebus humanam ſolertiam imitari, dixerunt eas rationis nō eſſe expertes, de qua re fecit librum Plutarchus, cuius eſt titulus an bruta animantia ratione careant, contrariam opinionem ſecutus fuit autor orationis ſuaſoriæ: & Quintilianus. 2. lib. inſti. cap. 16. eſſeq; rationem imperfectam brutis animantibus. 14. de vſu. par. non negat Gal. cæterum hac parte qua dictum eſt quòd ſolus homo recte vtitur manibus, videtur inſinuari, & alias animantes habere manus, ſed ſententia hęc eſt quòd partibus ijs quas in brutis animantibus manus vocant, ipſe brutę animantes non ſic vti poſſunt, vt homines vtuntur ſuis, quod enim & brutis manus aliqui tribuant colligitur ex ijs quæ citato loco dicit Plinius, & manus cuidam generi ſimiarum tribuit Ariſt. 2. de Hiſt. cap. 8.

Liber decimus ſextus.

PRoinde quanquàm nerui omnes vtraſq; habeant facultates ſenſum dico ac motum, nulla tamen pars alia quæ neruos recipit, motu voluntario eſt prædita.

¶Non omnibus neruis eſſe motum lib. de oculis & alijs locis docet Gal. hæc tamen non contradicunt ijs quę hac parte ille dicit, nam licet neruus vim mouendi habeat, illam non poteſt exequi, niſi vbi eſt muſculus, quare errant qui dicunt multos neruos ſenſitiuos eſſe facultate mouendi deſtitutos, omnes quidem hanc facultatem recipiunt, licet non omnes eam oſtendant.

Porro quòd vox principaliſsima ſit omnium animæ actionum, nam cogitationum mentis eſt nuntia.

¶Sermo propriè mentis cogitationumq; eſt nuntius, nam ſimpliciter vox qua & animalia bruta dotantur, cogitationum non eſt nuntia, recte porro Quintilian. 2. lib. inſti. orato. cap. 16. dixit ipſa ratio neq; tam nos iuuaret, neq; tam nobis eſſet manifeſta, niſi quę concepiſſemus mente, promere etiam loquendo poſſemus.

Decimus quartus liber.

EOncipiunt gallinæ oua ſubuentanea, quibus ouis quod deſit quidpiam ad perfectionem, id indicio eſt, quòd animal ex ipſis gigni non poſſet.

¶Idem de omnibu ouis ſubuentaneis intellige, non me latet tamen, q; magnus Baſilius in Examero dicit, vultures ex ouis ſubuentaneis gigni.

Non enim ſicut gallinæ ſine maribus oua pariunt, ita mulierem aliquando viderunt ſine viro molam concipere.

¶Sine viri concubitus poſſe mulieres molam concipere, ſenſit Plutarchus lib. de præceptis cōnubialibus in fine, huius opinionis videtur fuiſſe Actuarius. 1. Metho. ca. 22. & Plinius. 10. lib. cap. 64. ſed experientia & ratio dictis Galeni adſtipulantur. Cæterum ſicut gallinæ ſubuentanea oua ſine maribus concipere ſolent, ſolent & id ouorum genus galli concipere, tantam quidem vim haber imaginatio, quòd cum illos ſe victos ſenſerint, imaginentur eſſe fœminas, ſicut cum gallinę vincunt pro maribus ſe habent, vt dicit Ariſt. 9. de natura animalium cap. 38. Cæterum vt ijs criſta erigitur,

UVA. BHSC. IyR_342

gitur,calcariaq; naſcuntur,nō mirum quòd dominãte imaginatione illi gignant oua. Gentilis porro de fulgineo,ac ſi oua renibus vt lapides gignerentur,dixit ſexta quarti,ratione vehementis caloris, quem in renibus galli habent,eos id genus oua gignere, illud porro hac parte annotandum ſe offert,quòd Gal.hac parte molam dicit carnem informem,Aetius vero & Paulus induratũ tumorem dicunt eſſe molam. Cæterum ſi ſine maris concubitu,in greſsilibus animalibus nullum eſt animal quod poſsit gignere molam,vel aliquid ſimile,non audiendus Plinius qui.8.lib.cap.42. dicit, conſtaſſe in Luſitania,equas fauonio flante obuerſas animalem concipere ſpiritum,idq; partum fieri,mirandum eſt porro q̃ Di.Auguſti.21.lib.de Ciui.Dei ca.5.idipſum fieri in cappadocia credidit.

Solis autem hominibus manus iam eſt perfecta, quomodo & ratio quæ ipſa eſt vſura.

¶Ex ijs elicitur,imperfectam rationem ineſſe brutis, non negaſſe Galenum, de qua re.3. lib.de vſu parti.colligitur etiam non negaſſe imperfectas manus eſſe brutis.

Fieri etiam poteſt vt verbi gratia Dioni aut Theoni dimidia capitis pars dextra ſcilicet,aut partis dextrę oculus ſiniſtro ſit imbecillior.

¶Vtò hoc ſermone Gale. vult ſuadere, quòd partes dextræ in corpore humano ſint validiores ſiniſtris,in aliquibus dicit fieri poſſe vt dexter oculus ſit imbecillior ſiniſtro,porro Ariſt.31. Sectione problem.prob.13. aſſerit, quod licet in cæteris ſint dextra ſuis ſiniſtris præſtantiora, non ſic in ſenſibus.Ioannes vero Manardus.4.epiſto.14.lib.Ariſt.attribuit, quòd voluerit ſiniſtrum oculum acrius videre dextro,quod ille nunquam dictauit.

Cæterum cur cum vſu partium genitalium voluptas quidem maxima ſit coniuncta,inſana autem cupiditas in omnibus florentibus animalibus vſum præcedat,deinceps nobis eſt dicendum.

¶Si voluptas maxima in coitu eſt,vehementq; cupiditas vſum præcedit,mirandum eſt,quòd Gale. ſexto de locis affectis ſcripſerit, bruta animalia ad coitum excitari, non exiſtimando voluptatem boni cuiuſpiam ſpeciem præferre,ſed vt ſemen quod ob retentionem ipſa moleſtat, excernant, non enim ſic bruta animantia cum turgent ad coitum tumultarentur, ſi non aliud quam illam excretionem intenderent, pulchre quidem recinit Vergilius,omne adeo genus in terris, pecudes,pictæq; volucres,in furias ignemq; ruunt,amor omnibus idem. quibus carminibus & voluptatẽ præferre bruta animantia indicauit,cui adſtipulatus eſt Homerus in hymno ad Venerem,& Plato in conuiuio ſecunda oratione,at Plutarchus lib. de amore erga prolem, ſententiam quam ſexto de locis docuit Gale.etiam eſt profeſſus,de qua re ſexto de locis affectis.

Id enim perſepæ iam repetimus, quòd ſingula inſtrnmenta dum agunt fibris rectis quidem ad ſeſe attrahunt,tranſuerſis vero excernũt, retinent autem omnibus ſimul.

¶Licet retentio fiat fibris obliquis,adiuuatur illa fibris rectis & tranſuerſis,debet quidem conſtringi corpus ad retentionem,tenſis vero omnibus fibris,pars melius contrahitur,hęc ſic colliguntur ex ijs quę dicit Gale.5.lib. de vſu partium.

Decimus quintus liber.

Roducũtur poſtea ĩ iſãte dẽtes,ne is ſemp matri eſſet moleſtus.

¶Cauſam cur nõ ſtatim ab ipſo ortu dentes naſcantur,dedimus ex Aetio lib.de arte curã.hanc ſcilicet, q̃ ſi dẽtes vt dicit Aetius generantur ex redũdãte nutrimẽto neruorum, nõ poterũt generari quouſq; nerui aliqnam duritiem cõtrahant.Hipp.vero lib.de carnibus,quod de nutrimento neruorum dicit Aetius de nutrimento oſsis maxillę dicit, ex nutrimento oſsis maxillę dixit dentes generari.

Arteriæ & venæ prorſus ſenſus ſunt expertes.

¶Contrariũ videt hoc ijs,quæ dicit li.de inęquali intẽperie,vbi dicit,venas vario dolore affici.ibi difficultatẽ diluemus.

UVA. BHSC. IyR_342

Annotationes

Decimus ſeptimus liber.

NOn eo duntaxat ſum admiratus quòd partes ipſius elephanti natura pulchrè conſtruxerit.

¶Non eſſent partes elephanti pulchrè conſtructę ſi verum eſſet quod magnus Baſilius dicit homilia.9.in Examero, quòd artuũ compago in elephantis nullum articulum habet, propter quod dicit creditum eſſe elephantos eſſe longę vitę: ijs ſenſus reclamat.

Tu autem operum naturæ generoſiſsime calumniator, nihil horũ conſideras, ſed ſi inter decies mille ſexcentos homines, vni aliquando digitos ſex procrearit, id ſolum conſideras.

¶Ob vitium materię monſtra generantur, iam vero quòd natura peccet rariſsimum eſt, cæterum ob multiplicem imaginationem, qua homo agitatur, contingit deformitates plures in ſpecie humana quàm in cæteris appareretatq; quia multa vis exigitur, ad erigendum & ſurſum nitendum, ideo plures nani reperiuntur in hominum genere, quàm in genere brutorum, ex ijs quę Gale. hac parte dicit, patet illi non probari id, quod à multis Geographis eſt traditum, quòd ſint ſcilicet aliquę regiones, quę producant gentes ſine naribus, alias ſuperiore labro orbas, alias ſine lingua, alias vnicolas, habentes oculum in media fronte, narrant alias monſtruoſas effigies, vt videre eſt apud Plinium.6.lib.cap.30.& apud Strabonem.15.lib. Si enim illis regionibus prædictę effigies proprię hominibus eſſent, quid non dicerent de humani corporis fabrica naturæ calumniatores, ſed fabuloſa ſunt hęc, & nulla parte orbis, qui illum peragrarunt, ſimiles hominum effigies viderunt, de hac re, vide quę dicit Diuus Auguſtinus lib.16.de Ciuita.dei.cap.8.

Cum igitur in tanta colluuie, quo enim nomine quis appellet id, quod ex carne ſanguine pituita ac bile vtraq; eſt conflatũ mens gignatur adeo eximia, quantam eiuſdem putandum eſt excellentiam eſſe, in ſole & luna, mihi quidem, dum hæc mente reuoluo, non exigua mens per ipſum aerem eſſe videtur extenſa.

¶Si in tanta colluuie, mentem tam eximiam gigni ſapientiſsime Galene fateris, te ipſum mirot qui.11.lib.de vſu partium ſcripſiſti, quòd non ex qualibet materia Deus facere hominem aut bonẽ poteſt, conſidera colluuiem illam, in qua mens tam eximia à ſuperno artifice gignitur, & videbis quod illi qui illam in tantos gradus facit aſcendere, facile eſſet in lapide & cinere id ipſum facere. Cæterum laudandus hoc nomine eſt Galen. qui dixit in ſemine gigni animam, & non ex ſanguine & ſpermate animam gigni, ſicut illi qui animam à parentibus ſeri tradiderunt, cuius opinionis fuit Panætius vt lib.de Offitijs dixit Cicero, cui fuit adſtipulatus Tertulianus lib. de Anima. Cæterum quod hic dicit Gale. de prędantia ſolis & lunę, alludit eorum ſententiæ, qui ſydera animata eſſe crediderunt: cuius opinionis fuit Plato & Cicero.2. libr. de natura deorum. Id vero quod dicit, quòd in aere eſt mens, eſt iuxta illud quod.6. Aeneidos dicit Vergilius, ſpiritus intus alit, totaq; infuſa per artus, mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet, quod etiam Seneca lib.5.natur. quęſt. aſſeruit: idipſum indicauit Cicero.2.lib.de natu.deo. quibus refragatur Ariſt.1.lib.de anima.cap.5.

Neq; exiſtimes, in ſolo homine tantum eſſe artem, quantam ſermo ſuperius explicuit, ſed quodcunq; aliud animal, diſſecare velis, parem in eo artem opificis, ac ſapientiam reperies, & quanto ipſum minus fuerit, tanto maiorem tibi admirationem excitabit.

¶Ijs ſimilia dixit Pli.11.lib.cap.2. ſic inquiens, in magnis ſiquidem corporibus, aut certe maioribus, facilis officina ſequaci materia fuit, in ijs tam paruis, tam nullis, quę ratio, quanta quam inextricabilis perfectio, vbi tot ſenſus collocauit in culice, ijs adſtipulatur quod Diuus Auguſt.22. lib. de ciuita.dei cap.24.dixit, illa animalia plus habent admirationis, quæ mollis minimum, plus enim formicularum & apicularum opera ſtupemus, quàm immenſa corpora balenarum. bucuſq; ille.

Cogimur

UVA. BHSC. IyR_342

Cogimur & ipſi partium omnium vſus examinare, quæ etiam ſi nihil ad effectuum dignotionem, aut futurorum prænotionē cōferāt.

¶Quomodo hoc ſit intelligendum, diximus primo libro de locis affectis.

Cuius generis eſt quod nuper quidam in annullo, phætonta quatuor equis inuectum ſculpſit.

¶Nullam admirationem hæc afferent ei qui integrum horologium in pala annuli conſpexerit, vidiſſe vero huiuſmodi annulum teſtatus fuit ſuo lib. de Subtilitate Cardanus, & ab alijs audiui vidiſſe ſimile.

Annotationes in librum de vtilitate reſpirationis.

DEmonſtratum in illis eſt, quòd animæ ſubſtantia etiam ſi non vna ſit, per omnem tñ vitam, ad multum tempus durat.

¶Hac in parte non vult Galenus, quòd animæ ſubſtantia non ſit vna vt primo dicta ſenſit Hippoc. ſed diſerendo dicit, quòd etiam ſi non ſit vna, ad multum tempus durat, durat ad totam vitam, quia iuxta hos anima eſt calor naturalis, ſed addit per multum tempus, quia eadem ſubſtantia caloris videtur durare per multum tempus, reuera tamen eadem ſubſtantia caloris pauco tempore durat.

Præter hæc vero etiam illud inſuper addatur, quòd omnes flammę duplici motu moueri videntur, altero à materia à qua accenduntur, per quem maxime ſurſum feruntur, & vndequaq; diſperguntur, altero vero huic contrario ad ſui ipſorū principiū ac velut radices vergēte.

¶Si Gal. vult, q; ignis naturaliter duplici motu moueatur, vt certe hac in parte videtur ſentire, nō oibus ſuā ſentētiā perſuadebit, eſto enim q; verū ſit, q; accēſa ſuperna falcis extremitate, confeſtim ad infernam perueniat ignis, nō ſequitur illi eſſe naturale deſcēdere. pars quidem illa extrema quę accenditur, accendit proximam, & hæc quæ ſibi propior eſt, ita vt fere momento temporis tota accendatur, ex ijs tamen minime probatur, quòd ignis deſcenderit, quòd ſi deſcendit, neq; ex hoc conuincemur, quòd deſcenſus ſit illi naturalis, niſi tum eſt omnibus agentibus gignere, & ſibi ipſis quod poſſunt aſsimilare, adeo vt aqua per pannum (vt alio loco dicemus) hoc nomine aſcendere ſoleat, ad quem modum non mirum, quòd ignis deſcendat, ſed ſicut motus ille aquę non eſt à natura, ita nec motus quem ad inferna ob dictam cauſam ageret ignis à natura eſſet. Cæterum quia ignis per ſe mouetur, credebant antiqui, illum eſſe animatum, vt dicit Plutarchus in proble. addebant ad probandum, quòd ſit animal quod alimento indiget, & cum extinguitur velut occidatur vocem emittit.

Propter quid igitur, pueri quidem plus, & frequentius, puberes vero minus reſpirant, num quòd qui creſcunt plurimum habent innati caloris, neceſſario autem ſequitur ad multitudinem caliditatis, magnitudo & frequentia reſpirationis. ſi vero animalis ſpiritus à reſpiratione etiam nutritur, etiam ob id plurimum & frequentiſsime pueri reſpirāt.

¶Reſpiratio non ſolum fit pro innato calido, ſed etiam pro aſcititio, cæterum cum iuuenes, non minus calidum cor quàm pueri habeant, videtur quòd hi non minus, nec rarius quàm illi debent reſpirare, nec ratio quidem quam exhibet Galenus, de generatione ſpiritus animalis in hac parte, & tertio de cauſis pulſuum videtur ſatisfacere, nam cum ſpiritus animales quotidie fluant, quotidie generentur, & ſecundum operam cui quis indulſerit, maior vel minor illos gignendi neceſsitas oboriatur, videtur quòd ſpirituum animalium generatio, non magis augeat neceſsitatem in pueris

UVA. BHSC. IyR_342

quàm in iuuenibus, quid ergo, negandum est pueros frequentius respirare? minime, etenim cum calidiſsimi illi sint, & eorum calidum motu arteriarum non euentiletur, vt calidum iuuenum, coguntur illi respiratione pensare quod motu arteriarum est diminutum, est quidem facultas pulsum efficiens minor illis quam iuuenibus, sunt etiam illis tunicę arteriarum molles, quo fit vt illę nō sic distendi vt iuuenū arteriæ possint vt tertio de causis pulsuū dixit Gale. accedit quòd non est tanta in pueri pectore ad suscipiendum aerem capedo vt in pectore iuuenis, cum igitur multę necessitati non possit sic satisfacere motus arteriarum in pueris sicut in iuuenibus, nec ad pectus quia illis angustum est vna inspiratione tantus aer attrahatur, sicut ad pectus iuuenū, coguntur illi multa & frequenti respiratione omnia hæc pensare.

Quandoquidem igitur ventriculi spiritus iuxta cerebrum, cum vulneratur statim immobiles, ac sensus expertes nos reddunt.

¶Non vtcunq; vulnerato cerebro, sensus & motus amittitur, sed cum ad ventriculum vulnus peruenerit, vt septimo de Decretis Gale. dicit.

Cum enim arteriæ circa collum laqueis constringuntur, nihil patitur animal, necq; statim necq; postea.

¶Libro de somno & vigilia insinuauit Aristot. ex dictarum venarum compressione, posse excitari appoplexiam, deceptus fuit tamen, si enim quid mali tunc accedit est, quia simul comprimuntur nerui, vt secundo de Decretis dicit Gale.

Annotationes in librum de causis respirationis.

Septum transuersum in centro suo neruorum est, circa vero carnosum.

¶Quòd septum transuersum carnem habeat, ostenditur ex dissectione, quare Plin. qui 11. lib. cap. 37. nullam carnem esse transuerso septo scripsit, non est subscribendum.

Annotationes in librum de vsu pulsuum.

Quoniam monstratum nobis in alijs est, eos ventriculos qui in cerebro habentur, animalis spiritus qui assidue nutriri postulet plenos esse.

¶Non intelligas, sic plenos esse, quòd aliud quàm spiritum non contineant, alias quidem locus nō esset, in quem aer ingrederetur.

At quoniam pulsuum vitalis vis, quæ à corde manat affectrix est.

¶Ioannes Fernelius, vir profecto de medica arte optime meritus, aliam esse vim effectricem pulsuum à vitali credidit, dicit quidem, cū vis vitalis per omnes diffundatur artus, si illa pulsum efficeret, omnes corporis partes distendi, & contrahi deberent, quod cum non faciant, sequitur aliam à vitali esse pulsatilem, quæ solum per arterias disseminatur. sed non tanti momenti est hæc ratio vt ab ijs quæ hac parte dicit Galenus deflectere nos faciat, fatemur quidem, vim vitalem omnia membra irradiare, non pulsant porro nisi arteriæ, quia solę illæ talem tēperaturam & naturam habent, vt suscepta hac vi distendi & contrahi possint, non enim sat est vt motus aliquis expleatur, quòd sit facultas mouens, requiritur etiam, quòd id quod est mouendum ad illum motum naturam habeat. licet igitur vis vitalis venas attingat, hæ minus mouentur, quia non sunt (vt ita dixerim) huius motus capaces, propinquiores sunt naturæ cordis arteriæ quàm reliquę partes, quare vim cordis & naturam magis possunt æmulari, generant hæ vt infra dicemus spiritus vitales, quos reliquæ partes

UVA. BHSC. IyR_342

partes licet vitalem vim ſuſcipiant gignere non poſſunt.dices tamen Gale.lib.de Præſagatione ex pulſibus cap.vltimo inſinuat,vim pullatilem aliam eſſe à vitali,ijs verbis ait,altera facultate pullatrice,quam ſolæ arterię obtinent;reſpondebis,quòd in eodem capite dixit Gale. facultatis vitalis eſſe generationem pullus,vbi clare indicauit à facultate vitali generari,ſi porro infra dicit,facultatem pullatricem ſolas arterias obtinere, dictis non reclamat,inter opera quidem vitalis facultatis vnum opus eſſe dixit generationem pulſus,nec voluit,quòd ſolum ſit vnum opus,hoc vero quod eſt pulſus generatio,in ſolis eſt arterijs:eſt itaq; fatemur opus diſtentionis & contractionis vis vitalis quæ quatenus diſtendit & contrahit dicitur pullatilis, quatenus vero vitam omnium mẽbrorum tuetur,dicitur vitalis,non tamen me præterit quòd Gale. parte quam citauimus de præſagatione ex pulſibus,inſinuare eſt viſus,quòd vis vitalis in alia non influat membra quàm in arterias, quod eſt contrarium ijs quæ docuit quinto de locis affectis,ſed in hoc ſenſu eſt hoc intelligendũ, quòd pulſus qui à vi vitali fit,in alijs partibus quàm in arterijs non conſpicitur.

Annotationes in librum de ſubſtantia facultatum naturalium.

ATtamen plantas principium in ſe motus habere,& propriorũ ſenſuum,atq; alienorum verum eſſe arbitror.

¶Si quæ hac parte dicit Gale. conſideras, non vult, quòd plantę ſentiant vt animalia ſentiunt,illum quidem appetitum quem defficientis alimenti habent quo attrahunt vtile incommodumq; reſpuunt ſenſum vt Plato vocauit, principium etiam interim motus habent, quia attractio nutrimenti non eſt citra motum:huic vero ſententiæ plane refragatur Ariſt.libro.1. de plantis,qui ſic ait afirmamus igitur,quòd neq; appetitum plantę habeant,neq; ſenſum, appetitus enim non aliunde quàm è ſenſu eſt. Cæterum ſi verum eſſet quod viri de agricultura celebres ſcribunt,quòd plantæ ſcilicet ſentiant ictum, & quòd aliquæ illarum vehementi ſe proſequantur amore,vt de palmis ab illis traditum eſt,nemo ambigere deberet, eſſe plantis exactum ſenſum vt animalibus,at multa illi monumentis literarum mandarunt quæ à veritate ſunt abhorrẽtia. Cæterum vix Tertullianum demirari poſſum qui & plantas intelligere libro de anima dixit:de hac re idem Ariſt.lib.de plantis. A.

Num autem peruadentibus corporeis inuicem ſubſtantijs non pronuntio.

¶Libro de ſanguinis miſsione elementa ſe miſcere pronũtiauit:ſed ſi elemẽta nõ habent niſi qualitates,& materiam nil videtur agere, q; miſceantur ſolæ qualitates,an ſubſtantiæ elementorum cũ materia vnius elementi à materia alterius elementi non differt. Præterea ſi ſimul ſe peruadunt ſubſtantiæ,corpora ſimul ſe penetrabunt, ſed hoc non tantum vrget,cum autores qui ſimul ſe peruadere ſubſtantias elementorum dicebant, ſentiebant elementa non habere formas ſubſtantiales, & cum ſubſtantia materię ſit multo inferior forma ſubſtantiali,quæ verè ſubſtantia eſt, non habebãt pro inconuenienti,quòd materiæ ſe peruaderent,vt qualitates ſe peruadunt.Auerroeſq; dicens tota elementa ſe miſceri,multo inferiorem gradum dedit formis ſubſtantialibus elementorum quàm formis mixtorum, dicebat quidem eſſe medias inter ſubſtantias & accidens,ſicq; non inconueniẽs ſentiebat.quòd formæ elementorum intendantur & remittantur. non negat necẽ cedit prolatum.

Annotationum in libros de Hippocratis & Platonis placitis Liber primus.

Prorſus

UVA. BHSC. IyR_342

Prorsus falsæ illæ sunt sumptiones, de quibus in primo lib. actum est cum videlicet nullum irrationale animal concupiscere, aut iracisicut stoici.

¶Huius opinionis fuit Seneca lib.1.de ira, qui sic ait, sed dicēdum est, feras ira carere, & omnia præter hominem. nam cum sit inimica rationi, nusquam tamen nascitur, nisi vbi rationi locus est, impetum habent feræ, rabiem, feritatem, incursum, hæc ille. videtur porro hæc quęstio de nomine, si enim illum impetum, & rabiem, & feritatem sub ira non vis complecti, sed nomen ire sumis pręcisius, nomine & non re ab ijs qui plura complecti iram fatentur differs. Cæterum cum rabies sit inimica rationi, quæ brutas animantes prehendere non negat Seneca, videtur eius ratio non esse satis fulcita. sed vere hominem non posse rabie prehendi teneretur fateri ille, videtur etiam in hoc falli, qui non negat epist.74. bruta animalia voluptatibus capi, voluptas autem solet esse inimica rationi vt ira, quòd si ob hoc nomen ira carent brutæ animantes, & voluptatibus deberēt carere.

Neq; em̄ pericardi lęsio insigne aliquod periculū priuatim inducit.

¶Inter graues affectus numerant aliqui eos qui pericardum inuadunt, at graue periculum hi nō minantur, nisi cordi mutuentur, vt à Galeno parte annotata habemus.

Cerebri ventriculo compresso grauissima sequuntur incōmoda, corpus vniuersum sensu motuq; spiritu & voci protinus spoliatur.

¶Intellige hanc compressionem tantam esse, quæ cerebri ventriculos obturet, alias non sequitur, protinus sensu & motu priuari animal, & colligitur ex ijs quæ septimo de Decretis idem dicit autor, vbi dicit, quòd ex vulnere cerebri sensum non amittet animal, priusquàm ad ventriculū vulnus perueniat.

Ex quo illud quoque manifestum euadit, neq; cerebrum corde, neq; cor cerebro ad propriam actionem indigere.

¶Libro quinto de locis affectis omnes corporis partes actione cordis egere Gale. docuit, ijs quidem verbis ait, mors ad immodicas sequitur cordis intemperantias, simul enim cum ipso omnes vitiantur partes, cum enim (vt ostendimus) ipsæ peculiari cordis temperie actiones suas perficiant, hac pereunte, actiones quoq; ipsarum perire necesse est. hæc ille. porro si vis vitalis in omnes corporis partes non influeret, vt quarto de præsagatione ex pulsibus à Galeno videtur fuisse concessum, & hac in parte de Decretis insinuatum, abnuendum esset quod ex lib. 5. de locis affectis citatum est, asserēdo vero, per omnes corporis artus vitalem vim dissleminari, adeo quod actione cordis omnes corporis partes egeant, dicemus, quòd Gale. licet fateatur cordis influxu egere cerebrū, ad hoc quòd vita potiatur, dicitur tamen non egere cordis opera ad actiones sensus & motus, quia ille nihil commune habent cum actione cordis, & hoc est quod Galenus intendit probare.

Secundus liber de Decretis.

Ria enim dicit Crysippus ita pronuntiamus, vt in prima eius syllaba proferenda labrum inferius in nos ipsos cum demonstratione quadam deprimamus, secunda vero ita apposite ad menti motum nutumq; in pectus inclinatum.

¶Ratione satis futili Crysippus volebat probare sedem animę rationalis cor esse, ad quem modū Nigidius (vt refert Gellius.10.lib.de noctibus atticis cap.4. probare intendit, quædam verba esse magis naturalia quàm arbitraria, vos inquit cum dicimus motu quodam oris cōueniente cū ipsius verbi demonstratione vtimur, & labia sensim primores emouemus, ac spiritum porro versum, ad eos quibus cum sermotionamur intendimus, atq; contra, cum dicimus nos, neq; profuso intentoq; flatu vocis, neq; prorectis labris pronuntiamus, sed spiritum & labra quasi intra nosmetipsos coercemus, hæc ex nigidio, quæ arguta sunt magis quàm vtilia, non tamen diffitetur Plato ipsos nominum

UVA. BHSC. IyR_342

num impositores, non solum rerum naturas, sed etiam modum prolationis in nominum impositione respexisse, quod in Cratylo longo verborum ambitu conatur probare. elemento. 1. ad motus expressionem dicit nominum impositorem vsum fuisse, quia lingua in hac litera pronuntianda minime immoratur, sic dicimus ruo tremo traho, & quia in. l. proferendo maxime lingua prolabitur, idcirco per hoc velut ex similitudine quadam nominauit impositor lenia labi liquidum.

Si quis enim exacte rem perpendere voluerit, is inueniet, vmbilici sedem medium in animali locum obtinere.

¶Varro dissentit, quod vmbilicus sit in homine medius, Vitruuius tamen lib. Architectoniæ tertio, sententiæ Galeni adstipulatur, inquit quidem si homo collocatus fuerit supinus manibus ac pedibus pansis, collocato centro in vmbilicum eius circum agendo rotundationem vtrarumq; manuum & pedum, digiti linea tangentur, porro licet hoc verum sit, non inde sequitur, quod non sit maior distantia ab vmbilico ad pedes quàm ad verticem, quod considerans Varro, negauit vmbilicum esse in medio, & forsan mensura est sumenda leuatis manibus.

Cor proculdubio pulsuum, cerebrum voluntarij motus fons, atq; origo, neq; vlla ratio afferri potest, quę omniũ in animali functionum, atq; operationum, vnum tantum esse initium cogat.

¶Licet actionum quæ præcipuę sunt, principium vnum Arist. posuerit, minime inficiatus est, cerebrum magnum momentum ad vitam habere, quo nomine partem principem illud appellat tertio lib. de partibus animalium cap. 11. qui sic ait, maximæ inter membranas robustissimę sunt, quę cor aut cerebrum ambiunt, idq; optima ratione, hęc enim præcipuam tutellam desiderant. tutella enim partibus adhibenda principalibus est, hæc autem principatum maximę vitę obtinent. Cæterũ non solum apud multos philosophos inualuit illa opinio, quæ principatum cordi tribuit, & sedem virtutis animalis illud asserit. Theologi quidem summi impulsi autoritate euangelij, quę habet, ex corde exeunt praue cogitationes, id ipsum docent. Diuus quidem Hieronymus exponens prędictam autoritatem dicit. ergo animę principale, non secundum Platonem in cerebro, sed iuxta Christum in corde, epistola etiam ad fabiollam ait, quęritur vbi sit animæ principale, Plato in cerebro, Christus monstrat in corde, beati mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt. porro scelus inexpiabile esset, si intelligeremus ab ipsa summa veritate, dictum esse, vim intelligendi in corde assidere, si id retelleremus, atqui cum ab ipso Hieronymo acceperimus, quòd sacra scriptura est margaritũ, quod ex qualibet parte potest perforari, nullum erit piaculum, si expositionem dictis euangelij adhibea mus. idq; fiet, ne opinio quam medici profitemur, ruat prorsus, & pessum eat. porro a scientissimis theologis dictum est, quòd sermones sacrę scripturę accomodantur audientium auribus. cum igitur Christus redemptor noster dixit, beati mundo corde, & ex corde exeunt cogitationes, accommodauit se opinioni quę de hac re erat diuulgata. ad docendum quidem & monendum nihil intererat, quòd principale animę esset in corde, vel in cerebro, volens quippe summa veritas audientes instruere, & illis significare, quòd interiora ante omnia omni ex parte munda debent esse, hãc mũdiciem in corde in quo illi credebant vim animalem præcipue habitare commendauit, dicere etiã potes quòd quia cor quatenus est irę sedes, præstat intellectui virtutũ & vitiorum seminaria, ideo iure merito, licet non sit facultatis animalis locus, dicitur ex corde prauas cogitationes exire, & beatos esse mundo corde, nam idem Hieronymus. 2. cap. in Danielem exponens illud, visiones capitis tui, non refragatur cogitationem esse in capite, cui videtur alludere illud Salomonis Ecclesi. 2. sapientis oculi in capite eius, sed de ijs theologi, quorum censurę quicquid ad eos attinet in hoc libro habetur submissum volo. ad modum porro quo prædictas autoritates exposuimus poterit quispiam exponere illud Hippoc. lib. de corde quò habetur mens enim hominis in sinistro ventriculo sita est, & reliquæ animę imperat. sed certe expresse opinio Crysippi hac parte videtur expressa, quare dubito, quòd citatus liber sit Hippocratis.

Simul enim, atque animæ principalis pars ita voluerit, statueritq;, confestim sensuum instrumenta in officio sunt.

¶Inter multa naturę opera, quę admirationem (ne dicam stuporem) homini facere possent, est hoc

UVA. BHSC. IyR_342

hoc quod Galenus dicit,& re ipſa comperimus,quòd ſcilicet ſint inſtrumenta in procinctu ad obſequendū voluntati,adeo quòd vt dicit Gal. hac parte,nullum quod quidē ſenſu percipi queat tēporis momentum, inter id tempus quo vult,& quo flectit digitum vel pedem cadat.

Mœror & vehementior exercitatio facit,vt flaua bilis in ventriculum fluat, à qua poſtea irritati,& morſi homines.

¶Mœror ex animi affectibus eſt,qui infrigidant.verum quia mœrentibus humores ad interna mouentur,contingit in ventriculum fluere bilem,indeq; illum calfacere. Cæterum ſi ad ventriculum vehementer exercitati vel laſsi confluit bilis,non eſt difficilis cauſa adagij, à laſſo rixa quæritur.in eos quidem apparet dictum,qui ſunt facile irritabiles,quare miror,quod dicat Eraſmus, non ſatis liquere,in quem ſenſum ſit antiquis vſurpatum adagium,ea enim quæ ex Seneca allegat ſatis clare indicant,dictum eſſe in eos qui leui de cauſa irritantur,quibus adſtipulantur dicta Galeni.

Quòd ipſe proprij decreti iam oblitus,ſanguinem quod Empedocles & Cryſtias exiſtimarunt animam eſſe affirmant.

¶Animam quam ſenſitiuam vocant,eſſe ſanguinem octa.homi.in exameron,ex.9.cap.Geneſis deducere videtur Diuus Baſilius,Diuus vero Ambroſius in Exameron cap. 25. hanc partem Geneſis exponens,ait cum hoc loco animam ſanguinem dixerit, vtiq; ſignificauit aliud eſſe animam aliud ſanguinem,vt ſit animę ſubſtantia ſpiritus vitalis,hoc in loco dicit Ambroſius Hippocrati nō placere,tricię opinionem,qui animam ſanguinē eſſe dixit.ſed iuxta ea quę libro de rigore dicit Gale. Hippo.ſentit animam calorem eſſe naturalem.at cum ſanguis quodammodo ſit calor naturalis,in eandem fere opinionem incidunt,qui dicunt animam eſſe ſanguinem, & qui dicunt eſſe calorem naturalem.Cæterum Ariſt.lib.1.de anima ca. 2. aliud de animæ natura ſenſiſſe Empedoclem quàm Gal.hic dicit inſinuat.Cæterum licet de anima ſenſitiua prædicta ſenſerit Hippocr. non ſequitur, quòd animam intellectiuam mortalem eſſe voluerit.

Tertius liber de Decretis Hippocratis & Platonis.

Illi verſus colligi debebant, quibus rationem in corde probare quiſpiam potuiſſet.

¶In omni hoc lib.quod Gale.prę cipue facit,eſt taxare Cryſippum,qui adductis extra rem Hom.carminibus, volebat probare,poëtam voluiſſe,mētis ſedem eſſe cor, dicit quidem prætermittenda eſſe carmina, quæ citat.quando nihil aliud, quàm q; vis iraſcendi ſit in corde probant,& promenda erant in medium aliqua carmina,quibus Homerus eorum videbatur adſtipulari ſententtæ,qui mentem & intellectum pro domicilio cor habere docuerint,id genus ſunt carmina quæ prodidimus,eo ſpectat etiam carmen decimę tertię Illiadis,alij autem in pectoribus ponit mentem late ſonans Iupiter,& illud vigeſimi libri ſcis neptune meam in pectoribus voluntatē.18. vero Odyſſeę,in cerebro mentē aſsidere indicauit,ſic em̄ ait, cerebrū abs te alio euolauit mente excidiſti,& miror certe,cur hoc carmen Gale.non prompſerit,qui alia hic prodidit,quibus minus Cryſippo perſuadere poterat.

Non aduertit,quòd homines ſtultum aut imprudentem ſecordem non vocitarunt.

¶Nō apud omnes autores, ſecordia idem ſignificat,vt dixit Feſtus,apud multos ponitur pro ignauia,apud Catonem pro ſtultitia, forſan Cato adhęſit Cryſippi opinioni,cæterum latini (ſi ad hæc vocabula reſpicis) Cryſippo fauēt,nam excordem inſipientem & ſtultum vocant. Cicero pro domo ſua,neq; tu eras tam excors,tamq; demens,vt neſcires hunc Clodium eſſe.porro & cordatum hominem vocant prudentem.Hiſpani etiam prudentes vocant cuerdos. Latine etiam dicimus mihi hoc cordi eſt,& Hiſpani eſto tenia en mi coraçon,ijs videtur adſtipulari quod dicit Hippo. lib. de virginum morbis,vbi dicit fieri cor fatuum.

Obſcuri-

UVA. BHSC. IyR_342

Obſcuritas quidem, ex interpretis atq; explicatricis facultatis imbecillitate conſequitur.

¶Non facile cuiuis eſt, quę ſtudio & aſsidua meditatione attigit, explicare: ſolent enim quidam, eſſe ingenio faciles, & memoria fœcunda, & magno negotio quę probe intelligunt explicant, & alijs ingenium non tam exactum, nec literarum tanta ſupellex, & magna linguę volubilitate, quę perceperunt explicant, adeo vt videantur habere ingenium in numerato, iuuat quidem ad vim explicatricem ingenium, & memoria, ſed requiritur quòd ingenij acumen ſit coniunctum perſpicuitati, nam licet aliqui ad percipiendum ſint faciles, in diſcernendo peccant, vnde tantopere confunduntur, quòd labuntur in explicando. facit etiam ad explicationem linguę agilitas, nam ſi prę multa humiditate, vel alio nocumento tarda eſt, non poteſt hoc explicandi munus recte obire. Cæterum tãtum ad ineptum vulgus lingua volubis agit, quòd eos ſolum doctos putat, qui prompte linguam voluunt, quod conſiderans Diuus Hierony. dixit epiſt. ad Nepotianum, nihil eſt tam facile, quam vilem plebeculam, & indoctam concionem, linguę volubilitate decipere, quę quicquid nõ intelligit, plus miratur. ijs nos addamns, quòd vulgus ſolam illam linguę volubilitatem putat ſapiẽtiam, contingit vero virum ſapientem, minus facilem linguam habere, ob quod paruo habetur in pręcio. non omnibus omnia, vt enim octauo Odyſſeę dixit Homerus, cęleſtes etenim non omnibus omnia prębent eloquium ingenium, de qua re vide Senecam in procœmio tertij libri cõtrouerſiarum. inter vero eos, qui hoc munus recte explicandi obtinent, numerandus mihi venit, doctor Petreius, eccleſiæ Turiaſonenſis Canonicus, & Concionator ſummus. qui cum in concionibus reconditiſsima nunquàm non promat, beneficio facultatis explicatricis. ſic ea enarrat, quòd omnibus quanuis ſint è circulo apparent perſpicua.

Petreij explicatrix facultatis felicitas.

Quoniam cerebrum viſcus eſt.

¶Ariſtoteles tertio de parti. ani. cap. 7. de viſceribus tractans, non ponit inter viſcera cerebrum.

Platonis vero gloriam ſuperare, vel demonſtrationis ornatum aſſequi, nemo poteſt.

¶Hic vero tantus philoſophus, cuius gloriam neminem ſuperare poſſe dicit Gale. habuit æmulos & reprehenſores. 11. quidẽ lib. Dipnoſophiſtarum cap. 22. Athenæi, à philoſophis paſsim vellicatur, & merito quidem fuit reprehenſus à Lactantio firmiano lib. 3. de falſa ſapiẽtia cap. 21. eo quòd multa à ratione abhorrentia ſcripſerit, cuiuſmodi eſt illud de communibus matrimonijs, quod dogma Ariſt. ante carpſerat, quẽ in examinanda natura gloriã Platonis ſuperaſſe non eſt ambigẽdũ.

Neque enim cordi natura id tribuit, vt dominaretur, imperaretq; alijs cum regere ac gubernare hominis corpus, opus eſſet, ſed cerebro imperium, cordi obedientiam demandauit.

¶Quantum ad vitam quidem attinet, cor omnium membrorũ principium eſt, ſi vero cordis actionem cum actione cerebri confers, inuenies multis numeris hanc illam ſuperare. Cæterum non intelligas cor in ſuo motu cerebro obedire, quia vis vitalis arbitrarię facultati non auſcultat, eo tamen dicitur eſſe imperium in cerebro, & obedientia in corde, quia in voluntate hominis eſt, vt illud parum vel multum euentiletur, poteſtq; homo cor iuuare offendereq;, cordi vero non eſt data optio vt proſit vel noceat cerebro.

Et ex nobis ipſis, ille qui ratione plurimum nititur, minimum cupiditatibus iraq; affici videtur, id in pueris oſtendere poſſumus, quippe qui vt ratione minime vtuntur, ita iræ & cupiditatibus vehementiſſimis, quaſi beſtiæ ſeruiunt.

¶Non vult, quòd vehementius iraſcantur pueri, ſed quòd leui cauſa ira perciantur, etenim quia iuuenibus calor magis feruet, ideo ira eſt illis vehementior, qua ratione vero pueri facile in irã propenduntur (quia rationis non tantum ac viri habent) mulieres etiam facilius, quàm viri iraſcuntur. Seneca porro lib. 2. de ira inſinuat, paulatim creſcere iram in pueris & fœminis, & eſſe illis ira

UVA. BHSC. IyR_342

magis acres quàm graues. ſiccis ætatibus dicit iram eſſe vehementem & robuſtam, acres deſtinguit à grauibus, ita vt per acres intelligat, quę non grauiter nec penſiculata cauſa ſumuntur.

Immortale iecur tondens iacet ille ſupinus, nec depellendi manus datur vlla poteſtas, his verſibus concupiſcibilem animæ partem in iecore eſſe, euidenter oſtendit, propterea enim inquit, ꝙ cõcupiuit tityus latonæ ſtuprum offerre, idcirco vultures iecur ipſius rodunt.

¶Adſtipulari ijs quę Galen. dicit videntur, quę ſcripſit Salomon lib. Proue. cap. 7. qui ait irritiuit adoleſcentem mulier, quæ erat ornata ornatu meretricio, & blanditijs labiorum pertraxit illum, ſtatim eam ſequitur, quaſi bos ductus ad victimam, quaſi agnus laſciuiens, & ignorat, quòd ad vincula ſtultus trahatur, donec transfigat ſagitta iecur eius, vide quòd loquens de concupiſcentia, in qua iuuenis à mulieris blanditijs trahitur, & tandem obruitur, dicit ſagittam mulieris transfigere iecur illius, qua parte non minus inſinuatur, in iecore eſſe vim concupiſcendi, ſenſiſſe Salomonẽ, quàm citatis carminibus Homerum. Cæterum & quod vulgariter dicitur huic opinioni ſubſcribere videtur, eos enim qui ad aliorum amorem facile alliciũtur, vulgus vocat bono iecore natos. ſed videtur ex carminibus quæ allegat Gale. nil probari, nam vigeſimo quarto illiadis legitur, hecubã dixiſſe, cuius ego medium iecur poſſem comedere, in hoc quidem carmine, non concupiſcentiam Achillis in quem carmen dixit hecuba, poëta voluit notare, ſed potius ſcandeſcentiam, qua fuit affectus erga Hectorem, atq; vt in hoc carmine non indicauit concupiſcentiam eſſe in iecore, ſic poſſumus dicere, quòd nec in illis quæ allegat Gale. quare vt alibi dixi, male ex carminibus poëtarum, medici poſſunt ſua placita ſtatuere. Cæterum philo. quem ſemper Platonizare ferunt, ſedem facultatis concupiſcentiæ non in iecore, ſed in inguinibus eſſe locatam ſcripſit libro de mundi opificio, quo loco animam tres partes dicit habere, Vergilius porro, quem Homeri interpretem poſſumus dicere lib. 6. Aeneidos. vulturem non ſolum iecur, ſed viſcera tityj omnia tundere dicit, & habitare ſub alto pectore, vnde non magis colligitur, quòd hi poëtę voluerint, vim concupiſcentię eſſe in iecore quàm in alio viſcerum.

Circa verticem ſpiritus animalis maxime perficitur, qua in parte medius, atq; idem principalis cerebri ventriculus eſt.

¶Tertio lib. de locis affectis ventriculum poſtremum eſſe cæteris principaliorem inſinuat, ijs verbis ait, in actionibus quæ à conſilio, & voluntate prodeunt, ſpiritum eſſe qui in ipſius ventriculis, maxime quę poſtremo continetur, quanuis non contemnendus ſit medius ventriculus, idem. 7. de Decretis voluit, ob id credo quòd parte quam exponimus non debet legi atq; idem, ſed atq; ille. qui principalis cerebri ventriculus eſt, nam circa verticem eſt medius & poſtremus licet propior ſit poſtremus.

Quartus liber.

QVanquàm hoc Cryſippo primum, vt qui in diuiſionis deffectu errauerit crimini dari poteſt, affectus enim exempli cauſa amor cum aut iudicium quoddam ſit, aut iudicijs ſuccedat, aut motus quidam concupiſcibilis facultatis exiſtat.

¶Socrates in conuiuio, amorem dicit appetitionem eſſe, qua bonum ſibi ſemper eſſe quis cupit, hoc multis non placet, quia ex illo dicunt ſequi, quòd amans appetat fieri pulcher. Vergi. illis verſibus, omne adeo genus in terris pecudes pictęq; volucres. in furias ignemq; ruunt, amor omnibus idem. inſinuauit amorem eſſe cõmunem hominibus & brutis animalibus, ita vt amor nihil ſit aliud quàm deſiderium fruendæ fœminę. hoc etiam multis diſplicet. quia dicunt non quodlibet deſiderium, ſed pulchri mereri dici amorem, adeo vt hi ſolos homines amare dicant. Ficinus dixit, eſſe amorem deſiderium fruendę pulchritudinis per viſum, aut auditum, aut per mentem. nimphus dicit amorem eſſe deſideriũ fruendi pulchritudinem per omnes ſenſus, nam per omnes pulchri ſpecies

UVA. BHSC. IyR_342

cies ad imaginationem deferi dicit, hæc in medium protrahere libuit, vt intelligamus iuxta hos viros, qui amorem esse desiderium voluerunt, illum non esse iudicium aut motū concupiscibilis facultatis, vt sensit Gale. sed aliquid iudicium sequens, vila quidē fœmina, iudicat quis illam esse pulchram, ex hoc iudicio sequitur desiderium illa fruendi. porro in iudicando sæpenumero homo aberrare solet, quicquid dicat Ficinus. fertur appetitus sæpe in rem non pulchram, quare melius quadrat, quòd dicatur amor appetitus fruendę rei: quæ est pulchra, vel talis apparet, sed de ijs satis, qui plura videre cupit legat commentaria Ficini in lib. de amore Platonis, & librum de amore Augustini nimphi.

In miseria constitutis hominibus, flere, & deplorare calamitates, iucundum quodammodo & delectabile videatur.

¶Flere esse quandam voluptatem, dixit Ouidius, cuius rei rationem conatus fuit Diuus Basilius reddere, concione prima de gratiarum actione, qui sic inquit, effusio lachrymarum contingit, quā do cerebri cauitates exhalationibus ex tristitia repletæ per oculorum meatus, velut per canales quosdam humoris onus reijciunt, subdit quemadmodum nebula in aquarum guttas, sic vaporum crassitudo in lachrymas diſsoluitur, vnde voluptas quędā tristitia afflictis circa lachrymarum effusionem contingit. hæc eloquentissimus ille doctor. quę si illud non haberent, quòd quemadmodū nebulæ resoluuntur in guttas, sic vapores cerebri. verissima essent. at in cerebro non potest esse tā ta frigiditas, vt vapores in lachrymas cogat, quare melius est dicere, quòd lachrymę effluunt eo ꝙ attenuātur crassi humores, qui sunt in cerebro, qui attenuati per oculos effluunt. Gale. porro in lib. cui titulus de humoribus circumfertur dicit, humorem melancholicum per oculos purgari, quem locum exponens Picholominus dicit quia hic humor tunc purgatur, lachrymarum effusio est magno solatio ijs qui aliquo mærore sunt affecti, sed certe nihil minus, quam naturam humoris melancholici lachrymę videntur imitari, nisi tantum posse melancholiam attenuari credas, ꝙ tenuitatem & colorem aquę posit equare.

Quintus liber.

ANimam nostram, non modo facultates multas in se habere, Crysippus sentit. verum etiam ex partibus diuersis genere naturaq; discrepantibus compositam esse, Hippocratis Platonisq; decretis confirmat.

¶Si quælibet pars animæ est species, & natura & genere ab alia distat, videtur quòd secundum Platonem, sint in corpore tres animæ, quæ vnam constituunt. sicut tres partes similares constituunt vnam organicam, porro ex ijs quæ in Thimæo dicit, nemo potest conuinci, ad credendum, quòd ille voluerit, animam habere has tres partes specie distinctas, & non facultates, nam quòd animæ partem ibi vocat, esse veluti animæ facultatem, vt Arist. insinuauit, postquàm enim dixerat, animæ partem quæ esculenta appetit, circa vmbilicum locari, subdit, vbi quoddam quasi præsepe, ad totius corporis alimoniam extare volebant, & ibidem illam animæ vim tanquàm agreste animal alligauerunt, quibus verbis indicatur, per partem animæ, illius vim & facultatem ab illo accipi. Cæterum Tertullianus lib. de anima, in duas partes animam diuisisse Platonem dicit. quòd si intelligit. quòd diuidatur in id quod rationale est & irrationale, neq; ab ijs quę ex Platone citauimus abludit. idem enim ex Platone dicit primo lib. magnorum moralium cap. 1. Aristo.

Quod euidenter videmus in gallis & coturnicibus, qui nullo præter victoriam proposito præmio certant.

¶Gallorum certamen bene potuit conspicari noster Gale. quando pergami, omnibus annis spectaculum gallorum publice ædi solitum, ceu gladiatorum dixit Pli. idem Athenis factitari ceptum scripsit Aelianus, coturnicunq; certamina ibidem spectari scripsit Lucianus sermone de gymnasijs porro in ijs certaminibus nihil quàm victoria pro prędio gallis & coturnicibus est, at citra spectacula, pro fœminis solet illis esse certamen, qui vero vicit in signum victorię canit, cantuq; galli-

UVA. BHSC. IyR_342

nis quibus magnopere est deditissimus suijpsius vult memoriam ingerere, eademq; causa experte actus a somno canit. si hæc causa nō placet, videbis aliā apud Marcū Tullium. 2. lib. de Diuinatione ex democrito.

Quin etiam Physiognomica euidentia à naturæ scilicet coniectoribus obseruata, orationi huic cōuenienter annectit, ex animalibus quippe & hominibus, quæ lato sunt pectore, ac calidiora animosiora, quæ laticlunia, & frigidiora timidiora esse consueuerunt.

¶Multa quę Physiognomici tradunt, citra vllā rationē sunt credita, hæc vero quę cōuenienter dicta scribit Gal. rationi sunt annisa, quare merito illis fidē possumus subrogare, cū em animosa vis in pectore habitet, illaq; calore iuuatur, pectus vtpote partē calidissimā habitat. quare cōsequens est, vt caloris copia vis illa vegetior reddatur. Cæterū quia multus calor satis extēdere potest, ideo pectus latū, quatenus caloris copiā indicat, roboris facultatis quę illic assidet nota est. hęc vero fusius. 6. vulgariū explicabuntur. vbi tractabimus, an magnū cor sit timidorū animalium, cæterū vbi nos in hoc textu legimus animosiora, alij legunt iracūdiora, sed illud magis quadrat. timidius quidem quod subsequitur animosiori apponitur, an vero calidiora animalia sint frigidioribus magis iracūda alibi declarabitur. latas vero clunes eo frigidiora animalia habent, quia cum illis sit caloris natiui inopia, qui redundant humores, sic vt calida animalia non digerunt, quare ad clunes, vtpote ad partes mollissimas decurrunt, qui illas in tumorem attollunt, hinc euenit, vt fœminę latiores clunes, quam viri habeant, & eunuchi quàm qui testes exectos non habent.

Pectora percutiens cordis, sic increpat iram.

¶In hoc libro & alijs locis satis fuse ex Platone & Homero colligit Gale. irę sedem esse cor, cui fuit adstipulatus Aristo. & Seneca lib. de ira, à quorum opinione declinauit Lactantius Firmianus, qui libro de ira Dei, iecur dixit esse locum irę, cui allusit Iuuenalis, cum dixit at nescis quantum sic cum iecur ardeat ira, huius opinionis fuit Theodoretus, qui ob id dixit lobum iecoris sacrificari, vt insinuaretur resecandos esse irę affectus. at iuxta eos, qui dicunt iram esse in corde, dicemus lobum iecoris sacrificari solitum, vt indicaretur recidendos esse concupiscentiæ affectus, quod ex ijs quę epist. ad Fabiol. dicit Hiero. colligitur. Lodouicus viues lib. 3. de anima nulla autoritate nec ratione motus, dixit contra omnes classicos philosophiæ professores, iracundiæ sedem esse cerebrū, hinc colligit literarum studiosos esse iracundos, quòd ad cerebrum calor rapitur, sed cum in assignanda sede iracundię aberret, non mirum quòd in Problematis solutione hallucinetur.

Ira operatio est iracundiæ.

¶Iuxta Senecam lib. de ira, iracundia est procliuitas in iram. longe ab ijs quę dixit Gale. & ab ijs quę dixit Seneca fuit Zeno, qui vt autor est Diogenes laerti. vita Zenonis, dixit iracundiam iram inueteratam esse.

Sextus liber.

ANtiquior huius vocabuli vsus, pulsus scilicet, vt Erasistrati & Hippocratis scriptis videre licet, diuersus quidē est, de quo nos multa postea dicemus.

¶Pulsum Erasistratus, in hac parte Hippo. imitator, non pro motu naturali arteriarū, sed pro pulsatione inflammationis accepit, vt Gal. dicit lib. 4. de differentijs pulsuū, ad quē modū dixit Hipp. lib. de iudicationibus, præcordia calentia & venarū pullus, esse signū prauū: intellexit quidē, pulsationē inflāmationis, vnde clare colligitur id, quod lib. de alimēto legitur, venarū scilicet pulsationes nō esse Hip. q; si est nō significat pulsum naturalē, sed pulsationē inflāmationis, nō est ergo q; hac autoritate quis colligere possit, pullus doctrinā tradidisse Hip. fuit primus quidē qui nonū pulsus vsurpauit, vt. 1. de differētijs pulsuū Gal. dixit, sed i alia significatione quàm medici posteriores.

Quin rectius substantia animæ, quàm facultas appellabitur ea, quæ in singulis viscerib⁹ continetur.

¶Ex tribus partibus esse compositam animam ex Platone supra docuit Galenus, atq; in hoc lib. conten-

UVA. BHSC. IyR_342

contendit, quamlibet partem ſpeciem eſſe, quæ ſi ſpecies eſſet, non videtur, quomodo ille tres animæ vnam faciant, niſi dicat, quòd eo modo quo tres partes vnum membrum cõſtituunt. Sed in ijs maxima eſſet difficultas. Cæterum huic ſententię adhærens Gal. ſubſtantiam animæ, non facultatẽ dicit eſſe vocitandam, quę ſingulis viſceribus continetur.

Vt probem has merito à Platone, tum ſpecies tũ partes fuiſſe nuncupatas, ſed aliam in capite, aliã in corde, aliam in iecore collocatã eſſe.

¶Caput eſſe membrum diuiniſsimum, reliquorumq; membrorum principem dixit Plato in Thimæo. quare plutarchus libro. 4. de placitis philoſophorum, non dixit vt Gale. exponit, quòd Plato dixerit principatum animæ eſſe in cerebro, ſed in capite, qua parte dicit, Herophilum dixiſſe eſſe in ventriculo cerebri, & Eraſiſtratum circa cerebri membranam: porro in iecore collocatã virtutem concupiſcentiæ ſenſiſſe Platonem dicit Galenus. ex ijs vero quæ Plato in Thimęo, & alijs locis dicit. non videtur colligi. quòd hepar ſolum ſit ſedes facultatis concupiſcentiæ: ait quidem. poſtremo eam animæ partem, quæ eſculenta & poculenta cupit, mediæ regioni inter diaphrama & vmbilicum applicauere. hoc porro non minus attinet ad ventriculum quàm ad hepar, nec quod infra dicit de natura iecoris, quod eſt procreatum denſum lene & clarum à Platone dictum eſt, ad probandum quod ibi ſit vis concupiſcentię, nam ſat eſt, vt ſua corroboret, quòd iecur ſit iuxta partem, vbi eſt vis concupiſcentiæ: dicens etiam infra, atq; iecoris quidem natura ob hanc cauſam talis facta eſt, & in ea ſede qua diximus collocata, diuinationis ſcilicet gratia, non videtur illum ſenſiſſe, quòd ob vim concupiſcentię talis fuerit iecoris natura: ꝙ ſi ille voluit, vim concupiſcentię in iecore ſedere, minime videtur fuiſſe inficiatum, ꝙ & ad ventriculum etiam vis concupiſcentię attineat: nec vnquàm inſinuauit (quicquid Lodouicus viues Commentarijs in. 14. lib. de ciuitate dei cap. 19. dicat) ſplen eſſe ſedem facultatis concupiſcentiæ.

Iecore debilitato, ſenſim animal, moraq; temporis læſionem in alimento & colore contrahit.

¶Quia iecur eſt fons virtutis naturalis, eiuſq; optima valetudo maxime agit ad totius corporis optimam valetudinem, ideo maiores ex animaliũ iocinoribus illeſis, loci ſalubritatem ratiocinabãtur, quod colligitur ex Vitruuio. 1. lib. Architecturę cap. 4. mitto ꝙ diuinationem fieri per iecinora credebant antiqui, vt colligitur ex Thimęo Platonis. Paulo antequàm hęc elucubraſſem, cõtingit prope vrbem Turiaſſonem. ꝙ quidam melancholicus perſuaſus, ꝙ in iocinoribus duorũ filiorum quos habebat, poterat proprium morbũ dignoſcere illos interfecit, eorumq; lauat iocinora, in eis morbi naturam qua afflictabatur gaudet ſe conſpexiſſe. mirum ꝙ ad antiquorum ex iocinoribus diuinationem, & deluſionem melancholia ruſticum hunc traxerat.

Neq; præterea illud te lateat, venas ſi originem à corde traherent, pulſum habituras fuiſſe.

¶Hinc apparet dilutio cuiuſdã difficultatis, quę multos cruciare ſolebat, cur venę quæ ſunt in pectore, licet ſint calidiores arterijs quę ſunt in pede pulſum nõ habẽt. cauſa eſt, quia vim qua arterię pulſant à corde accipiũt, quæ vis cũ venis non mutuetur, nõ mirũ ꝙ non diſtendantur & cõtrahãtur ſicut arterię. Ariſt. porro lib. de ſpiratione, & venas pulſare ſenſit, ſic enim ait, atq; etiã vniuerſę venę mutua ſimul opera palpitant, quia ex corde pẽdent, cũ enim iuxta eũ, & venę quę ſunt ſanguinis cõceptacula, ex corde pẽdeant, ſicut arterię, colligitur illũ voluiſſe, illa ſicut has pulſare. Cæterum cũ lib. citato nõ vi facultatis vitalis, ſed ex flatuoſa elatione humoris incaleſcentis dicat fieri pulſum, omnia vaſa quę calore vel ſanguine maxime vigent licet à corde ſuũ ortum non ducerent, iuxta illum pulſum eſſent habitura: ſed hoc dogma, quod Druſianũ habuit defenſorem, alibi confutauimus. illud vero quod pulſum omnibus venis tribuit, ipſe ſenſus ſatis profternit.

Ssd nonnulli ipſas venarum tunicas, ſanguinis eſſe creatrices arbitrantur, quàm vere non video, nam ſi ipſas exinaniueris, nihil prorſus à membranea & neruea natura, diſtare conſpicies.

¶Satis hęc quę hac parte dicit Gal. cõfirmant ea quę lib. 4. de vſu par. de facul. venarũ diximus. ꝙ nullę venę vim habẽt generãdi ſanguinẽ. ꝙ ſi Gal. dicit aliquãdo in venis ſanguinẽ gigni, ꝙ in eis coquatur intelligit.

UVA. BHSC. IyR_342

Conſtringitur enim venter ad cibos accommodatum ſibi alimentum, ex illis alliciens, quoad ſaturatus & perfecte repletus, quicquid ſuperet excrementi in ieiunum expellat.

¶Licet ventriculus ex cibis quos concoxit ſuſcipiat alimentum, non ob id inficiamur, ſanguine etiam nutriri, quod tertio de facultatibus natur. Gale. indicauit, porro lib. de atra bile ventriculū multum eſurientem ſolum ſanguine ali inſinuat, ſic enim ait, ſæpe numero per longa ieiunia ſanguis optimus ad ventriculum nutriendi eius gratia fertur. Cæterum cum ventriculi calor à calore iecinoris & aliarum ambientium partium adiutus res duras conterat, & multum in modum cōmutet, mirum videri debet nemini, quòd tenuiorem & ſibi accomodatiorem partem chili eouſq; alteret, & commutet, quod poſsit eſſe illi nutrimentū, ſi enim hæc pars ventriculum alere non poſſet, non eſt cur ipſe tantum illam detinere appeteret, niſi non tam naturale eſt organum, quàm animal, porro eadem ratione arbitror, carnem hepatis nutriri ſanguine, citra hoc quòd hic aliam fuerit nactus coctionem.

A quibus tamen neſcio quomodo mihi videntur diſcrepare Praxagoras, & Philotimus, qui cum in alijs conſentiant, illud peculiare ſibi vendicarunt, vt ex ſeipſis omnino pulſare arterias dicant.

¶Reprehendit Praxagoram & Philotimum, eo quòd ex ſeipſis pulſare arterias dixerint, ſed. 2. lib. de Simp. cauſis dicens, inſitam eſſe arterijs vim pulſandi in opinionem Praxagorę & Philotimi videtur incidiſſe, ſed dicens vim inſitam eſſe arterijs, ideſt naturam qua motu pulſus moueri poſsint intellexit, vnde contradictio quæ aliquos remorari poterat, diluitur.

Quanquàm arteriam, à veteribus philoſophis & medicis, appellari venam video.

¶Hippocratem & Platonem, nomen venæ ſic accepiſſe, ex ijs quæ Galen. dicit percipere potes. ad hunc modum Celſum. 2. lib. cap. 9. & Plinium. 7. lib. nomen venæ vſurpaſſe legimus, & venas pro arterijs ſumpſit Cicero lib. de Fato, cum dixit: ſi cui venæ ſic mouentur is habet febrem: quod à nemine animaduerſum legi, ſi morem antiquorum quem hac parte aduertit Gale. & autoritatem Ciceronis Gellius conſideraſſet, non ſic increpaſſet. 8. lib. cap. 11. medicum illum, qui attrectaſſe venas ad febris dignotionem dixerat.

Id quod etiam nunc qui peccantes ſeruos puniunt facere conſueuerunt, fugitiuorum crura adurunt, cedunt furantium manus, edaciū vētrem, nugacium linguam, atq; vt ſemel dicam in illa membra poenas infligunt, quæ flagitioſis actibus functionem miniſtrant.

¶Diuus Ambroſius ſermone. 20. in pſalmum. 118. damnatos crimine capite abdicari dicit, quia caput eſt ornamentum totius corporis, & in illis eſt ſenſus & prudentia, porro cum crimen ex voluntate proficiſcatur, ſi ad rationes Galeni attendimus, potius capiti (quod flagitia imperat) quàm membris flagitia obeuntibus pœna plectenda erat, eſt mos Hiſpaniæ furibus aures abſcindere quo dammodo pudor oſtenditur in auribus, vt. 31. prob. dixit Ariſt. abdicantur auribus qui prorſus pudorem deuorarunt.

Septimus liber.

NAm quemadmodum affectus animi, ſi ſola rationalis anima concedatur, nulla neque concupiſcibili neque iraſcibili adiuncta tolluntur, ita ex virtutibus, nullam aliam (excepta prudentia) reſtare eſt.

¶Prudentia propriè non eſt virtus, ſed eſt tanquàm omnium virtutum lucerna, omnes quidē virtutes

UVA. BHSC. IyR_342

tutes dirigit,omnibus lumen præbet,ad prudentiam igitur referre debuit Gale. virtutes illas quibus citra animi affectus anima decoratur.

Ad facultatem hepatis pertinet iocundarum rerum fruitio.

¶Fruitio boni gaudium est,quod à corde proficisci Arist.& eius affectæ sentiunt,& secundum Platonem potius ad cerebrum videtur referendum,voluptatem porro ad hepar refert Gale. non tamen omnis sed ea quæ facultatis concupiscibilis est videtur referenda, nam cum auditus mulcetur musica, oculus cœrulei coloris inspectione, voluptate quidem afficiuntur, quæ voluptas non est cur ad hepar attineat,nisi Gal.cum Platone velit, quòd pulsatio quæ dicitur auditus, in sedem iecoris desinat, sed cum hæc operatio animalis sit,potius ad cerebrũ illam pertinere tenetur referri.

Vitalis spiritus in arterijs & corde gignitur.

¶Gignuntur spiritus in arterijs facultate vitali à corde illis mutuata.

Cum igitur nerui à cerebro,cerebrumq; operientibus membranis oriantur per interiorem partem quæ à cerebro exit, sensus & motibus omnibus animalis membris suppeditatur.

¶Fernelli.suo libro de naturali parte,nouam opinionem est cõmentatus.dixit quidem facultatem sentientem esse in meningibus, & mouentem in cerebro annisus fuit hoc fundamento, quod cerebrum ex se habet motum,& non sentit.contra meninges acutum hebent sensum,& non mouentur:cerebrum igitur dicit cum non habet sensum, non præstabit illud quod non habet: sed falsum est fundamentum. cum Gale.lib.de multitudine,&.2.medica.local. non negat cerebrum sentire,q; si ex motu sumis fundamentum,non attinet magis ad motum voluntarium motus cerebri, quàm motus cordis, quare eadem ratione dicere posses,cor esse principium motus voluntarij.

Eodem igitur modo verisimile est, spiritus qui ad oculos fertur, primo incursu cum ambienti aere vniri, atq; ipsum contractum ad naturæ suæ proprietatem alterare,atq; immutare, non tamen vlterius latiusq; extendi per pupillæ exiguum foramen inspicimus,quòd si expectaret,vt partem aliquam,aut facultatem,aut simulachrum, aut qualitatem ex corporibus extrinsecus obiectis ad se accederet rerum,magnitudinem nullo modo perciperemus vasti alicuius montis.

¶Satis late Gale.hoc lib.vult persuadere,quòd visio fiat per radios emissos, non tamen ille abnuit, quòd à re quę videtur affluat aliquid vilum mouens,nec Gale. & Plato voluerunt,quòd lux quæ per oculos egreditur,attingat quicquid videtur,satis illis erat exploratum, quòd ad solem vel lunam & ad cætera quę multum distant,lucem per oculos emissam non posse accedere. voluerũt igitur ad certam distantiam spiritus qui ad oculos fertur exire,& cum ambiente aere vniri,& per illum aerem sic alteratum fieri visionem. sic enim & magnitudinem & distantiam visum posse percipere sibi persuadebant,porro Gale.non habet pro difficili concedere, quòd aer ab spiritu alteratus sit sensus capax,quod qui asserit,necessario fateri debet, aerem sic alteratum esse animatum. Cæterum hic annotandum est, quod Galenus increpat Aristotelem hoc libro, eo quòd varia demodo quo fit visio fuerit professus. sed certe parte quam citat Gale.dixisse Aristotelem, nihil interesse siue intuitum ipsum,siue aeris ambientis ex rebus quæ videntur alterationes reflecti existimemus,Arist.nõ recantat palinodiam,sed vult,quòd iuxta quamlibet opinionem,quæ de visu profertur,potest causa iridis & coronæ assignari, ad quem modum dixit lib.5. de generatione animę nihil interesse,an visus exitu cerni dicatur ad probandum, quòd qui cauos oculos habent,longius aspicere possunt,iuxta enim opinionem quæ tenet per radios immissos, & secundum illam quę docet fieri per emissos,est rationi consonũ,quòd qui oculos cauos habent, aspicere longius possunt. Cæterum diffiteri non possumus,quòd in problematibus opinionem Platonis,docuerit vt videre est vndecima sectione problem.probl.18.&.31.sectione probl.11.&.proble.17.ijs quidem problematibus,melius Galenus Aristoteli palinodiam potuisset monstrare.Cæterum tam difficilis hic sermo de visu diuo Augustino visus est,quòd dixit epist.3.visus mirabilem quæstionẽ affert, aut quo-

UVA. BHSC. IyR_342

modo anima sentiat, vbi non viuit, aut quomodo viuat vbi non est. Galenus tamen qui aerem sentire sentit, ab hac difficultate facile se explicat, Diuus porro Basilius homi. 11. in Examero constanter tenet, quòd per radios emissos fiat visio, cuius rei dicit esse argumẽtum, quòd senes ea quę prope sunt non videant, quàm parum vero hinc probetur. alibi iam manifestauimus. de ijs plura libro primo Prognosti.

Apte igitur dicemus, visum instrumentum lucidum esse, aereum auditus, vaporosum olfactus, gustus humidum, terreum tactus, nullo enim alio modo potest, cum ex similium alteratione consistant.

¶Qui studio contradicendi, & non proficiendi Galenum legeret, citra rationem diceret esse scriptum, sensoria ad elementa attinere, Galenicę rationem, quæ habet, quòd nullo alio modo potest, cum ex similium alteratione consistant refelleret, quando ex dissimilium alteratione, aliquando consistit, cum scilicet tangamus ignem, videamus aquam. addere etiam posset, quòd tactus nõ magis ad terram, quàm ad aliud elementum referri deberet, cum in eo sit symetria omnium elementorum, sed vt Galenum à calumnia vendicemus, dicere possumus, quòd Gale. dicens sensoria ad elementa attinere, relpicit organum & id quòd sensu percipitur, & medium visus attinet ad ignem ob multam copiam spiritus quos habet, & ob medium, & ob id quod videtur, quæ omnia illuminata debent esse, auditus ad aerem, quia in eo & per eum fit auditio, tactus eo dicitur attinere ad terram, quia quæ tangit melius percipit cum duram habent consistentiam. itaq; potius ratione secundarum qualitatum, quam primarum tactus attinet ad terram, gustus ratione medij dicitur attinere ad aquam, quia citra humorem gustus non perceptat saporem, olfactus & ratione organi & ratione odorum dicitur vaporosus, qui tamen considerat, quòd iuxta Empedoclem voluit Galen. quòd sensoria referantur ad elementa, non mirum quòd assentiat, illum voluisse naturę elementorum esse ipsa sensoria. Cæterum iuxta ea quæ Arist. dicit. 1. lib. de anima cap. 2. Empedocles non solum voluit (vt Gale. interpretatur) quòd in quolibet sensorio prævaleat proprium elemẽtum, sed voluit singulare elementum esse proprium sensorium, ita vt sensorium visus vere sit ignis. Porro Arist. 3. lib. de anima cap. 1. nullum sensus instrumentum esse præter aquam & aerem dicit, qua parte dicit non esse nisi quinq; sensoria, contrarium visus est sentire libro de sensu & sensili: cæterum parte citata de anima, non esse nisi quinq; sensoria probat, nec docuit quicquid plerić; arbitrantur, tactum esse duplicem, proponit enim. 2. lib. de anima cap. 11. an tactus sit sensus vnus, non tamẽ ille definit, quòd tactus plures sit sensus, imo eis qui dicere poterant tactum esse plures sensus, quia est plurium contrarietatum, sic ijs verbis satisfacit, nam in cæteris etiam sensibus plures sunt contrarietates, in voce namq; non solum est acumen & grauitas, sed etiam magnitudo & paruitas, & lenitas, & asperitas, sed de ijs alibi plura.

Quod quidem principium siue sensum communem, siue primum sensorium appelles, nihil refert, nos superiori oratione cerebrum esse ostendimus.

¶Hac parte cerebrum vocat sensum communem, quem facultatem esse, alijs locis insinuat. vt videre est primo lib. de ijs quæ in medicatrina fiunt.

Octauus liber de Decretis Hippocratis & Platonis.

NErui enim in omnia animalium membra, aut à cerebro ipso continentia perueniunt, aut per mediam dorsi medullam trãsmittuntur.

¶Non intelligas, quòd Galenus senserit, quòd nulla sit corporis pars neruorum expers, solum quidem præsenti textu voluit, quod omnes partes, quę neruos habent, habeant illos à cerebro vel ab eius medulla.

Aio

UVA. BHSC. IyR_342

Aio igitur humorum nomina lege distincta, nullumq; ex ijs eodem censeri nomine, deinde natura formas esse separatas.

¶Si accidentia magnam partem conferunt ad formę cognitionem, & diuersæ actiones supra diuersas formas attestantur, claret humores, quorum accidentia & actiones diuersę sunt specie differre, quod aliqui non considerantes, oppositum fuerunt professi.

Insitus calor temperatus cum sit, substantia quidem in sanguine & pituita subsistit, qualitate est congrue ex caliditate & frigiditate temperatus.

¶Calor insitus non solum in sanguine & pituita subsistit, sed in humiditate natiua membrorum, vt colligitur ex ijs quæ prima lectione Aphorii. apho. 14. dixit Galenus, atq; hic propriè dicitur innatus. nam qui pro subiecto sanguinem habet, naturalis est, non tamen propriè innatus. Cæterum calorem insitum in sanguine & pituita subsistere dixit Gale. vt hinc intelligas, non in sanguine biliolo, nec in atrabiliario propriè subsistere, sed in sanguine tẽperato, qualis verus est sanguis, vel qui pituitæ naturalis aliquid habet admixtum. nam cum sanguis eam temperaturam, quam calor insitus expetit habeat, licet pituitam mixtam non habeat, potest insiti caloris esse subiectum. Cæterum quia naturalis pituita sanguinis naturæ propinquior cæteris humoribus est, facile quidem in sanguinem vertitur, ideo & sanguini mixta ut capax caloris genuini.

Si totum nos potum in pulmonem deglutire existimat Plato, merito accusandus est, si portionem quandam potus, per asperam arteriã transfusam exsudare, probabile quoddam dicit.

¶Cum Plato dicat, ex hausto potu pulmonem cor refrigerandi vim habere, videtur quòd non intellexit de illa portione, quam dicit Gale. sed velle totum potum pulmonem irrigare, quod lib. de corde Hippocrates dixit, si vera est attitulatio, porro Gellius lib. 17. hanc fuisse Hippocratis opinionem affirmat, deceptus fuit tamen, cum ex germanis Hippocratis dogmatibus aliud colligatur, errat etiam Gellius, qui dicit Plutarchum in Sympositacis id tribuisse Hippocrati, nam Plutarchus asseuerans opinionem Platonis, quòd potus per pulmones deferatur, Hippocratis non meminit, sed Philistonis locrensis, quem dicit fuisse virum in arte medicaclassicum, & Hippocraticum.

Nonus liber.

Vemadmodum sensus, rerum quæ sensui subijciuntur iudicium est, ita intelligibilium aliam quandam esse facultatem manifestum est.

¶Aliter sumit hic iudicium, quam primo libro Aphorismorum apho. primo: iudicium quidem ibi dicit, esse rationem, at ratio intelligibilium est.

Vniuersalis methodus, sine exercitatione multa in singularibus, artificem bonum efficere non potest.

¶Non oscitanter, nec conniuentibus oculis hæc sunt legenda, quę sane turpem & nefandam consuetudinem, quę in medicina obseruatur incusant, quippe post exantlatam tribus annis operã, quæ vix ad legenda vniuersalia medicinę theoremata sufficit, sine exercitationis vlla ope, audent plerique tanta audacia factitare medicinam, quòd exercitatissimis quibusq; nulla re cedendum putant. res sane in prestantissimæ artis contumeliam, & ægrotantium magnum incommodum, cum sine exercitatione (vt dicit Gale.) non potest fieri bonus artifex, quod etiam. 6. Hętico. cap. 6. dicit Aristot. quare esset legibus cauendum, ne quis qui exercitationi doctorum medicorum aliquot annos non interfuisset, auderet temerare & profanare artem, alioqui vtilissimam. ne scilicet ęgrotantium detrimento audiatur quod dicit Plinius, experimenta per mortes in hac arte agi. sed proh. pudor, quod

UVA. BHSC. IyR_342

quod multi qui literis non sunt iniciati.nomine medici gloriantur,& linguæ volubilitate indoctã decipiunt plebeculam,in quos (ne tãtum malum diuagaretur) seuere à magistratibus esset animad uertendum.

Quippe cum nonnulli lucri causa medicinam exerceant, quidam ob sibi legibus concessam immunitatem,ac reipublicę vacationem,alij humanitate compulsi,gloria alij & honore allecti.

¶Pauci sunt,quos naturalium rerum scrutatio ad medicinam inflammet: pauciſsimi sunt, qui diuitias & popularem gloriam fructui postponant philosophiæ, etenim fere omnes, qui medicinæ dant operam spe lucri ad illam alliciuntur,atq; quia non abditarum rerum cognitio, sed diuitiarũ cupiditas illos mouet,ideo vix medicina à limine salutata,illam exercere (vt sui voti fiant compotes) non erubescunt,nec desunt qui illos nihilo secius, quàm in literis detritos excipiant & venerentur,quia vt ille dixit,in hac solum scientia euenit,vt cuilibet medicum se profesſo statim creditur.Cæterum ob id medicorum genus,& ob circulatores qui (medicinæ elementis non degustatis) illam ausi sunt factitare,euenit,vt à multis de medicina male audiatur. est & altera causa, ob quam medicina olim parum fuerit ęstimata, quia in illius scilicet crepundijs empiricam quę coniecturis solum procedebat,vt plurimum sectabantur, quo nomine in epinomi illam parum videtur Plato probare,ea fuit causa quæ mouit Catonem,vt nlium à medicinæ prȩceptis deterreret,verum cum ille optima viuendi ratione se gubernasse asserit,& medicinæ opera fuisse adiutum fatetur. Cæterum quia vt iam dictum est experimenta solum antiquitus obseruabantur, ideo medicinæ munus serui obibant,vt colligitur ex Seneca lib.4. de beneficijs, at post quàm medici,qui ratione & methodo vtebantur,huius artis præclarum dederunt specimen,habuit illa viros ingenuos eius mirifice studiosos,habuitq; illustrisſimos principes illius admiratores & fautores, quo factum fuit, vt immunitatis & honoris insignia medicinæ candidatis tribuerentur,quod factum fuisse Galeni tempore ex hoc textu colligitur, id etiam nunc in omni ditione qua Christi nomen veneratur obseruari videmus,daturq; pro Symbolo gradus bachalaureatus & licenciaturę: atq; doctoratus ijs qui maiorem operam nauarunt,nec decipiuntur hi qui gradibus (vt ita dixerim) decorare se volunt, quando ex ijs literarum extimationem multi faciunt,supra pileum quidem præstantisſimi doctoris apponuntur lutea fila,ornamentum quidem eorum quos ille noctu diuq; exantlauit laborum, vnde totus est luteus factus,sapiẽter quidem,sed multis profecto magnus erat apponendus pileus, filaq; longiora deducenda,quæ tegere quidem mydę aures possent. dicere pudet,quòd in gymnasijs celeberrimis,nemo est modo tot annos,quot sanctiones decernunt fuerit sub præceptoribus, qui ad omnes gradus quanuis nulla eruditione sit imbutus, non admittatur. res sane quę & ijs qui dextere in medica palęstra sudarunt officit, & honorem detrahit,sed de ijs satis.Cæterum an antiqui ijs quos nunc vocant gradus vsu fuerint,dignum est consideratione,porro apud beatum Rhenanum scholijs in Tertullianum in fine legi, quòd post Petrum Lombardum, cœperunt Parisijs hæc insignia viris literatis adhiberi, qua parte dicit, quod per impositionem baculi dicebãtur bachalaurij,hoc dicit se legisse in constitutionibus studij Parisiensis. Ioannes tamen viues lib. primo de causa corruptarum artium,à batalla dicit dictos esse batallarios.porro licet hoc modo antiquitus literarum athletis insignia non fuisse exhibita non diffitear,tamen & illos suos honoris characteres olim habuisse non dubito, quod colligitur ex ijs quę dixit Gregorius Nazianzenus monodia in magnum Basilium de quo ille ait, cum in scientijs honoris ac professionis de more insignia posset accipere,despexit.hæc ille.noster etiam Gale.hac parte ab hac non videtur abluisse sententia.Cæterum literati qui insignia susceptant,arrogantiam fugere debent,nec indepto debent tumere honore,hoc enim quod ante insignia illis adhibetur indicat vexamen, atq; quia de hoc fermonis sequela aliquid nos dicere inuitat,notandum est,quod & tempore nuptiarum ijs qui matrimonio coniungebantur,id vexaminis genus olim exhibebatur, quod colligitur ex ijs quę Chrysostomus.56.Homilia.in Genesim dicit,quam consuetudinem magnopere execratur,sic ait,quid hac cõsuetudine magis ridiculum,quando vir & vxor innumeris conuitijs & scomatis à seruis & triobolaribus hominibus die nuptiarum inceſſuntur.porro & huius consuetudinis adhuc vestigia Nauarræ manent,præsertim quando viduus duxit vxorem,vel vidua nubit.

Cum

UVA. BHSC. IyR_342

Cum enim primum laterales morbi oriuntur, dolereq; latus incipit, quia nondum manifesta est affectio, calfacientibus fomentis periculum faciendum esse iubet.

¶Ex ijs non intelligas, quod ad tentandum solum fomenta calfacientia apponantur. nam & causa morbi cognita ad discutiendum licebit apponere.

Quippe cum artem raro fine suo frustrari, fortunam raro eundem assequi nemo sit qui neiciat.

¶Plura fortunæ quam arti tribuunt multi & non solum è plebe homines, sed etiam & primæ notę aliqui: qui præ omnibus medicum fortunatum eligendum dicunt, neq; abs re hoc videtur creditũ, cum re ipsa quotidie inspiciamus, felices successus habere aliquos in literis minime versatos, contra multos qui Methodo medicinam factitant infeliciter sua medicamenta iactasse, accedit quòd Diuus Thomas in summa contra gentiles lib. 3. ca. 92. in medicina fortunam locum habere insinuat, quippe ait, nihil prohibet quòd etiam aliquis homo habeat ex impressione corporis cælestis aliquam efficaciam in aliquibus operibus, quam alius non habet: puta medicus in sanando & miles in pugnando, quę autoritas facit pro ijs quos vocant Hispani salutatores, dictis etiam adstipulatur Celsus tertio lib. cap. primo & primo capite septimi lib. de ijs multa dixi in meis quinquagenis. quare non est opus, vt longum hic protraham sermonem, porro non est à ratione alienum, aliquot homines literatos & ingenio perspicaces, medicinę exercitationi incongrue se addicere, vnde nomen malum consequantur, quando iuxta ea quæ Plato dixit lib. de scientia, solent homines ingenioſi non esse vt decet graues, cum igitur facile mente voluant, quæ fuerunt meditati, non tam exacte agenda examinant, vt qui ingenio minus valent, vnde contingit, quòd finem minus quàm cæteri assequantur. adde quòd sui ingenij viribus annisi minus quę sunt expendenda tru tinantur. hæc porro quæ illorum ingenij volubilitati sunt adscribenda, multi forrunæ tribuũt. Verum si qui ingenio & literis præstant operi vt qui in ijs sunt inferiores se accomodant, credo quidem quòd feliciorem illis nauabunt operam, medicamenta enim quæ vt decet admouentur, non est cur ex homine, qui illa admouet vim accipiant, vel amittant, quòd si eo quòd eger maiori fiducia medicamentis quæ vnus admouet, quàm eisdem ab alijs admotis adijcit animum, illa magis prosunt, non impressioni vel influxui cælesti, sed ægrotantis opinioni est imputandum. Cæterum solum in hoc videtur medicum esse alio feliciorem, quòd offendat ęgrotos, quorum morbi medica opera extirpari possint. nam si duo medici vnam vrbem incolunt, felicior habetur, qui multos ab ægritudinibus releuat, infelix cuius medicamentis morbi non parent: sunt alia multa, quæ præter hos successus atq; præter eruditionem, & experientiam, faciunt nomen medici clarum, facies scilicet hilaris, assidua diligẽtia, morũ integritas, lingua facilis. porro qui ijs muneribus fuerit decoratus, si illi contingerit vrbs salubris, quam viri prudentes congrua vtentes victus ratione incolunt, breui felix nomen indipiscetur, præsertim si illi qui illic habitant, sint in illum grato & beneuolo animo, ita vt non solum congruam mercedem impartiantur, sed etiam in frequenti corona illum laudent, vel notum viris insignibus reddãt, hic porro qui præceptis artis annititur, cõgruaq; vtens Methodo morbos expugnare conatur, raro vt præsenti textu Galenus dicit suo fine frustratur. etenim licet ægrotus fatis concesserit, non est in ijs quæ admouit deceptus, quia agnouit scilicet maiorem esse vim morbi, quàm vt medicamentis extirpari posset, quare licet non fuerit factus sui voti compos, non fuit frustratus prædictione, vnde facile astantes intelligere potuerunt minime in opera quam præstitit illum fuisse deceptum.

De naturalibus facultatibus liber primus cum annotationibus.

ALij ab ijs motus sunt generatio & corruptio.

¶Generatio quatenus intraductio formæ naturalis est, quę instanti quidem fit, non est motus, quatenus vero huius formæ productio præponit alterationem, motus dici potest,

UVA. BHSC. IyR_342

teſt,etenim cum à fine motus ſumat nomen, alteratio quæ eſt ad qualitatem ſolam dicitur alteratio,ſi vero ex hac alteratione ſequitur ſubſtantiæ productio, iam dicitur generatio,neq; in ijs niſi nomine Gale.ab Ariſt.decreto abludit:quomodo quæ hic dicit Gal. non diſcrepent ab ijs quæ dixit.ſ.Methodo ibi declarabimus.

Cur igitur Ariſt.in libris de generatione & corruptione, quatuor qualitatibus vtitur,in metreorologicis & problematis,atque alibi tantum duabus.

¶Quòd in problematis ſolum duabus qualitatibus, vtpote caliditate & frigiditate inſinuauerit Ariſto.actionem perfici,dicit hac parte Gal.quod minime alicui verum videbitur,ſiquidē problemate vltimo primæ ſectionis,ęgritudines dicit fieri ab igne, & ęgritudines ab humiditate,& quę ſunt ab igne curari humiditate, cum vero ab humiditate curari ęgritudines dicat, & illam agendi habere vim inſinuat,niſi intelligas humida quatenus alimentum humidum ſufficiunt ſiccis morbis Ariſtoteli eſſe laudata.

Vocantur ſic ſolidæ corporis particulæ,arteriæ,venæ,nerui,oſſa, cartilagines,membranæ,deniq; tunicæ omnes has particulas elementares ſimilares,& ſimplices paulo ſupra nominauimus.

¶Hac parte inter ſimilares partes numerat venas,& arterias Gal.lib. de inæquali intemperie numerat eas inter organicas,nulla huius rei te teneat admiratio,etenim ſi in arterijs & venis conſideras fibras & membranas ex quibus conſtant,membra compoſita atq; adeo organica tibi apparebunt, ſi vero ſimilitudinem harum partium conſideras,ſimplices partes eas iudicabis, præſertim ſi cum membris organicis quę ex partibus multum differentibus conſtant, vt ſunt oculus, manus & pes, eas confers.hinc euenit,vt aliquando prædictæ partes dicantur ſimplices, & nonnunquam dicantur organicæ.

Sicut herbis nutriri plane non poſſumus tametſi pecudes ijs nutriuntur,ita radice quidem nutrimur,verum non ita vt carne.

¶Non abnuit Gale. quòd ſolis herbis nutriri poſsimus, ſed quod congruum & exactum illæ non poſſunt homini ſupeditare alimentum,prima vero ætate vis maior herbis debuit eſſe, quo minus mirum eſſe debet,quòd illę tunc homines alere poſſent,quod ſubdit Galenus ita radicis nutrimentum,explicatio eſt eorū quę dixerat,nam raphanus inter herbas numeratur, quare videtur quòd textus ſic eſſet magis perſpicuus,quare herbis nutriri plane non poſſumus, tametſi pecudes ijs nutriuntur,radice quidem nutrimur ſed non ita vt carne, ſed forſan hic ſub herbis noluit complecti olera,quod etiam fecit Ariſt.lib. de plantis ſecundo.

Aſclepiades in flaua bile etiā maius quiddam licentiusq; eſt auſus, gigni nanq; eam in ipſis bilis conceptaculis,non autem ſecerni ait.

¶In libro de humoribus,qui Galeni nomine attitulatur, reperitur bilem flauam gigni in veſica felea,res ſane ijs quæ multis locis docuit Galenus prorſus aduerſa,forſam ille libellus eſt aſclepiadis.

Quippe atomos, ſiue indiuidua corpuſcula, quæ à magnete & à ferro diſluunt, figuris inter ſe conuenire dicit Epicurus, ita vt facile ſe amplectantur, hæc igitur cum in vtraq; lapidis fieri concreta impingunt,deinde in mediū reſiliūt,obiter in ſe cōnecti, ac ferrū vna trahere.

¶Plato in Thimæo ad hanc concretionem videtur referre mirabilem lapidis Heraclij effectum, qua parte dicit,q; rē vera nō fit attractio.lib.vero de furore poëtico, vim trahēdi lapidē heraclium habere dicit,quē nō ſolū ferrū trahere, ſed vim etiā anulis infundere ait, ſed de ijs ſint hæc ſatis. lib.quidē.5.de Simpliciū medicamen.faculta.de modo quo hic lapis attrahit, agemus ſermonem.

Rebus quibuſq; vim quandam ineſſe, qua conuenientem qualitatem attrahant,atq; hanc huic magis eſſe, huic minus, an tritici quoque exemplum legentibus proponemus.

¶Eſſe

UVA. BHSC. IyR_342

¶Esse vim rebus quã conuenientem qualitatem attrahant, exemplo tritici, quod in fictilibus positum trahit aquam, hac parte probat, hanc vero qualitatum conuenientiam, quarto de simplicium medicamentorum facultã. dicit esse substantiarum similitudinem, quam ostendit in magnete & ferro, quæ vt videntur, sunt substantia similia. Cæterum licet id non videatur in tritico & aqua, quæ substantia nõ videntur similia, illis non deest nobis occulta substantiæ similitudo, triticum quidem quod aquam attrahit vegetatricem habet animam, estq; aqua quatenus nutrimentum est tritici similis tritici humiditati natiuæ, sed de ijs. 4. lib. de simpli. medica. facult.

Iuxta prouerbium albo coruo similis.

¶Videtur indicare Galen. coruum album vspiam esse quod non negat Arist. 5. de genera. animali. cap. 6. Perottus vero fatetur huiusmodi coruum vidisse.

Secundus Liber de Facultatibus naturalibus.

SEmen, primum mẽbranam, quam Hippocrates sexta die cũ fœtu musurgo, mulieri ouorum tunicæ similẽ excidisse ait.

¶Cum Hippo. in iure iurando fuerit professus, mulieri ea quæ obortum faciant, se non exhibiturũ, mirandum q; in famula (vt lib. de natura fœtus scriptum est) abortum citare voluerit, quod hic à Gale. cõmemoratur, dices Polibij esse librum de natura fœtus, nec si Hippocratis esset, ab ijs quæ iurauerat excidit, cum lib. de natura fœtus, vulucq; talum subditicium mulieri non daturum iuramento solum se adstrinxit, adde quod id quod. 6. die labitur, nomine fœtus vel conceptus, de quo in testamento intellexit non est dignandum.

Demonstratũ est, alimentum dum in venis ab innato calore alteratur, sanguinem quidem ex mediocri calore fieri, reliquos vero succos ex eodem immodico.

¶Ab eodem calore fiunt humores in homine sano, remissiorem tamen calorem ad sui generationẽ exigit pituita quàm sanguis, intensoq; vigente calore gignitur copia bilis. Cæterum cum nõ dicat sanguinem, & cæteros humores gigni à calore, sed ex calore: dicere possumus, non tam hic tractare de causa efficienti quàm de materiali, vt sanguis scilicet generetur ex parte quæ mediocrẽ calorẽ habet in chilo, pituita ex parte quę imbecillũ calorẽ habet, bilis ex parte quę in chilo calidior est.

At vero quibus corpus floret, his inquit Hippo. lien minuitur.

¶Sapienter Pompeia Plotina Traiano imperatori procuratores habenti rapaces, qui prouinciales calumnijs expilabant, dixit fiscum esse lienem, quod sicut eo crescente reliqui artus cõtabescũt sic crescẽte fisco flaccescunt vires subditorum, autor in apophthegmatibus Plutarchus. Cæterum quia lien hepar & venas expurgat, quodammodo potest dici risus & hilaritatis causa, nam si ille suo munere non fungitur mœret homo, humore melancholico sanguinem obscurante. Plinius tamen. 11. lib. cap. 27. non dissensit ijs qui ab splene risum proficisci crediderunt, cui sententię accedere voluit Brachelius cum doctissimis cõmentarijs in lib. 2. de temperamentis dixit, spontaneam lætitiam, ab splene occasionem accipere, quo dicto nihil videtur ridiculosius, in eundem errorẽ vidi aliquos lapsos eorum qui exposuerunt illud Persij & sum petulanti splene cachino.

Pituitæ quod dulce est hoc salutare animanti, & naturale. quod acidum salsumque est, acidum quidem omnino crudum esse, salsum computruisse.

¶Pituitam quæ est saporis expers, maxime naturalem esse scripsit lib. de atra bile, ibi contradictionem diluimus, in eo quod subdit, salsum computruisse, videtur indicare ex putrefactione solum humorem salsum produci. porro licet putredinem esse salsi humoris causam libenter fateamur, non repugnandum putamus, ex humoribus adustis pituitæ mixtis hunc saporem produci posse, quomodo ex miscella cineris & aquæ, sapor salsus conflatur, ad quem modum dixit Arist. mare fieri sal

UVA. BHSC. IyR_342

ſum,exhalationibus aquæ immixtis.& ſane niſi ex aſſata pituita quid terreſtre admiſceatur nõ videtur quòd ſalſa fiat,ſapor quidem ſalſus vt lib.de facul.natural.dixit Gal.terreſtris eſt,ſi enim ſola putredo hunc ſaporem produceret,omnis febris pituitoſę ſalſus humor cauſa eſſet. nec diſſentimus Tralliano qui cap. de nauſea dixit fieri pituitam ſallam nonnunquàm ex ſeroſæ ſubſtantiæ commixtione,nõnunquàm etiam ob calidam intemperiem quæ ipſam torrefecit,nam & aqua quæ multum coquitur ſalſa fit.ſi omnia hæc conſideraſſet Manardus Auicennæ pauliſper indulſiſſet.

Eſt autem hoc tenue,humidumq; & fluidum,nam cum ad vltimum eſt excoctum flauum quidem igneum & craſſum vitellis ouorũ ſimile.

¶Ex ſuper aſſata bile gignitur ea quæ vitellina dicitur,aliũ modum excogitauit Auice. quo nomine non eſt increpandus.nam & pituita bili mixta luteũ colorẽ licet remiſſum poteſt repręſentare.

Tertius Liber de Facultatibus naturalibus.

QVippe nouem menſibus pleriſque mulieribus perficitur in vtero fœtus.

¶Non contradicunt hæc (quicquid quidam dicent) ijs quæ dixit Plat.5.de legibus & Ariſt.7.de hiſto.anima.qui.10.menſe vt plurimum partum ædi dixeruut,nam licet fœtus vt plurimum perficiatur nouem menſibus,poteſt vt plurimum ędi.10.menſe, non enim actu tum quòd eſt perfectus fœtus,ędítur.porro quòd.10. menſe plurima ex parte, fœtus ędatur, dixit etiam Salom. lib.Sapientię cap.7.Cæterum quia nouem menſes lunares minores ſunt menſibus ſolaribus,hi autores qui dicunt partum ędi.10. menſe, quia de menſibus lunaribus intelligunt, idem volunt,quod hi qui ſcribunt vt plurimum.9.menſe partum ędi,quia hi intelligunt de menſibus ſolaribus ad quem modum vulgo dicitur partum ędi plurimum.9.menſe.

Poſtea vero, quòd ad fœtus tranſitum, vterus ſatis patet.ſurgere mulierem iubent,& in ſubſellio collocant.

¶Si à multis aduerteretur hoc,quod hac parte faciendum eſſe,tempore partus monet Gal. nõ tot parturientes periclitarentur,in ipſo quidem doloris initio, iubent qui parturientium curã habent illas deambulare, quo fit vt partus fiant difficiliores, amputentq; vitam parturienti & conceptui obſeruandum eſt quidem quod dicit Galenus, quòd antequàm ad fœtus tranſitum vterus pateat, in lecto parturiens degat,dehiſcente iam vtero,ità vt fœtus tranſire poſsit,in ſubſellio collocetur.

Atqui tractricis operam ſi ſtatim ſeperatricis actio exciperet.

¶Putabit aliquis virtutis (quam diſcretiuam quidam appellant, mentionem feciſſe Galenum hac parte, ſed per vim ſeperatricem & ſegregatricem vim expultricem ille intellexit, expultrix quidẽ facultas expellendo ſeparat & ſegregat, quod eſt noxium ab eo quod eſt retinendum. quare qui officium expultricis conſiderat,videbit nullum opus eſſe illa virtute,quam diſcretiuam appellant, non me latet tamen,Galenum libro de affectuum renũ dignotione & medicatione (modo vera ſit attitulatio) inſinuaſſe,aliud eſſe officium ſeparatricis facultatis quàm expultricis.ſic enim inquit, ex medico purgans medicamentum, ex natura vero totum negotium pendet,hæc enim à purgãte medicamento excitata, ſegregatricem aduocat, qua ſegreget inutilia ab vtilibus, ac vtilia quidem retentrix facultas retinet,inutilia facultas expultrix expellit.hæc ille.ſed certe licet hic liber non ſit omnino malus,non eſt ex Galeni officina,non quidem eſt neceſſe ad explendam humorum expurgationem, ſegregatricem vim aliam ab expultrice ponere. etenim muneris facultatis expultricis eſt ſegregare,ſegregatio vero inutilium humorum iam expulſio eſt, actu enim quòd facultas humores ſeparat,illos expellit, illóſque expellendo ſeparat.neque ijs obſtat, quod.3. lib. de natural. facultatib. dicit, ſed etiam alij affectus tum qui nauſeam in eo excitant, tum qui cardiogmi vocantur, manifeſte ſegregatricem,expultricemq; alienorum facultatem indicant, hæc enim quæ dicit Galenus potius ijs quæ diximus fauent,qui enim bene aduerterit, videbit quòd ad vnam facultatem

UVA. BHSC. IyR_342

tatem reducit ſegregare & expellere, lucis tamen maioris nomine, nomina effectuſq; qui ipſi facultati attinent, expreſsit.

At dum expetunt, attrahere eas rationabiliter exiſtimatur, dum auerſantur à ſe ipſis repellere, atq; ex ijs rurſus tum attractoria vis in toto eſſe monſtratur, tum expulſoria: at vero ſi & appetētia quædam eſt, & attractio fuerit profecto, & fruitio aliqua.

¶Dum expetunt partes, attrahere eas dicit, inſinuans ſcilicet vnius facultatis eſſe appetere, & trahere, quod expreſſe docuit. 5. lib. de locis affectis, cum dixit primam facultatem voco attractricem, quę peculiares parti ſuccos, alendi ipſam gratia & appetere & attrahere poteſt, nihil clarius potuerat dicere Gal. quo inſinuaret, ad vnā facultatē attinere, appetentiā, & attractionē, appetendo quidē virtus trahit. quia vero Alexan. aphro. conſiderauit, ſimplicē facultatē eſſe quę appetit, & attrahit. ideo. 59. proble. 5. ſectionis, numerās facultates naturales, attractricis facultatis (numerata appetentia) nō meminit. quia ſub hac illā cōplecti intellexit. porro aliquādo nō ad ſimplicē facultatem hęc reduxiſſe videtur Gal. 6. de locis affectis, dicit facultatē appetentiā eſſe cōiugatā cum attractrice facultate, vbi duas eſſe inſinuat. ſed dicens eſſe cōiugatā, potius inſinuauit ad vnā facultatem hęc officia attinere. ſed quęſtio hæc de nomine eſt, ſi ēm attractricis ſolū eſſe trahere intelligis, duę facultates ſunt ponendę, ſi illius muneris eſſe appetere credis, vt. 5. de locis voluit Gale. ſat eſt attractricem ponere, facultates quidem diſtinguuntur per inſtrumenta, quibus ſuas actiones perficiunt, & per obiecta. porro cum eiſdem inſtrumentis fiat appetentia, & tractio, in idemq; obiectum illa tendant, non eſt cur facultates diſtinctas ponamus.

Verum quantum hi qui manſi ſunt ijs qui inhæſerūt magis ſunt alterati, tanto etiā hi magis ijs qui deuorati ſunt. ſiquidē incomparabilis erit horum alterationis exceſſus, ſi quæ in ventre eſt pituita & bilis, & ſpiritus, & calor, & tota ventris ſubſtantia æſtimetur.

¶Hac parte non vult Gale. q̄ bilis naturaliter fluat ad ſtomachum, vult quidem, q̄ ex bile & pituita quæ in ventriculo generantur, tanquàm ex ijs quæ in ventriculo ſunt cōmutata, & ex calore vētriculi, & membrorum adiacentium, tanquàm ex eo quod cōmutauit, æſtimari poteſt, quanto maiorem vim immutandi ventriculus habet, quàm oris tunicæ.

Iam quomodo in tenuibus inteſtinis confeſtim creabitur ſtercus.

¶A multis creditū eſt ſtercus in ventriculo generari, quod ijs quæ Gal. hac parte dixit minime cōcinit, porro medicinæ & philoſophię decretis conſonū eſt, ventriculū cibū immutando, partibus quæ alimentum ſuppeditare poſſunt chili formā dare, ea vero quæ nutrire nō valent, ſed prorſus ſunt excremēta quadā cōſequutione in ventriculo formā accipiūt, ſed vt hę partes ſtercus fiāt, inteſtinorū elaboratione opus eſt, attractis ex inteſtinis q̄ alere poſſunt, forma ſtercoris ſatis apparet.

At non in ea veſica, quæ iecinori ſubeſt, ſimiliter ſe habet, vt quę neruorum ſit plane expers.

¶Contrarium videtur dixiſſe. 5. lib. de vſu par. vbi ait, habent autē & renes ipſi neruū, quantum ha par, lien, & bilem excipiens veſica. dilues contradictionē, q̄ non intelligit, veſicam eſſe expertem neruorum, ſed eorū neruorū acrem ſenſum habentiū, à quibus non ſunt immunia conceptacula, quæ iam retulerat. aliquis poſſet dicere, q̄ Gale. non vult, q̄ veſica fellea non habet neruū, ſed explicando quomodo vis expultrix excitetur, quod iam in multis conceptaculis oſtenderat, proſequitur idem oſtendere in veſica fellea, & incipit at non in ea veſica, quę iecinori ſubeſt, ac ſi dixiſſet. at dicent qui hunc modum expulſionis negant, non idem fieri poſſe in veſica fellea, vt quam neruorum dicunt eſſe expertem, quæ enim infra dicit Galen. videntur veluti probatio, quòd veſica ſentit noxam, vnde quodammodo colligitur ſenſus expertem non eſſe, licet naturali appetitu poſsit pars ſimile appetere & noxium expellere, quod vero infra inſinuat Gale. quòd veſica fellea à qualitate proprij excrementi poteſt irritari, cōtrarium ijs, quæ dixit. 5. de vſu part. videbitur, vbi contradictionem diluimus.

UVA. BHSC. IyR_342

Proinde si quod instrumentum ex vnica tunica cõstat, velut vterus.

¶Libro de dissectione vuluæ,ex duabus tunicis vuluam constare dixit;porro vterus vere vnicam tunicam habet,sed dicitur Galeno aliquando duas tunicas habere, numerato scilicet peritonæo, quod ipsum vterum ambit.

Illud vero minus est mirandum,si per quas venas à ventre in iecur facta est digestio,rursus ex iecinore in ipsum trahi aliquod alimentum in longiori inedia potest.

¶Iam supra enarratum est,quòd chilo ventriculus nutriatur, & quòd aliquando ad sui alimoniã sanguinẽ trahat,quod sane ex ijs quę hac parte dicit Gal. corroboratur. porro sanguinẽ nũquam ille,nisi cum per longam inediam est inops redditus alimenti,trahit, vt ex hac parte, & ex ijs quæ lib.de atra bile scripsit plane colligitur. cum igitur ventriculus licet plurimum chilo nutriatur, posse sanguine nutriri Gale.fateatur,non mirum,quòd in vtero deficiente chilo,sanguine nutriatur,quod pro inconuenienti multi habent.

De motu musculorum liber Primus.

SIt aliqua ales quæ in eodem loco videatur manere,vtrum dicẽdum est,hanc immobilem esse, ceu si suspensa superne fuisset, an moueri ad superiora tantum, quantum grauitas corporis eam deorsum duxisse,mihi sane hoc verius esse videtur.

¶Si hæc quę hac parte scripsit Galen. annotasset Valeriolla, nõ illum contradictionis accusasset, qui de tremore tractans ait,nõ videtur qui fieri possit,id quod Gale. libro de tremore dicit, quòd aues non mutent locum,& moueantur. Galeni porro sensus, vt ex parte quam exponimus elucescit est,q̃ auis quæ videtur in aere eodem loco manere,moueatur ad supera.non vult ille quidẽ, quòd nullatenus illa locum mutet,sed quod mutare illum non videatur,si enim sursum versus moueatur,vt hac parte asserit Gale.aliquatenus locum mutat,iam vero quòd locum non mutet,eo Galeno dicitur moueri,quia sursum nititur,quòd si tunc illam moueri negas, Galeno non repugnas, qui ijs non contradicit,qui auem tunc moueri non credunt.

Secundus liber de motu musculorum.

SEdentes sæpe quidam dormierunt, & nõnulli deambulantes, & hoc quidem audiens antea non credebam, cum autem fuit opus aliquando per totam noctem iter facere, experiẽtia rem ipsam edoctus,coactus sum credere.

¶Vt Gal.hoc.1.lib.exacte probat,non sunt omnino sensus expertes dormientes,sed difficulter sentiunt,id enim quod lib. 4.de causis pulsuum ait,q̃ in somno anima non intelligit nec cogitat, nec sentit cõparatione ad exactum sensum, & cogitationem qua in vigilia illa potitur est intelligendum.porro cum anima in somnijs sentiat,& imaginetur,mirum videri debet nemini, q̃ dormientes ambulare possint,etenim si vigilantes cogitationi multũ intenti delata sub oculis nõ vident,nõ est difficile,q̃ in somno de exequendo motu tanta fiat imaginatio, q̃ facultas motiua tantę imaginationi seruiat (vi animali motioni solum intenta) alia non perceptãte. si hæc notasset Fuchsius 1.lib.de Sympth.causis,non dixisset ratione carere,cur aliqui dormientes vigilantium opera possint obire.sed de ijs iam mea arte curatiua cap.de Lethargo.ex ijs vero quæ Gale.hac parte & alijs dicit,colligitur,minus molliter illum vixisse,qui pedester totam noctem ambulabat, nisi credas in somnijs equum ascendisse.

Non

UVA. BHSC. IyR_342

Non est æquum, in quibus causam non reperimus, in ijs discedere ab ijs quæ euidenter apparent.

¶Retractorij animi est, sensui euidentiæ (eo quòd causa non reperitur) repugnare, nihil quidem sine causa fit, sed aliquando tam obscura & latens est causa, quòd eam perspicacissimus attingere nō valet, nedum qui hebeti est ingenio.

Pars animæ imaginatiua, quæcunq; ea sit, hæc eadem & recordari videtur. si itaque insignes impressiones rerum in imaginationibus acceperit, conseruat perpetuo, atq; id quidem est memoria tenere.

¶Ex hac parte quidam colligere volunt, cuiuscunq; facultatis animalis munus esse, sentire, cogitare & memorari. lib. tamen primo officinæ contrarium videtur docere Gale. cum dicit memoriam nihil inuenire, sed solum retinere, quæ sensu & mente sunt cogitata. dixi lib. de arte curatiua, non esse inconueniens, quod vis imaginatrix memoria aliqua complectatur, & quòd vltra hanc sit facultas memorandi, quæ nihil aliud agat quàm retinere. Cæterum videns quòd per partem animæ speciem intellexit Gale. multis locis credo quòd dicens pars animæ imaginatiua, tantū voluit quātum anima rationalis, quæ sequuntur eo tendunt, quòd memoria ad animam rationalem attineat, & non ad cæteras animæ partes suo more loquor. qui iuxta Platonem, tres partes vel species animę esse dixit, vt lib. de Decretis discussimus. id vero quod hac parte dicit, quæcunq; ea sit, frequēs est illi cum de anima rationali loquitur, de cuius essentia se semper dicit dubitare. dicere etiam potes, q̄ parte quam exponimus, solum voluerit Gale. q̄ facultas imaginatrix reminiscatur, id vero q̄d additur. si itaq; insignes impressiones in imaginationibus susceperit, sic erit intelligēdū, q̄ si fortes impressiones quę in imaginationibus fiunt acceperit memoria, conseruat illas perpetuo.

Atqui nonnulli tacuerunt annum integrum & eo amplius, idq; sponte sua, egestionem vero retinerunt non modo annum integrum, sed ne mensibus quidem, quinimo nec diebus paucis nemo potuit.

¶A chirurgo qui Italię multos annos fuit cōmoratus audiui se vidisse militē, qui per octo menses oletum non reddebat, idq; citra suæ valetudinis dispendium, vehemens quippe calor retrimenta absumebat, & per delitescentes meatus multa diflabantur. accidunt quidem multa, quæ omnem fidem videntur separare. vidi hominē emaciatum cui vnus hœdus vix erat satis pro ientaculo, quod si dixissem ouem non mihi testes deessent.

Liber de Motu thoracis.

SI enim mulseris ore aerē, attrahes aquā per longam valde multotiens viam, præter naturam sursum allatam. tantam enim habet vim consequentia quæ ad id quod euacuatur.

¶Si verum est quod dicit Gale. q̄ in hoc motu præter naturā mouetur aqua, nō est hic motus sine aliqua renitentia. & quo res grauior esset magis reniteretur, vnde minus quisquàm mirari deberet, q̄ in successione ad id quod vacuatur, facilius consequeretur res leuior quàm grauior, voluit forsam intelligere Gal. q̄ motus quo aqua vitandi vacui causa sursum mouetur sit præter naturam cō siderato fine particulari, qui minime ille negasset, motum illum esse naturalē cōsiderato fine vniuersali. Cæterum aliqua poterunt obstare quominus licet ore mulleris aërem, non trahes aquam quia si longa fistula est, aër qui ibi continetur rarefit, & vitatur necessitas vacui. atq; cum multus sit aër, antequàm illum absumas, fit expiratio, vnde aquæ attractionis non est necessitas. Cæterum si cum Hippocra. sentis, quòd scilicet in aqua fit aër, aër qui est in aqua potest succedere, aqua non mota, si non sit tanta necessitas, quòd illam cogat: qui vero horum sententiam asseruerit, dicere posset: quòd cum per fistulam vel syphonem attrahitur aqua, quòd aqua partium mouetur per impulsionem quam facit aër in aqua existens, qui consequitur ad aërem attractum per fistulam vel syphonem.

UVA. BHSC. IyR_342

Annotationes

In librum quòd animi mores corporis temperaturas sequantur Commentarij.

RAtiocinatrix facultates habet plures, sensum, memoriam, prudentiam.

¶Prudentiam pro virtute morali sumpsit Gale.7.lib.de Decretis, quomodo ab Aristote.6.& alijs locis sumitur.hac parte sumpsit prudentiam Gale. pro facultate cogitatrice: quomodo sumpsit illam Cicero.2.lib.de natura deorum, cum dixit, si placet pluribus verbis, mentem, consilium, cogitationem, prudentiam: vbi inuenimus, vnde sustulimus.hæc ille, miror porro q̃ eos qui vocabula Ciceronis anxię trutinantur, id non annotasse. Cæterum an hę facultates ex sola corporis temperatura varientur, vel sit vna anima sua natura alia ingeniosior, & prudentior.theologi disputant, estq̃ inter illos magna controuersia, quam illis dirimendam relinquo.de qua re vide quæ dicit Diuus Thomas.1.parte quæst. 85. artic.7.

Et vero si ex materia & forma corpora id genus omnia consistant, placetq̃ vel ipsi Aristoteli, qualitatibus quatuor naturalibus in materia proueniẽtibus, corporalem ex ijs fieri temperaturam, formã ipsam poni necesse est, erit ergo & essentia animæ temperamentum quatuor qualitatum vel elementorum. si ergo quod ratiocinatur species animæ fuerit, mortale erit, nam & ipsum quoddam cerebro tẽperamentũ est.

¶Nullum consequiam habet argumentum Galeni, quando solum probat, quòd ex mixtione qualitatum elementorum oriatur quędam temperatura, nihil tamen obstat, quòd huic temperaturæ extrinsecus accedat anima, vt mentem extrinsecus accedere.2.lib.de Generatione animalium cap. 3. ipsemet Arist. fuit professus. circa quod est aduertendum, quòd Theodoritus libro de natura hominis, & Eusebius Pamphili. libro contra philosophos cap.8. dicunt, quòd etiam Aristoteles negauit, animam esse mortalem, illum non negasse, mentem esse immortalem, quod indicat.3.lib.de anima cap.5. sed hanc mentem vel intellectum esse partem animę insinuat ille: est enim iuxta illum mens sicut lumen extra admissum quòd irradiat animam, & illustrat, quòd diuinum esse vel diuinitatis particeps non negauit.2.lib. de Genera.ani.cap.3. Sanctus Thom. lib.2.contra Gentiles cap.79. obnixe contendit, esse ex Aristo. placitis, animam esse immortalem. qui autoritatum Theodoreti, & Eusebij memoriam non facit: nec meminit quòd Arist. separauerit mentem ab anima.

Si immortalis est anima, ita vt vult Plato, cur admodum refrigerato, aut super calfato, aut nimium siccato aut impensius humectato cerebro separetur, recte vtiq̃ fecisset Plato, si ipse perinde atq̃ alia quæ ad eam pertinent, literis mandasset.

¶Leue est hoc Galeni argumentum, nam quanquàm anima immortalis est, mortale corpus deserit, si illud non sit prędictum illa temperatura, quam ad sui conseruationem illa desiderat, quo minus mirandum est, si impense calfacto aut refrigerato corpore, perditaq̃ qualitatum vel elementorum symmetria à corpore illa recedat. hoc illud voluisse indicat hac parte, cũ dicit, dicere ipse ausim, non omnem speciem corporis vt rationalem animam induat esse opportunam, recte quidem dictum. quare non est cur infra dixisset, cum multum quæsierim, cur refrigerato, aut calfacto corpore anima corpus relinquat, non comperi. melius de hac re lib.de subst.facul.natur.tractauit, cũ dixit, nanq̃ & animam recepturum corpus, idoneum esse oportet. & eo in temperatura ad modum alterato, animam protinus digredi, tum vehementer algescente in euacuationibus sanguine, hæc. doctius quàm hac parte quam exponimus.

Cum anima non qualitas sit ac species corporis, differentiam nullam intelligo.

¶Videtur

UVA. BHSC. IyR_342

¶Videtur sic opinionem Platonis fugillare, si anima non est qualitas, nec species corporis, nemo intelligere potest, quomodo anima diuidatur in rationalem sensitiuam & vegetatricem, nam anima quæ vegetat, & sentit, forma corporis est.

Vini autem potus aperte tristitiam omnem, & tædium leuat, hoc enim quotidie vtimur, dicereq; Zeno solebat (vt ferunt) quemadmodum amari lupini aqua macerati dulces euadunt, ita se à vino affici.

¶Relatum est hoc ab Athæneo lib.2. Dipnosophistarum cap.13. & à Diogene Laertio vita Diogenis lib.de vita & moribus philosophorum, nec solum quidem vinum sed cibus etiam solet animum placidum reddere: quod considerans Plinius, scripsit cibo & potu austeritatem animi remolliri, ex longa quidem inedia acrior redditur calor, quare ieiunantes sunt difficiles, hinc ortum fuit prouerbium, bilis & mora concitant bilem in natum.

Aër quantum in se ipso frigidus est.

¶Ex hac autoritate nemo posset conuinci, voluisse Galenum, aërem frigidum esse. nam quæ Stoic dicebant (si bene aduertis) hac parte refert.

Comici vero Hippocratis filios, ob immodicum calorem stultitiæ mordent.

¶Soranus in vita Hipp. Hippo. filios clarissimos fuisse dicit. quare aliquando putaui legendũ esse Socratis, fuit Socrati filius nomine Lamprocles, quem in matrem fuisse immitem, & ferum. dicit Diogenes Laertius vita Socratis. sed postquam legi apud Aristophanem. Hippocratis filios exhibebis. teq; vocant fatuum. textum non fuisse vitiatum credidi. frequens porro solet esse (vt dicit Alexander in Problematibus) viros sapientes gignere filios fatuos, quia in concubitu & imaginationibus peruertuntur, & minores conatus apponunt, quàm qui sapientia & ingenio non tantum valent, quod ob nomen imbecilliores filios & aliquando membris læsos gignunt.

Etenim Heraclitus dixit, splendor siccus animus sapientissimus, quo sane dicto, prudentiæ caulam esse cẽset siccitatem, atq; hæc potior opinio existimanda est, cum stellas quoq; fulgentes simul & siccas animo conspiciamus summa præditas esse prudentia.

¶Animam siccam esse sapientissimam, Clemens Alexandrinus. 2. lib. pedagogij cap. 2. dixit, ad temperiem siccam expurgatumq; cerebrum hoc ille reducere debuit. nam minime ille dubitabat, animam esse siccitatis expertem, ad hunc modum dictum Heraclti video expositum ab Eusebio Pamphilo. 8. lib. de præparatione euangelica cap. 5. qui ait, Græcia gignit homines vere cælestes, atq; diuinos, cuius causa est subtilitas aëris, non enim sine causa dixit Heraclitus, aër siccior anima prudentior, atq; melior. cuius signum est, quòd ieiunantes atq; vigilantes prudentiores illis sunt, qui cibo & potu semper replẽtur, cæterum si Galenus hac parte veriorem opinionem censet eorum, qui siccitatem prudentiæ autorem censent, quàm eorum qui à cõmoditate temperaturę illã nasci tradiderunt, culpandi sunt, qui contendunt illum voluisse, omnes operationes perfectiores à corpore temperato, quàm ab alijs reddi, nec omnibus operationibus naturalibus reliqua corpora superare, ex ijs quæ dicit lib. de optima corporis constitutione, & lib. de bona habitudine colligitur. id vero quod hac parte dicit Galenus, quòd colligimus stellas esse prudentes, alludit opinioni Platonis, qui eas esse animatas credidit, cuius opinionis etiam fuit philo. libro de mundi opificio.

Ex Aristotele secundo de partibus animalium, est roboris efficacior sanguis qui crassior & calidior est, vim autem intelligendi obtinet pleniorem, qui tenuior atq; frigidior est, quam ob rẽ apes & huiusmodi animalia ingeniosora multis præditis sanguine sunt, optime cõstant, quæ calidum & tenuem sanguinem habent.

¶Sic sunt à Diuina prouidentia commensurata omnia, vt nihil sit quod aliquo munere non gaudeat, neq; sit in hoc orbe quicquàm ex omni parte beatum, qui sanguinem crassum habent corpo

UVA. BHSC. IyR_342

ris robore valent, quibus ſanguis tenuis eſt ingenio pollent. præſtat prudentia, quod viribus corporis eſt diminutum. eſt enim viribus animi & corporis quædam pugnantia: nam vix illę cohęrere ſolent, nam ijs quibus ſanguis calidus & tenuis eſt, non ſunt corporis vires ac ijs quibus ſanguis eſt craſſus, laboreſq; melius hi quàm illi ferre poſſunt, non eſt quidem tenuitas ſanguinis cum multo calore, ita quod dicit Ariſt. qui calidum & tenuem ſanguinem habent optime conſtare, non eſt intelligendum, q; hi & ingenio & robore alijs præ ferantur. optime conſtant quia illis eſt ingeniũ, nec corporis vires deſunt. robore quidem non pollent, quia ſanguis tenuis eſt, cum vero ſanguis ſit tenuis, nõ eſt admodum calidus, quare nec robore illi pollebunt, nec ad ferendos labores tantũ ac qui ſanguinem craſſum & calidũ habent ſufficient. ex ijs quæ ex ipſo Ariſt. retulimus, patet illũ lapſum eſſe cum lib. 3. de hiſto. cap. 19. dixit, fœminis eſſe craſsiorem ſanguinẽ quàm viris. ſi enim craſsior eſſet robore illæ magis deberent pollere, eſt quidẽ excrementoſior non tamen craſsior. Cæterum quod addit Gale. quamobrem apes dicet aliquis cum prędictis nõ cohærere: quia nõ habent ſanguinem, & ſuus ſermo eſt probare tenuitatẽ ſanguinis agere ad prudentiam, dices q; licet non habent ſanguinẽ, habent humorẽ qui reſpondet ſanguinĩ, qui humor eſt frigidior & tenuior quolibet ſanguine, hæc porro animalia licet armis & robore deſtituta ſunt, vincũt prudentia multa animalia quæ robore præſtant & armis ſunt munita, vide quanta prudentia apes confingunt fauos, ſequuntur ducem & admirando quodã modo rempublicam gubernant, neq; ijs ſunt inferiores formicæ, quarum prudentiam laudauit Salomon, cum dixit vade ad formicam ó piger & conſidera vias eius, tanta quidem ſolertia vigent quòd refert Aelianus eas famem præſagire, quo tempore mirum in modum dicit eſſe laborioſas.

Aures magnæ arrectæq; vltra modum, ſtultitiæ indices ſunt, aut loquacitatis.

¶Aures magnæ quatenus indicant multam carnem craneum tegere, atteſtantur ſupra ingeniũ imbecille, quod enim qui multam carnem in capite habent, ſint ingenio rudes, colligitur ex ijs quę in Thimæo dicit Plato. multa quidem caro humiditatis eſt nota, quę ingenij viribus eſt impedimẽto,

Quis enim non cernit, omnes homines ſub ſeptẽtrionibus degẽtes, corpore & animo prorſus cõtrarie affectos ijs qui torridam prope habitant Zonam, aut quis neſcit, qui inter hos medĩ regionem tempera tam colũt, & corpore eſſe & moribus animi & ingenij felicitate & prudentia illis hominibus præſtantiores.

¶Magnam eſſe locorum differentiam ad ferendos meliores peioreſq; homines. lib. de aere & locis Hipp. & Plato. 5. lib. de legibus dicturunt. ad id alludens Cicero. 2. lib. de natura Deorũ dixit, videre licet acutiora ingenia eorum qui terras incolunt in quibus aer ſit purus ac tenuis, quàm eorũ qui vtuntur craſſo cælo, quam ſententiã mutuauit Euſeb. lib. 8. de præparatione euangelica cap. 5. qui ait dicunt Greciam generare homines vere cæleſtes, atq; diuinos. ob aeris ſcilicet ſubtilitatem. Cæterum quod hac parte dicit Gale. q; ſunt corpore pręſtantiores qui mediam regionẽ habitant, videbitur alicui cõtrarium ijs quæ Pli. dicit. 2. lib. cap. 78. quippe de ijs qui temperatã regionẽ incolunt, dicit modicus corporum habitus magna & in colore temperies, at modicus habitus nõ videbitur præſtantiæ corporis eſſe, ſed non omnis corporis præſtantia in proceritate conſiſtit, id enim quod dixit Hippo. in magnitudine corporis iuuenęſcere quidẽ decens, & non inſuaue, non tollit quòd mediocris corporis habitus non ſit magnitudine (quę vt Hipp. dicit vix ſoli iuuentuti eſt ac commoda) melior ex ijs quę Gale. hic dicit, patet erraſſe Vegetium, qui libro primo rei militaris capit. ſecundo, ſenſit inter omnes nationes, præcipue ingenio vigere, quæ calidiſsimam regionem habitant.

Ex Platone, non deguſtent vinum pueri, vſq; ad annum duo devigeſimum, parum infra, Carthaginẽſium legem probarem, vt nũquàm in caſtris qui deguſtet vinũ, nec ſeruus nec magiſtratus, nec vir vel mulier, quando liberis operam dare volunt.

¶Pueris

VVA. BHSC. IyR_342

¶Pueris denegabat vinum Plato, prospiciens eorum valetudini, ne scilicet ignis igni adderetur, atq; vt conceptus aliquam noxã non contraheret, eodem de nomine eos qui liberis volebant operam dare vino interdicebat, vetabat porro vinum ijs qui in militia degebant, & magistratibus & seruis, mentis prospiciens sanitati, timebat quidem, ne vino grauis magistratus peruerteret iura, ne milites vino deditos debellaret crapula, verebaturq; ne seruos sic vinum opprimeret, quod suos non agnoscerent heros, intelligebat quidem, vinum non habere gubernacula, vt prouerbio dicitur, de quo Athe. 10. lib. cap. 9. qui. 15. lib. omnium malorum Metropolin dixit esse vinum. Cæterum an tantis conuitijs sit procindendum vinum, latis fuse lib. de vini cõmoditatibus diximus, nec dicere hic pœnitet, quòd dilutum vinum omni fere ætati omni sexui, omniq; hominum sorti (seruis exceptis) est accõmodum, quod pueris nisi admodum calidi sint temperamento non sit inhibendum lib. de sanitate tuenda dicemus. conuenit etiam magistratibus, quòd si iudex nescit vini tenere modum, temperantiæq; ius custodire, & aquam potans à iustitia deflectet, porro qui liberis dat operam fœcundius semen emittet epoto vino diluto quàm aqua sola, merum vero vt. 5. de legibus dicit Plato & lib. de educandis pueris Plutarchus fœtus faciet vitiatos. serui vero quia maxima ex parte dimidium solent habere mentis, vt alibi Plato dicebat, congruum est vt à vino abstineant, nescient quidem illi tenere modum, porro si aqua sic attemperat vinum, vt non sinat illud efferuescere, estq; causa vt ex re formidabili fiat placida & saluberrima, laudandus est Staphilus, qui vt autor est Plin. 27. lib. vinum aqua miscere inuenit, verum si Athæneo. 2. lib. dipnosophistarũ cap. 2. credimus, non fuit Staphilus qui hanc mixtionem reperit, sed Meampodi autore Staphilo id est tribuendum, quare credo, apud Plinium textum fuisse deprauatum. sed ad leges Platonis regredia mur, quę quanuis durę & aliquibus immanes videbuntur, duriores erant leges Romanorum, quando apud Romanos vt colligitur ex. 10. lib. Athænei cap. 10. neq; domesticus bibebat vinum, neque fœmina libera, neq; ex liberis iuuenis, qui trigesimum annum non attigisset, tantumq; erat illis in votis, quòd mulieres essent abstemiæ, quòd hac causa decreuerunt, vt cognatis osculum ferrent, vt eodem lib. dicit Athæneus & Aelianus lib. de varia historia, & Gellius & Valerius max. & Macrobius. hoc vero Romanorum institutum multos annos fuit obseruatum, nam recordor me legisse apud Blondum lib. 8. triumphantis Romæ, se vidisse instrumentum dotale, ante annos paulo plus minus trecentos adstipulatum, quò genitori sponsę maritus promittebat, quoties peperisset vinũ illi octo primis diebus, quantum deceret bibendum daturum, & pariter de consilio medici, quando ægrotasset, insuper festo quoq; solenni die, potu illam vnico oblectaturum hæc ille, vnde pa tet multos annos Romanam illam institutionem durasse, patet etiam esse in libertate mariti legem abrogare, nisi credas, quando fuit adstipulatum instrumentum, legem fuisse abrogatam, & socerũ generi consuluisse parsimoniæ. sed de hoc satis atq; quia de legibus quę de vino habentur, textus quem exponimus tractat, illa lex Zaleuci cuius Aelianus lib. de varia historia meminit, iure merito (quia cum medicis noster sermo est) hunc sibi vendicat locum, ea sic habet, si quis ægrotans vinum intemperatum bibisset, nisi iubente medico, etiam si ad pristinam valetudinem rediisset, mortis ei suplicium erat constitutum, quòniam non iussus biberat, sane si hæc lex nunc obseruaretur, plures necasset vinum quàm morbus, mente igitur cõmendent qui bibunt vinum illud Androcidis ad Alexandrum, vinum scilicet esse sanguinem terræ, nisi malunt tantilla voluptate vitam in mortem commutare: an vero vbi apud Plinium. 23. lib. est sanguis terræ, legendum sit sanguis tauri non terræ dubitare aliquis posset, ego semper putaui legendum terræ, quouisq; legi apud Athæneum lib. 3. cap. 2. prouerbij vicem habere taurinum sanguinem bibere pro re admodum noxia. sciebam quidem sanguinem tauri esse venenum, non tamen mihi constabat, pro prouerbio fuisse vsurpatum, si vero prouerbium est, non est à ratione alienum q, legatur sanguis tauri: sed & altera lectio non displicet: de malis quę facit ebrietas est elegantissima homilia diui Basilij, vbi inter alia dicit, est rationis pernicies, roboris corruptio, senectus immatura, breuis temporis mors, spõtaneus dęmon ex voluptate in animas irruens, mater malitię, hostis virtutis.

Vt vero ad quadragesimum peruenerint, tum in conuiuijs oblectari, cum deos alios tum etiam bachum inuocent.

¶Bachum, quem Dionysium etiam appellitant putatum esse ab antiquis Deũ vini, notius est quàm vt à me explicari desideret, porro quia antiquitus ex bobinis cornibus bibere erant soliti, ideo bachum

UVA. BHSC. IyR_342

chum fingebãt cornutum, vt dicit Athenæus. 11. lib. dipnosophist. ex ijs mihi persuadeo quòd tũc vini studiosos vocabant cornutos, licet nunc nomen sit deuolutum, in viros qui patiẽter vxorum adulteria ferunt.

Quoniam hoc nobis dicemus insitum omnibus est, vt bonũ amplectamur, ambiamus amemus, malum contra auersemur, odiamus fugiamus ignorantes genitum sit ac secus, atq; eam ob rem scorpiones & phalangia & viperas necamus, cum talia non à se sunt, sed à natura progenita.

¶Fuit Galenus in omni disciplinarum genere tam versatus, fuitq; omnigena eruditione tam refertus, quòd in omnibus suis libris omnium scientiarum pandit dogmata, & earum referat arcana, nunquàm non agit consummatũ oratorem, vtriusq; porro philosophiæ se ostendit scientissimum, passim monstrat quantum in astrologia valuerit atq; in hac parte, & ad theologiæ mysteria aduolat, & iuris peritiam non neglexisse in fine libri luculenter manifestat. at præsenti seculo, si quis vltra syrupos vel antidotos tendere conatur, irridetur passim, iudicantq; homines qui inuicta mi nerua literis operam nauant, non posse quẽquam plusquàm in vna scientia facere progressus, ex sui quidem ingenij imbecillitate aliorum naturam pensant. Cæterum si considerassent, quàm mutuo scientiæ se adiuuent viderent, nullam esse scientiam, quæ alię non porrigat manus, quod considerans Gale. omnium scientiarum ingressus fuit pœnora, vt inde hauriret, quo medicam artem locupletaret, quod affluenter hoc libro facit. Cæterum ad expositionem huius partis, multa se offerunt dicenda de libero scilicet arbitrio, & de pugnantia quę est inter affectus animi & rationem, sat est hic dicere, quòd est nobis signatum lumen Diuini vultus, quo irradiati bona eligere debemus, mala & quodcunq; scelerum genus auersari, quod vero dicit Gal. quòd viperas & phalangia necamus, quia talia mala scilicet sunt à natura genita, non est cur multi pendamus, non sunt boni vel mali hę animantes capaces, vt inde eas odio prosequi debeamus, fugimus quidem eas, quæ reuera nec bonæ nec malæ sunt, tanquàm nobis negotium exhibentes, in Aegypto vero (teste Gal.) lib. de alimento. facult. cap. de limacibus, comedunt viperas, nullaq; ratione illę ibi malę vocabuntur, hoc vero hic non est omittendum, quòd Plutarchus lib. de cupiditate diuitiarum, aliam rationem, quam Gale. exhibet, ob quam viperas odiamus, sic ait viperas cantharides ac phalangia magis detestamur atq; odimus, quàm ipsos vrsos ac leones, propterea, quòd interficiant ac perimant homines, nullum vsum capientes ex ijs quos occiderunt. causæ porro quas in fine libri ponit Gal. ob quas perditos ac scelestos homines occidimus, tam prudenter sunt dictatę, quòd detegunt ignorantiam eorum, qui id non esse faciendum asseuerarunt, causæ sunt, ne nobis iniuriam sospites inferant, tum vt similis notę hominibus terrorem incutiant, tertia quòd vel ipsis illis mori satius sit, quando animum adeo corruptio inuasit, vt prauitas remedium nullum recipiat, hæc ille quibus acutius quàm Plato rem tetigit. Plato quidem dialogo. 11. de legum latione, hanc solam causam tradidit, pœnis maligni vexantur, non quia peccauerunt, nam quod factum est infectum esse non potest, sed vt posthac & peccatores oderint, aut saltem minus in simili vitio peccent.

Illud duntaxat perconter, nempe de hominibus qui primi extitere nullumq; ante se alium habuere.

¶Si Stoici volebant mundum non habuisse principium, Galeni ratio nihil probat: sed vt autor est Plutarch. 1. lib. de placitis philosophorum mundum habuisse principium & interiturum dixerunt. laudandus est porro Gale. quòd mundum initium habuisse contra quod Aristoteles & alij philosophi falso fuerunt opinati, sensit.

In librum de Fœtuum formatione.

QVæcunq; tamen albæ & exangues partes sunt, non ita facile possunt procreari, vt iocinoris caro, celerrime enim viscus hoc ex sanguine consistit.

¶Non

UVA. BHSC. IyR_342

¶Non vult Gal. hac parte, ꝙ prius gignatur iecur quàm venę & arteriæ, nam id toto hoc lib. negauit, vult tamen ꝙ maiori facilitate cũ natura aggreditur generationẽ hepatis, illud absoluit, quàm venas & arterias. dicens porro Gal. ꝙ venę prius gignãtur, quàm hepar, & hepar prius quàm cor, ablusit ab ijs quę Arist. docuit. 2. lib. de genera. anima. cap. 4. vbi cor inter membra prius gigni docuit, deinde cerebrũ, Lactantius vero Firmia. lib. de opificio Dei cap. 13. caput prius formari sensit, qui in auium fœtibus primum oculi fingi non dubitat. sed reuertamur ad Gale. porro si verum est, venam & arteriam, antequàm cor & iecur procreari, claret partis dignitatem ex hoc (quod prius pars sit procreata) non esse attendendam, dignissimum membrum est cor, quo prius gignitur hepar, quo prius aliqua gignitur vena. Crysippus vero & Aristo. eo quòd prius. cæteris membris gigni cor credebant, sumebant argumentum, vt omnium membrorum illud esset principium.

Nullum autem animal vel exangue plane calidum vel plane calidum exangue est.

¶Obijciet aliquis, cantharides & alia id genus animalia exãguia sunt quę calidissima esse vidẽtur, quãdo deuorata exędendi corodendiq; vim habeãt, quæ vero id faciunt in catalogo calidorũ ponuntur, satisfacies, parũ naturalis caloris si ad calorẽ hominis illũ confers ijs animalibus esse, est illis tamẽ quoddam virus quo humanas partes (præcipue quę ad vesicam sunt) corodere possunt.

Cum vero alia venæ alia cordis, & iecoris substantia manifeste appareat, incertũ relinquitur, quantũ ad hoc signum, an ex corde exorta vena caua pertineat, an à iecore in cor feratur, an itẽ horum neutrum sit, sed aliud quoddam tertium membrorum, venæ huic originẽ præstet.

¶Eo quòd substantia neruorum assimilatur cerebri substantiæ probauit Gale. ab hoc illos oriri, dicit idem in venis non posse colligi, cum aliam substantiam illæ quàm cor & iecur habeant. porro similitudo substantiæ quæ est inter venas & cerebrum impulit aliquos, ad credendum venas & arterias nihilominus à cerebro proficisci quàm neruos, sed efficaciores sunt rationes quæ venas ab hepate & arterias à corde oriri suadent, quàm sola illa similitudo.

Volucres antequàm idoneæ sint, volare conantur, quæ omnia videntur significare, animam quæ partibus ijs vtitur, ipsarum vsum optime callere, quasi ipsa eas fabricarit.

¶Non esse hãc assertionẽ Gal. intellige, sed rationẽ eorũ qui ab aĩa partes esse fabricatas docebãt: dubius quidẽ est Gal. in hoc lib. à quo opifice mẽbra sint formata, & rationes ꝓ vna & altera opinione ponit, quę si aduertisset Lacuna nullã cõtradictionẽ in ijs quę in hoc lib. habẽtur inuenisset.

Venter elaborans cibum mittit hepati, hoc autem postquàm alterauit cibum in sanguinem, tribuit eum cordi.

¶Non omnis sanguis qui in hepate gignitur cordi mittitur, credidit forsan huius libri autor necessario omnem sanguinem vltimo in corde elaborari.

Cum tamen rursus similitudinem quam filij habent cum parentibus specto, ab hac opinione non longe diuersus ab eo.

¶Similitudo quàm filij habent cũ parentibus dicit illum nonnihil mouere, vt credat ab anima esse formata membra, quibus verbis insinuat, animam seri à parentibus, sed certe sat est ad hanc similitudinem, vt qualitates sint huius formationis instrumenta, esseq; instrumenta & formatorem alium dixit. 2. lib. de temperamen.

Nunquàm tamen adduci potui, vt crederem, scorpiones, phalangia, muscas, culices, ab eodem fingi opifice, prope ad impietatem accedere hanc opinionem ratus.

¶Si. 17. lib. de vsu parti. fateris Galene, parem artem ac sapientiam esse opificis in minutis animalibus, ac in grandibus, maioremq; dicis excitare admirationem pusillum animal quàm grande, te ipsum mirari subit, quòd tantę fabricæ dedigneris exhibere præstantissimum autorem.

Non

UVA. BHSC. IyR_342

Non enim ſicut aiunt ſtoici extrorſum aduenit animabus noſtris tota malitia.

¶Platoni tribuit hoc Diuus Auguſt.14. lib.de ciuita. dei cap.3. liber qui hunc ſequitur eſt an animal ſit id quod in vtero eſt,quo libro habetur ore nutriri fœtum, hoc videtur pugnare cū ijs quæ alijs libris Gale.docuit.propter quod putatur hunc librum eſſe ſpurium. ſed modo quo dicit hic autor fœtum ore nutriri,non videtur omnino à ratione alienum,non dicit quòd totum nutrimentum ore ſumat fœtus,ſed quòd aliquod nutrimentum.Cæterum libro de carnibus qui nomine Galeni attitulatur eſt exaratum,fœtum ore nutriri.ſed credo falſo hoc eſſe Hippocrati aſcriptum, nã Ariſt.qui Democritum id aſſeuerantem reprehendit.2.lib.de gene.anima.cap.5.Hippocratem non ſubticuiſſet,niſi putauit Ariſto.quòd Hippocrates non prorſus ore nutriri fœtum, vt Democritus fuerit arbitratus.Cæterum habetur in prænominato libro mundum eſſe animal,quod Platonis alludit opinioni, habetur etiam quòd anima ex cælo delapſa ſcientiam ſuſcipit,vbi videtur adludere ab opinione Platonis, & ab ijs quæ Gal.ſcripſit libro de theriaca ad piſonem,qua parte eſt ſcriptum,ſcientias eſſe recordationes,eſt etiam in fine libri inſinuatum, quòd ſupra elementum aeris eſt elementum ignis, de qua re libro de elementis.

De Semine Liber Primus

cum Annotationibus.

ET ſicut nullum animal ex ijs quæ excernunt ſemen, concipere:ita omnia quæ continent grauida effici,deprehendi.

¶Non intelligas voluiſſe Galenum,quòd ſemper,quòd continetur ſemen, fiat conceptio:ſed quod fœtatio non poſsit fieri niſi contento ſemine. quare clarior & verior eritlectio, ita omnia quę grauida efficiuntur,continere deprehendi.etenim ſi dilutum eſt ſemẽ vel vitia tum,etiam ſi contineatur,non fiet conceptio.

Membra ſpermatica ſi perierint,non renaſcuntur,& caro circa illam increſcit,quia carnis materia nunc etiam ſubeſt,illorũ nõ amplius.

¶Membra ſpermatica ſi pereunt non renaſcuntur, quia deeſt materia ex qua generentur.Cęterum cauſa ob quam non coaleſcunt in adultis eſt,quia tam dura ſunt,quòd vnitionem recipere nõ poſſunt,vt.6. Methodi dicit. errant porro qui putant de eodem affectu loqui ſexto Methodi & parte quam exponimus,hic enim loquitur de membris quæ prorſus perierunt,illa vero parte de vnitione quæ fit in membro ſpermatico quod non perijt, licet aliquid ab eo ſit abſciſum.contra vero id quod hac parte dicit,quòd membra ſpermatica non renaſcuntur videtur eſſe id quod dicit. 14.Methodi. cap.16.17.vbi venas ſenſibiliter progenitas ſe vidiſſe dicit,ibi difficultatem diluemus.

Qui teſtibus priuantur nulla venereorum libidine afficiuntur.

¶Non ex ſectione teſtium ſic ſecantur affectus animi,vt putat Gale.quando & eunuchos vehemẽter amare, & in venerem gliſcere, oſtenderunt multi, cuius rei non ignarus Diuus Baſilius lib. de virginitate quorundam eunuchorum facit mentionem,qui congreſſus mulierum vehemẽter optarunt.idem videbis in vita Apollonij apud Philoſtratum.

Itaq; à teſtibus in totum corpus vim quandam diſpergi dicamus, quæ quidem in maribus robuſti ac maſculi habitus, in fœminis ipſius fœmineæ naturæ in cauſa eſt.

¶Vidi aliquos hunc textum ſic intelligere, quòd teſtes in fœminis illas reddunt molliores, nihil minus vult Gale.huic ſententiæ reclamat ratio & experientia, ratio patet experientia vero oſtendit,ſues fœminas quæ ſunt caſtratæ eſſe imbecilliores.Vult igitur Gale.à vi teſtium quæ per totum corpus diſpergitur, marem reddi robuſtiorem, fœmina enim tanta teſtium vi non participat, quo nomine (vt alia dimittam) eſt imbecillior.

Secundus

UVA. BHSC. IyR_342

Secundus liber.

IN ſemine & ſanguine menſtruo vtraq; generationis princi pia habentur, non tamen æquis viribus in vtroq;, ſed in ſemine effectiuu principium validiſsimum materiale parciſſimum, in ſanguine contra, quod ad materiam ſpectat plurimum quod ad vim & facultatem imbecilliſsimum reperiatur.

¶Expreſſe hac parte aſſerit Gale. eſſe vim efficientem in ſanguine, etenim ſi vt Hippoc. dixit & à Galeno. 1. lib. Apho. 15. aſſertum eſt, calor naturalis eſt qui format, & qui adauget, atq; nutrit animal, non mirum ſanguinem ratione caloris naturalis quem habet, aliquod principium efficiendi habere, atq; quo plus igneæ ſubſtantiæ eſt in ſemine, quam in ſanguine, hoc maiorem efficaciam ſemen habet; quàm ſanguis, porro ſi ratione natiui caloris vim vegetantem habet ſemen, quod ſanguis eiuſdem natiui caloris ratione eam habeat nõ eſt creditu indignum. Cæterum ſi libris de ſanita. tuend. & alijs locis dicit Gale. q; ſemen ſolum ſe habet vt opifex. & ſanguis vt materia. iam comment. de natu. huma. explicuimus, ideo dictum eſſe, quod in ſanguine plus eſt materialis principij, & in ſemine plus efficientis, quod etiam hac parte quam exponimus Gale. exponit.

Species animalis magis matrem quàm patrem repreſentat, ſimilitudo non tam matrem quam patrem.

¶Quod ſpecies magis matrem quàm patrem repreſentet dicit Galen. ſubiungit cauſam fœminea genitura quæ & ad robur etiam ipſa & firmitatem confert, vim & facultatem menſtrui ſibi adiungit, quę nouem menſium ſpatio aſsidens inualeſcit, & ſuperat maris ſemen, ex qua ratione etiam videtur colligi, quòd ſimilitudo magis referat matrem quàm patrem, ea victoria quæ in ſemine matris adiuto à menſtruo ſanguine facit ad repreſentandum ſpeciem, videtur facere ad repreſentãdam ſimilitudinem. porro ſi verum eſt quod dicit Athenæus, quòd ſi caper inierit ouem gignitur agnus duro lanitio, ſi Aries capram gignitur hœdus lanitio molli, perſpicuum eſt, ſpeciem magis repræſentare matrem, ſed non credo hoc eſſe perpetuum. muli quidem & hinni cum diuerſę ſpeciei mares habeant, paruo diſcerniculo diſtant, adeo vt niſi in ſimitate narium vix diſtinguantur. Cæterũ ratio quam Gale. exhibet, ob quam genitura fœminea vincit maris ſemen, vnde ſpecies magis repreſentat matrem, potius videtur habere vim, quando mas congreditur cum fœmina alterius ſpeciei, ſemen quidem fœminæ tunc non eſt ſimile ſemini maris. quare conatur ſuam ſpeciem aſsimilari, atq; cum tunc. ſanguis fœminę nullam vel paruam conuenientiam habeat cum ſemine quod immittit mas, & habeat multam cum ſemine fœminæ, poſſunt ambo hæc facile ſubiugare maris ſementantanta vero diuerſitas non eſt in ſemine maris & fœminę quæ eiuſdem ſpeciei ſunt, nec ſanguis menſtruus tam alienus eſt à ſemine maris, vt huius vires obliterent. quòd ſi quod dicit Gale. verum eſſet. etiam in animalibus eiuſdem ſpeciei, à matre potius quàm à patre homo deberet denominari, ad illamq; potius genus deberet referri, at quia principium maris magis efficit, eſtq; principium matris magis materiale, ideo ſua generatio patri magis attribuitur, ab illoque dicitur genus ducere.

Nam ſi tollere volemus ea, in quibus cauſa probabilis nobis deficit, opus erit, vt & videre, & audire, & ſentire omnino, & reminiſci negemus, quippe cum omnibus ijs abſtruſa cauſa ſit vnde exiſtant.

¶Harum rerum non ſemel, ſed identidem cauſas probabiles exhibere fuit aggreſſus Galen. quare ſubit mirari, quòd hac parte dicat nullã probabilem reperiri poſſe, qua audiamus & videamus probabilem cauſam viſionis dat. 7. de Decretis, & multis alijs locis explicat quomodo audiamus & reminiſcamur. certę in hac parte videtur deficere ad Pyrrhoniam ſectam.

UVA. BHSC. IyR_342

Ad ſeminis vero exacte cocti generationem, valido calore opus eſt, vt humidior fœmina & frigidior, calidior & ſiccior mas appareat. non immerito igitur illa in exacte conficiendo ſemine deficit.

¶Quæſtionem propoſuerat Gale. cur cum in matre ſit principium efficiens & materiale, non gignit illa citra maris opem, reſpondet, quòd cum fœmina ſit frigidior & humidior mare, nõ poteſt ſemen tam exacte conficere, vt integrum principium efficiendi illud habeat. etenim ſi tanto calore & vi præditę eſſent fœminarum partes genitales ac virorum in exteriorem partem emergerent, cum vero non emergant, non tam efficacem naturam habebunt, vt exacte concoctum ſemen efficere poſsint. quare fœmina quanuis calida, nunquàm habebit has partes ad concoquendum ſemẽ tam aptas, vt habet mas, qui ſemen ſatis cõcoctum producere poteſt. hæc ſunt definita iuxta ea quæ Gale. dicit hac parte. Hippocra. tamen libro de genitura videtur indicare aliquando eſſe fortius ſemen fœmineum maſculino: ſic ait. quandoq; fortius eſt ſemen à muliere emiſſum, aliquando vero debilius, ſimiliter etiam quod vir emiſit, eſtq; tum in viro fœmineum, itemq; maſculum ſemẽ, tum itidem in muliere. hæc ille quæ dictis Galeni non contradicunt. nam Hippocrates in iis quæ diximus, non comparat ſemen muliebre cum ſemine virili, ſed vnum ſemen muliebre cum alio ſemine muliebri, & vnum ſemen virile cum alio ſemine virili: ſemen muliebre forte eſt maſculinum, reſpectu ſeminis muliebris debilis. ſed ſemen debile viri eſt magis maſculinum ſemine forti mulieris.

Multi filij matri multæ fœminæ patri ſimiles euadunt.

¶Quæſierat Gale. vnde euenit, quòd filij nunc aſsimilentur patri, nunc matri, reſponderat id euenire, ex victoria quam ſemen ad ſemen habuit, vincente maris ſemine, fœtus aſsimilari magis patri, vincẽte ſemine mulieris eos aſsimilari matri, dixitq;, quia diuerſæ temperaturæ eſt ſemen, ideo accidere in quibuſdam partubus, fœtus aſsimilari mari, & in alijs fœminæ. obijcit quod in textu adduximus, quomodo aliqui mares magis aſsimilentur matri, & aliquæ fœminæ magis patri reſpõdet, id ad temperaturam quæ ex mixtione vtriuſq; ſeminis conflatur eſſe referendum, ſi temperatura ſeminum ſic mixtorum calida eſt gignetur fœtus mas, qui quidem matri poterit aſsimilari, eo quòd ſemen matris calidum erat, & efficacem vim habuit ad aſsimilandum præcipue quòd nouem menſium ſpatio adiuuatur à ſanguine. Cæterum ſi vtrunq; ſemen frigidum & tenue eſt, fœmina generabitur, quæ poterit aſsimilari mari. nam licet vincit ſemen maris, ſi totum tenue vel frigidum eſt, generabitur fœmina, vt lib. de genitura dixit Hippocrates.

Iam vero canes vel prouerbium ait, cœcos præ feſtinatione catulos parere, quãuis imperfectos potius ſi proprie loqui velis, quàm cœcos, huiuſmodi recens natos dixeris, cum pauciſsimis poſt diebus ſint inſpecturi.

¶Ariſtot. ſexto de hiſt. anima. cap. vigeſimo, canem cœcos parere catellos dicit. ſed certe melius quadrat, vt dicatur imperfectos. quia animal quod non eo perfectionis venit, vt videre poſsit cœcum proprie non poteſt appellari, canis vero recens editus, eſt veluti fœtus nondum integre formatus, & hoc eſt quòd Gale. hac parte vult. licet aliquis poſsit arbitrari, cœcum illi dici de eo animali quod non videt nec viſum poterit indipiſci, recte vero conſideranti, quę diximus voluit Gal quæ aliqui minime intellexerunt.

In librum de Septimeſtri Partu.

AT Septimeſtris fœtus primus terminus eſſe dimidij anni tempus reperiatur.

¶De Septimeſtri partu multa diximus lib. de arte medẽdi, quare minime opus eſt vt de hac re ſermonẽ exequamur, ibi eñ de partu ſub cõpendio multa diximus, aperuimuſq; cauſam, cur ſeptimeſtris partus ſit vitalis, & nõ octomeſtris, refutauimus opinionẽ aſtrologorum. qui rationi ſyderũ id euenire dictarunt, nec nõ & Pythagoreorũ cauſam, qui numeris id tribuerũt, exploſimus, de vi porro numerorũ inſeruimus aliqua, vbi q̃ Chryſ. & Io. pic⁹ ſenſere, pmpſim⁹ in medium

UVA. BHSC. IyR_342

medium.Cæterum quòd decimo menſe vt plurimum partus ędatur ex Salomone, Platone, Ariſtotele,& Galeno, ibi eſt probatum quòd errauerit Auicenna qui vſq; ad. 14. menſem partum poſſe protrahi ſcripſit,oſtendimus, declarauimus etiam quòd menſis fœtationis non conſtet ex triginta diebus,qua in re vt ibi probauimus hallucinatus fuit Macrobius & Auicenna quibus accelsit Fuchſius,ibi etiam videbit lector.7.ſectionis.6.lib.Epidemio,quo habetur, labores partus per circuitus fiunt.quia fœtus qui in.7o.mouetur,terna multiplicatiõe præficitur,probauimus hac parte contra Fuchſium,non loqui de fœtu ſeptimeſtri,ſed de fœtu octimeſtri Hippocratem.ibi etiam diximus, quòd aliquando iuxta vulgi opinionem de menſibus loquuntur autores.iuxta quam dixit autor.2. lib. Epidemi:à menſtruis vel conceptione nouem ſunt numerandi menſes, qui certe ſeptuaginta & ducentos conſtituunt dies.hæc ille, hic enim autor qui quidem non fuit Hippocrates vt.3.de difficultate reſpirationis dicit Gal.menſem conſtare ex triginta diebus ad modum quo vulgus loquitur fuit locutus. Cæterum Hippocrates & Gale. ſemper menſem fœtationis ſumunt pro menſe lunari,quod clare patet ex ijs quæ hoc libro dicit Gale.& ex ijs quę Hipp.lib.de ſeptimeſtri & octomeſtri partu, quibus fuit adſtipulatus Marcus Cicero lib.2. de natura deorum, quæ omnia conſiderare debuiſſet Fuchſius.ne in re perſpicua fuiſſet hallucinatus.

Primus liber de Alimentorum facultatibus cum Commentarijs Alfonſi Lupei.

Ap.primo.Cũ demonſtrationũ duo genere ſint principia, aut enim à ſenſu,aut à notione euidenti,demonſtratio omnis ac fides proficiſcitur.

¶Demonſtrationum duplex eſt genus,quoddam proficiſcitur à cauſa ad effectus,alterum ab effectu ad cauſas,quod à cauſa progreditur,dicit hic Gal. à notione euidenti procedere,habetur quidem notio euidens cauſarum.affectuum vero ſenſus eſt iudex.

Ibi cum calor natura ventriculis ineſt acris ac mordax, & vt ſic dicam febriculoſus,par eſt,vt iſti cibos corruptu difficiles, melius quàm faciles coquant.

¶Qui huiuſmodi ventriculum habent, cibos coctu faciles melius vincunt, quam cibos corruptu difficiles.quia vero illi à calore aſcititio facile alterantur,ab eodem facile corrumpuntur, hãc ob cauſam ijs qui febre hectica laborant, iuſcula & lutea ouorum ſunt incommoda,à calore ſcilicet immodico qualis hecticis eſt,facile alterantur id genus cibaria:contra vero cibaria,quæ tenacem humiditatem habent,vti ſunt teſtudinis caro ſunt vtilia, modo ventriculi magna imbecillitas non reclamet:non placet tamen,quòd exhibeatur caro teſtudinis in electuarijs, ſi enim caro teſtudinis difficile coquitur,in electuarijs frigefacta non poterit ſine magno negotio concoqui, adde quòd paratur electuarijs ſtipticis,quo fit vt difficilius coquatur.

Ibi, alimenta ergo citi tardiue tranſitus comperiuntur, alias ob naturalem noſtram conſtitutionem,alias ob ventris diſpoſitionem acquiſititiam, nonnunquàm ob peculiarem aliquam eſculentorum ac peculentorum ſubſtantiam, quandoq; quædam ex ijs, quædam humida,quædam ſicca.

¶Sub naturali conſtitutione,ne quid ſermoni deficiat,complecti debet apathia vel ſimpathia,quæ cum aliquibus cibarijs ventriculus ſolet habere, contingit quidem arcana quadam repugnantia, ventriculum incolumem cibos optimos aucrſari,& illos nullatenus poſſe concoquere.

Ibi corpus quatenus ab exacta media conſtitutione receſsit, eatenus in diuerſum ſtatum traducatur eſt neceſſe, fiet autem id,per præſentis diſtemperantiæ contraria.

UVA. BHSC. IyR_342

¶Quod corpora sint similibus conseruanda, satis fuse in Enchiridio declarauimus, qua parte diximus, quòd si hoc loco, & alijs multis dicit Gale. corporibus à temperamento deductis contraria esse adhibenda, non tam intendisse conseruare eorum corporum præsentem cõstitutionem, quàm eam corrigere & emendare, quod fit traducendo eam in diuersum statum, sed de ijs libris de sanitate tuenda.

Pepones & melopepones facultatem mediocriter abstergendi habent, & horum maxime pepones, quàm facile si sordidam aliquam partem ijs confricueris, perceperis, cernes quicquid in ipsa est sordium abstergi, ideoq; inter ea quæ vrinam mouent connumerantur.

¶Et aliqua quæ vrinam ex se non mouent, vim habere abstergendi, colligitur ex ijs quæ dicit Gal. 5. lib. de simpli. medicamen. facul. cap. 25. vbi ait acidum incidere & extenuare diuidere farctu liberare. quare non videtur recte collegisse Galenus, quòd pepones vrinam moueant, quia abstergendi vim habent.

Perinde ac si malo cydonio scammonium miscueris quod vtiq; interdum facimus.

¶Secundo lib. de ratione victus monuit, quòd semina quę medicamentis purgantibus miscentur, sint boni odoris, quæ & malitiam medicamenti obtundere sint nata, & operationem ipsorum nõ prohibeant, tenuentq;, & incidant. idem monuit, lib. quos & quando purgare conueniat. porro cũ cydonium impedire operationem medicamenti possit, dubitabit aliquis, an sit congrua miscella ex scammonio & assato cydonio. tantum obtunditur vis scãmonij à cydonio sic assato, quòd etiã si scãmonium sic retusum in ventriculo remoretur, non timetur, quòd noxam inferat, nedum cydonium ipsum, in quod vis scãmonij est transfusa. Cydonium vero mandere iubet Gal. quòd si semina calida vis misceretur, vt opus adiuuent, facies quidem rem purgationi consentaneam, quam Gale. in ijs quæ hac parte dicit non inhibet, sed de ijs lib. quos & quando purgare conueniat.

Non inscite illud mihi vulgo dici videtur, optimam esse doctrinam quæ viua voce traditur.

¶Simile est illud diui Hieronymi in prologo Bibliæ cap. 2. habet nescio quid latentis energię viua vox, & in aures discipuli de autoris ore transfusa, fortius sonat.

De tritico panis qui fermento caret, nemini est acommodus.

¶Hunc tamen panem omnibus magis nutrire dicit Hippocrates lib. 2. de dieta, Celsusq; hunc panem dicit esse commodum stomacho. fermentatumq; inutilem stomacho dicit. 2. lib. cap. 35. etenim quia non fermentatus acciditatem quandam, ventriculo gratam, dixit hunc panem ventriculo cõuenire, non tamen sensit, quòd hic facilius coquatur, & quòd sit boni succi, vt enim dicimus cydonium stomacho conuenire, licet tarde coquatur, dicimus de pane acido, ipseq; Celsus se explicat.

Quod autem eorum plerique, qui laboribus se confecerunt à prauis cibis minus lædantur, in causa est, quòd ijs somni sunt profundiores.

¶Non dixit somni longiores quibus rustici non sic vtuntur, ac qui otiosam vitam ducunt, porro licet multum faciat somni profunditas, vt praui cibi minus offendant, facit etiam assuetudo, à cibis quidem prauis à tenellis assuefiunt fossores, non sic athletæ, & credo hanc causam esse potiorem, nam nescio cur sint profundiores somni fossoribus quàm athletis.

Quod si quis priuatus, & ab exercitatione alienus, eodẽ cibo vti voluerit, quo vtuntur athletæ, celerrime in morbũ plenitudinis incurret.

¶Dixit athletas vti alimentis non optimi succi sed crassi ac viscosi infra dixit, si quis nostrum panibus illis vtitur, quibus vtuntur athletæ, succum ex ijs abundaturum crassum ac frigidum. porro si ex cibo athletarum gignitur cibus frigidus & crassus, dixitq; alimenta athletarũ nõ esse optimi succi, nõ videtur, q; ex vsu horum cibariorum, homo priuatus incurrere habeat morbũ plenitudinis, potius quidẽ cachochimiam incursurũ videtur, sed vt hic textus intelligatur, est notãdũ. q; id qđ dicit Gale. quòd si quis priuatus, refertur ad athletas, q; si quis athleta priuatus, qui assuetus fuerat exerci

UVA. BHSC. IyR_342

exercitationibus eas dimiserit. etenim quia hi vegetum habent calorem, ex cibis ijs crassis non succum crudum gignet, quamuis exercitijs non vacauerit, sed sanguinis gignet copiam, quare non incurret cachochimiam, sed plenitudinẽ, si quis vero nostrũ eo cibo vtatur incurret cachochimiã.

De Placentis Cap. Tertium.

De varijs placentarum generibus, lege Athæneum lib. decimoquarto Cap. decimonono.

CAp. quart. optimus certe panis ac saluberrimus fuetit homini, neq; iuueni neque exercitationibus dedito, qui tum salis tum fermenti habet plurimum, quicq; plurimum ab artifice antequàm formetur & assetur sit subactus.

¶ Nihil æque valetudini ac panem qui salis habuerit copiam, officere multi putant, at si considerassent, quod sal facit illum leuiorem non sic sal auersarentur, quo vero à furfure plus fuerit expurgata farina, hoc salis plus debet habere, exiccat quidem furfur & humiditati & viciditati opponitur. quod vero dicit Gale. quòd panis sit plurimum subactus, nõ intelligas, quòd tam subactus sit, vt ab spumosa vt ita dixerim substantia multum absit, dure quidem conficitur difficulterq; penetrat, qui tam duram & densam substantiam fuerit nactus. Cæterum & iuueni, modo mirum in modum calorem acrem habeat id genus panis maxime conuenit.

De hordeo, acetum autem ptisanæ tunc admiscetur, cum plane intumuerit.

¶ Incongruam miscellam ex syrupo de aceto, & ptisana indicauit Auicenna, at Gale. non incongruum iudicat, acetum ptisanæ immiscere, nec sane videtur cur id non esset probaturus. sed de ijs. 3. lib. de ratione victus.

De maza farma quæ plane tenuis est, & alba, & ab omni furfurea substantia pura, facilius cõcoquitur, & facilius in corpore distribuitur.

¶ Non videtur à ratione alienum, in pauca quantitate furfur iuuare ad distributionem, quare ijs qui pituitosum ventriculum, & obstructa viscera habent, non ab re exhibetur panis à furfure non prorsus expurgatus.

Nec absurde certe typham quis exile triticum vocauerit.

¶ Sunt agri non procul à Caliguritana vrbe, in quibus triticum quanuis optimum degenerat in typham. Ordoio dicuntur hi agri.

De leguminibus, legumina appellant, ea cerealia, ex quibus panis non fit vt puta fabas cicera.

¶ Cornelius Celsus lib. 2. cap. 22. non numerat inter legumina cicer, numerat quidem inter cibos mali succi legumina. carnem salitam, deinde cicer. quòd si credidisset esse legumen, sat esset dixisse, legumina, eodemq; lib. cap. decimo octauo dicit. ex leguminibus valentior est faba quàm pisum, nulla ciceris facta mẽtione. porro si cerealia ex quibus panis fit (vt colligitur ex ijs quę dicit Gal.) non sunt inter legumina numeranda, non mirum quòd ciceri hoc non conueniat nomen, panes quidem ex ciceribus fieri solent, quos ego anno sterili, in Salmanticensi foro, vendere vidi.

De lentibus ex bis decoctis lentibus lens apparata ventris fluxus siccat, quãobrem coeliacis, & dysentericis est cibus accõmodus.

¶ Ad alui fluxum attinere coeliacum morbum insinuat Gal. qua in opinione fuit autor finitio medica & Aetius. Celsus tamen lib. 4. ca. 12. in coeliaco morbo aluum nihil reddere dixit.

UVA. BHSC. IyR_342

De lentibus,ijs duntaxat quibus aqua in carnibus est cachexia,lens in cibo vtiliter probetur.

¶Cum qui hac affectione laborant, plurima ex parte iecur imbecille & lęsum habeant,non admodum vtilis est lens. licet enim prosit succum siccum gignendo, officit iecur imbecillitando, & obstruendo.

Quòd si suillam simul libeat coquere,ptisanę quidem recentem, lenti autem sale iam diu conditam reperies accomodam.

¶Etsi hoc ad saporem faciat,ad vtilitatem magis videtur facere recens suilla cum lente. Cęterũ in quanto vso fuerit olim ptisana,quę & cum suilla carne sanis exhibebatur,ex hoc colligitur textus ex quo patet,lentes in multo fuisse vsu,quas cum suilla carne parabant,atq; cum suilla caro esset tã cõmendata,poterant dicere esse in lente vnguentum, de quo prouerbio Atheneus, qui lib. 4. cap. 18.dicit,fuisse Stoicorum dogma,quòd omnia recte sapiẽs faciet, prudenterq; lentes condiet.quo dicto puto illos significasse,sapiẽtem & insipidis dare gratiam,& minus erudita sic condire, quòd eruditionem oleant.

De faba,flatulentus est his cibus, etiam si coctus diutissime fuerit, ac quouis modo paratus.

¶Non intelligit (vt multi putant) de fabis simpliciter,sed de fabis cum ptisana coctis,nam infra dicit,fabas frixas flatum deponere,porro fabas corda hebetare dixit Dionysi. vticen.alludens eorũ sententię,qui in corde animam cogitatricem assidere docuerunt.eo vero q; mentem faba lædit dixit Plini.à Pithagora fuisse abdicatam,idem dicit secundo de Diuinatione Cicero, aliam rationem dat Plutarchus,sed de ijs alibi.Cęterum si Liuinus Lemnius considerasset,suo libello de naturę miraculis, dictum esse autoribus fabas mentem hebetare.non cõmentaretur ridiculam causam, huius prouerbij,in fabis habitat, quòd dicit esse frequens apud Belgas.de ijs qui sunt vacilantis parumq; firmi cerebri. claret id dictum esse,quia faba nocet ingenio.

De papaueris semine.satiui papaueris semen,panibus vtiliter ceu condimentum inspergitur,non secus ac sesamum.

¶Ceu condimentum vel medicamentum vtiliter apponitur,non tanquàm cibus.

Canabis semen stomacho ac capiti nocet,prauicq; est succi.

¶Cum canabis semen difficile coquatur,prauumq; generet succum,& in eo naturam non reperiamus vermibus aduersam, melius est illud pueris quos vermes vexant nõ exhibere, pręcipue si febris eos tenet,quando multum etiam calfacit.

De viticis semine.vitex exiguum prębet alimentum idq; siccans ac refrigerans.

¶Contrariam dixit. 6. de simplicium medic.facul. cap. de vitice vbi calfacere & exiccare dixit,ni si dicas per accidens viticem refrigerare absumendo sanguinẽ,& vltimum alimentum.

Secundus Liber

DE fructibus fugacibus,horã anni Græci id tempus appellãt, in cuius medio caniculam exoriri contingit,tempus autem id dierum est quadraginta.

¶Hora anni est tempus quadraginta dierũ, quòd ad purgationes est difficile,vt lib. de puero Epileptico dixit Gal.vnde claret dies quos periculosos tempore ętatis vocant,non à canis ortu esse numerandos sed viginti dies ante.

Ibi,vtuntur omnes ipsa cucurbita,magis quàm alio quouis fructuũ esculentorum, q; cęteris fructibus sint aridiores & sicciores.

¶Expun-

UVA. BHSC. IyR_342

¶Expungendum hoc multi credunt: quia cucurbita est satis humida, quare nō est aridior & siccior alijs fructibus. sed dicta sententia etiam potest tolerari, in qua non vult Gal. ꝙ cucurbita sit natura aridior & siccior alijs fructibus, sed vult ꝙ per illam prę paratione contrahit quandam siccitatē, cuius ratione melius conseruatur, quàm cęteri fructus fugaces.

De peponibus, vniuersa peponum natura, frigidior est cum humiditate copiosa, habent autem vim quandam abstergendi, cuius beneficio vrinam cient, & deorsum expeditius quàm cucurbita, melopeponesq; permeant.

¶Multa sunt in hoc capite de peponibus, & in sequenti de melopeponibus, quæ attente considerāti magnum videntur exhibere negotium. nam per melopepones nostros melones intelligas, nō illi videntur esse cucurbita frigidiores. Cæterum cum sequenti capite dicat, expeditius descendere pepones quàm melopepones, ad quid hoc capite solos melopepones celerius quàm cucurbitam descendere exprimit. neq; quos nos vocamus pepones, neq; melones priusquàm corrupti sunt vomitum gignunt. corrupti enim vomitum magis excitabunt, neq; verum est, quòd pepo vel melo largius sumptus vomitum omnino excitabit, pepoq; magis gignit cibū crudum quàm vitiosum, neq; in pepone vel in vocato melone à carne intima homines abstinent, nisi cum admodum maturuerint forsan quid est deprauatum in ijs capitibus. Cæterum non est calor qui in peponibus est in eo gradu quòd propriè eorum caro sit dicenda diuretica, si omnia quæ nonnihil abstergunt essent diuretica & faba esset diuretica & hordeum.

De cucumeribus nobis nō aduertentibus ex prauis edulijs, prauus succus, ex ipsis post longum tempus colligitur.

¶Pulchra sententia, quæ damnat opinionem illorum, qui credunt quòd cibarium quod illico nō offendit, nil est incommodaturum, at latenter noxam parit, tractuq; temporis eam ostendit. Lento enim gradu aliqua cibaria noxia procedunt, tarditatemq; noxæ grauitate compensant. liceat mihi illud Valerij in hac parte sic vsurpare.

In melopeponibus non abstinent à carne intima.

¶Frequentius antiqui debebant comedere carnem intimam melopeponis, quàm nunc. abstinebāt forsan ab intima carne peponum, cum illos coctos mandebant, vel cum illos admodum maturos esitabant.

De ficubus, flatibus ventrem implent ficus, essentq; eo nomine admodum dolorificæ, ni etiam celerem decensum essent adeptæ.

¶Quæstio tritissima est, an esitatis ficubus sit bibenda aqua, vel vinum: porro si ficus sunt tam flatulentæ, vt Gale. dicit, vel hac ratione videtur vinum esse bibendum: ne vero ipsæ quæ sua natura cito cōmeant, breuius quàm oporteat peruadant, videtur aquam esse exhibendam. porro Arist. problem. octauo. 22. sectionis, laudat vt post ficuum esitationem, cæterorumq; generis eiusdem, bibatur merum, vel aqua vt aqua scilicet, sua frigiditate eorum extingat feruorem, vel vinum sic vt maior ignis calorem ficuum adimat. ex ijs porro quæ dicit Arist. non colligitur, cur vinum dilutum non conueniat. credo quidem vinum nimis dilutum, eo quòd ventriculum multum remollit, esitatis ficubus, quæ multum etiam emolliunt non esse super bibendum. Si vero non est multum dilutū satis conuenit, neq; post ficuum esitationem, vel aliorum fructuum, quicquid monuit Auicenna est inhibendum. Cæterum est controuersia apud autores antiquos (vt colligitur ex ijs quæ dicit Athæne. 3. Dipnosophi. cap. 3. an super ficus calida vel frigida sit bibenda, huic problemati parte citata Aristoteles satisfacit.

Ibi proinde nonnulli medicorum in obstructionibus ac scirrhis henis & hepatis, exhibent ipsas longe ante cibum, cum thinio, ac pipere, aut pulegio.

¶Hæc antidotus magnam efficaciam in dictis effectibus habet, quare miror, quòd ea medici non

UVA. BHSC. IyR_342

vtantur, sane ex caricis & carthamo pulegio medicamentum paratur, quod re ipsa didico mire facere ad deobstruendum.

De vuis voco autem vinaceos, solidas vuæ reliquias, cum intorcu lari succus ipsius omnis prorsus expressus fuerit.

¶Aliquando autores pro vinaceis intelligunt granula illa lignosa quæ in vuarum acinis nascuntur, vt colligitur ex ijs quę dicit Columella lib. de arboribus cap. 9. vbi ait: vt autem vuæ sine vinaceis nascuntur, maleolum scindito, quæ si aduertisset Fuchsius, non contenderet vinaceum solum significare solidas vuę reliquias.

Pensilis vua, nihil caput lædit.

¶Video ꝙ vua pensilis & si tantum ac recens caput non offendat, & etiã ipsam caput percellere.

De sicaminis, coniector igitur mora exiguam in se ipsis habere facultatem eiusmodi, qualis magna medicamentis purgantibus inest.

¶Purgatoriam facultatem esse moris coniectatur Gale. nec mirum cum & cortex mori satis efficaciter soleat purgare.

De fructibus iuniperi omne aroma calidum est.

¶Cum multa quæ bene olent sint frigida, vtpote rosa, & viola, & alia id genus, est scrutandum, quomodo omne aromaticũ dicatur calidum dixi in Enchiridio, putare aromatis nomine, non complecti nisi ea medicamenta, quæ arabes vocant elefanginea, idq; autoritate aliabbatis probaui, & certe hic satis aperte meæ adstipulatus fuit opinioni, cui etiam videtur fauere Gale. lib. de attenuante victus ratione, qui dixit si quid olfactui odorem bonum inferens aromatis speciem gustui repræsentat, id est viribus calidum. qua parte non omne bene olens calidum dixit, sed quod aromatis speciem gustui repręsentat, vbi insinuatur, non omne odorum illi dici aroma. Cæterũ Arist. proble. 3. 10. sectionis omne odorum esse calidum scripsit, quod exponit. 16. proble. 20. sectionis, quia omne odorum cum aliquo calore creatur. quod in rosis & violis fieri etiam credimus.

De mespilis & sorbis, sorba omnino nihil habent astringens æque ac mespila,

¶Obscura lectio, qua nihil aliud vult, quàm quòd sorba non sunt omnino astringentia ac mespila, quæ omni ex parte astringunt, quare & succus eorum est acerbus.

De malis. genus horum non est simplex, quomodo neq; pirorum, neq; punicorum.

¶Ex ijs quæ hoc capite dicit Gale. colligitur apud illum. malum simpliciter dici de ijs quæ nos vocamus poma. nam de ijs proprium non facit caput, facit vero caput de piris, de granatis, de cotoneis. quare sine vlteriori consideratione non dicturus erat Cornarius. 1. lib. de medica. locali. malum cum simpliciter ponitur, quod vocamus cotoneum significare. constat apud Galenum malum simpliciter positum aliud significare. adde quòd cap. de malis dicit. quædam habere saporem dulcem, nulla vero cotonea saporẽ dulcem habent. nec obstat quòd cum dicimus oleum melinum intelligimus oleum de cotoneis, nam id eo factum intelligo, quia de alijs malis non erat frequens facere oleum, sicut ex cotoneis, eademq; ratione vocabant vinum melinum quod fit ex cotoneis. quia hoc debebat esse in frequentiori vsu, adeo quòd Dionysius vticensis ex alijs malis, quàm ex cotoneis non tradidit vinum.

Ibi & post cibum dare ipsa conuenit. nonnunquàm autem & cum pane ad ventriculum & stomachum roborandum. qui deiecta sunt appetentia, tardeq; concoquũt. quicq; vomitu diarhoea ac dysenteria infestantur.

¶Videtur quòd post cibum, poma de quibus trãctat non conueniant in diarhoea. cum quæ acerba sunt vltimo cibo sumpta fluorem soleant adaugere, nisi dicas quòd ea parte qua incipit, nonnunqnàm non coniungitur cum illa post cibum, sed & in diarhoea ab humore bilioso ad ventriculum fluente orta, quę acerba sunt quatenus emulcent acrimoniam humoris bilioſi, qui cibos corrumpit,

UVA. BHSC. IyR_342

pit,quod ob nomen diarhoea adaugetur, poſt cibum ſunt vtilia. quicquid qui practicas ſcribunt magna animaduerſione doceant.perpendendum vero eſt, quòd dicit cum pane. non erat tam frequens conſuetudo carnem & obſonia & fructus comedere cum pane tempore Gal.ſicut nũc,quod annotauimus.6.de ſanita.tuen. Cæterum licet huic rei maxime ſeruiant poma, alijs in rebus nonnunquam grauiter ſolent officere,vt.1.lib. de prælagatione ex pulſibus dicit Gal. ego experientia video quod faciunt capitis deſtillationem,quare minus mirandum eſt, quòd dixerit Zoar, quod faciunt pthiſim.ſunt vero aliqua poma,vt parte citata dicit Gal.quod tantum caput lædunt,quod faciunt delirium.

De oliuis artis obſonatricis nolim medicum eſſe ignarum.

¶Vide quanta requiruntur ad conſtituendum optimum medicum,quòd qui vtriuſq; philoſophiæ & aſtronomiæ,vt medicinam intelligat,& ornet,eſt ingreſſurus pomæria,ad artem obſonatricem ſe ſubmittere debet,vt moroſis ęgrotantium poſsit ſuccurrere palatis,ſciet quidem medicus ſic cõdire cibaria,vt conciliando appetentiam,non noceant: nam vt infra dicit Gale. cocorum ſuauitas condimentis vti conſueuit adeo prauis,vt ipſa coctioni plus noceant quàm proſint.ſed vt Plin.9. lib.cap.17.ait:at nunc coci triumphorum prætijs parantur, & cocorum pilces, nullulq; iam mortalis ęſtimatur pluris,quàm qui peritiſsime cenſum domini mergit.quare minus mirandum, eſſe arrogans cocorum genus,vt dicit Athenæus.

De amydalis,amygdalæ corpus non multum nutriunt.

¶Si amygdalæ non multum nutriunt ſuntq; difficilis coctionis quia vt cap. de ceratijs dixit Gale. nihil lignoſum facile coquitur,non eſt cur frequenter amygdalarum cremore medici vtantur.addę q; ſi æger febrit,ille cremor quia oleoſus eſt,facile accenditur, vnde nõ poteſt nõ incõmodare.

De piſtacijs,non auſim affirmare,vllam ex ipſis accedere vtilitatem, ac læſionem inſignem.

¶Cum Gale.hac parte dicat,piſtacia ſubamaram ſubadſtringentem qualitatem habere. videtur q; intrepide erat conceſſurus,quòd ventriculum roborẽt,quod ſi dixiſſet effugiſſet Auicennæ repræhenſionem,ſed Gale.ſi eius dicta bene expenduntur,non dixit,quòd piſtacia non roborent ventriculum,ſed quòd ille non audet affirmare quòd inſigniter ventriculum iuuent, vel noceant.

De prunis,nõ autem ſtatim ſumptis prunis prandere, atq; id etiam omnibus,quæ alium deijciunt commune memoria eſt tenendum.

¶Si hæc annotaſſet Muſa,non dictaſſet.2.lib.de ratione victus, quòd ſumptis lenibus medicamentis,qualis eſt caſsia & manna illico prandat æger. ſed de ijs libro de arte cura.iam diximus.

De fructu quem ſerica appellant,ne hæc quidem auſim affirmare, quicquàm ad ſanitatis tutellã aut morborum profligationem pertinere,mulierum enim atq; infantium effrenatorum eſt ędulium.

¶Satis aperte mulierum intemperantiam notat Gal. qui in numero effrenatorum puerorum illas adnumerat.Cæterum quia Gal. dicit ad morborum profligationem non ſe auſurum affirmare ſerica pertinere,taxat Fuchſius Auicennam.qui ad morbos pectoris,ſericis,quæ iujubas vocat fuerit vſus. ſed ſi hoc nomine reprehendendus erat Auicenna, reprehendendus erat Actuarius qui ad eadem vitia,paſsim ziziphis vel ſericis vtitur. Cæterum cum Gal. dicit,quòd ſerica ad morbos non faciunt,expendens alimentum quod corpori tribuunt hoc dicit, licet vero ratione alimenti non commodent,ratione medicamenti commodare poſſunt.

De perſio narrant autem,fructum hunc apud perſas adeo eſſe noxium,vt qui ipſum comederint,interimat.

¶Quæ de perſeo vel perſea vt Gale.hic & Plin.proprio loco diligentiores tradiderunt,de perſica arbore eſſe intelligendum credit vulgus,& docti aliqui Nicandri autoritate id ipſum crediderunt, de belenino idipſum dicit Ariſto.lib de plantis.

De citrio,pars autem media citrij concoctu eſt difficilis.

¶Et difficillima quidem,adeo vt & condita difficulter à ventriculo conficiatur. quia vero multũ in ventriculo remoratur,credit medicorum vulgus,multum ſufficere alimentum,errat tamẽ,ſicut qui

UVA. BHSC. IyR_342

qui ægrotantibus (quibus ventriculus est imbecillis) ad refarciendas vires illam propinant.

De fructibus plantarum agrestium, atq; olim quidem vt aiunt homines duntaxat ex glandibus viuebant.

¶ Idem retulit Plinius.16.lib.in proœmio, atq; cum inter omnes glandes præcipua sit castanea, hanc esse tunc præcipuum hominum cibum à multis est creditum. Hippoc.lib.de veteri. medici. antiquos ex terræ nascentibus nutritos fuisse, dicit quod etiam ante diluuium carnibus non fuerint vsi, ex sacra scriptura nos habemus.

Cap. de lactuca, lactuca succi est, quàm alia omnia olera laudabilioris.

¶ Primas dat intubo Alexander cap.de affectione hepatis, Actuarius id atriplici tribuit, Cato de re rustica brassicam omnibus oleribus esse præferendam dicat. experientia tamen confirmat Galeni sententiam, claudere solebat antiquitus mensas lactuca, vt dicit Martialis quodam disticho, id fieri solitum ad præcauendam ebrietatem, ex ijs quæ Athæneus dicit.3.lib. Dipnolophistarum dicit Celius Rodoginus colligi, sed id non plane videtur colligi, neq; vnguenta, quæ post cœnas eadem parte laudat Athæneus, faciunt ad præcauendam ebrietatem, quicquid Celius dicat. potius videntur facere ad inducendum somnum, cui vsui seruire debebat lactuca. Cæterum nec in ipsis cœnis, sed post cœnas belariorum modo solitas dari lactucas, colligitur ex Athæneo.

De cinnaria ex cinnara succus melancholicus gignitur.

¶ Si cinnara ad olera pertineret, non sibi constaret Gal.qui.3. lib.de locis affectis dixit, ex oleribus solam brassicam succum melancholicum gignere: à quo abluit auerro. qui omnia olera succū melancholicum gignere excepta lactuca & buglosa scripsit.

De ocinio ocinium vitiosi est succi.

¶ Si ocinium vitiosi est succi, nescio cur tanti à medicis penditur, ad cor & ventriculum roborandum.

De fœniculo, nam apud nos reponunt fœniculum, eodem modo quo pyretrum, & terebinthum componentes.

¶ Credo quòd vbi legitur pyretrum, sit legendum lentiscum, nam non video quòd pyretrum, quod causticam habet facultatem, sit in cibariorum numero collocandum. quòd vero lentisci & terebinthi & rubi germina oximelite aliqui condire fuerint soliti dicit.3. lib. de locis affectis, atq; de lentisco & canirubo & rubo dicit idem hoc libro capi. de germinibus.

Cap. De discrimine quod partibus plantarum esculentarum est, videtur antea natura in animalibus, quoq; interdum totius substantiæ animalis excremento, quemadmodum Arist. prodidit, ad partiū quarundam non necessariarum procreationem abuti, vt in ceruis, quidem ad cornua.

¶ Arist.3.lib.de parti.anima.cap.2.dicit. Corporis igitur eiusmodi excrementi exuperantia in maioribus habita animalibus, natura ad auxilium & rem abutitur commodam. itaq; quantum excrementi eius ad locum superiorem efferatur, alijs in dentes, alijs in cornua, quamobrem cornigerorum nullum vtrinq; dentatum est. Plin.11.lib.cap.37. hoc dictum Aristote. quod à Galeno non reprehenditur, reprehendit, ic dicens, qui putant dentes in cornua ablumi, facile coarguuntur ceruarum natura. quæ neq; dentes habent, vt neq; mares, nec tamen cornua, sed huic obiectioni Arist. loco citato conatur satisfacere, quòd eadem vtriusq; sexus natura cornigera est: adempta dicit esse fœminis, ne cum imbecilliora maribus sint, eorum pondere offendantur. sed in Aristotelem aliquis dicet cornua parua non magis offendere posse ceruas, quàm cornua magna ceruos. quare non sequi ex ratione Aristotelis, quòd cornibus paruis destituendæ essent ceruæ. causa quòd ijs non sint cornua debet esse, quòd menstruare debet hoc animal, & per hanc purgationem excrementa debent expurgari. in regionibus frigidissimis vbi non purgare debent, cornua illas habere legi.

Mirar i

UVA. BHSC. IyR_342

Mirari subit eos medicos at idiotas, qui post cœnam coctionis iuuandæ gratia crudas radices esitant.

¶Dioscori opinioni eorum medicorum accessit, qui summo cibo radices esitabant, neq; ijs deerat ratio, videbant quidem primo cibo sumpta radice cibos suspendere, & mouere eructationes, minor tamen noxa inde contrahitur, quàm ex celerrima distributione quam facit summo cibo mansa, vincit tamen consuetudo, vt post cibos sumatur.

Liber tertius.

DE alimento quod à gressilibus animalibus sumitur, hircorũ autem caro tum ad coquendum, tum ad bonum succum generandũ est deterrima, hanc sequitur arietum, post taurorũ.

¶Inter carnes quæ difficile coquuntur, atq; prauum succum generant, arietum carnem ponit Gale. at in Hispania inter omnes carnes iudicatur illa præstantissima. porro vt in Enchiridio dixi. Cæli vel soli natura euenit, vt cibarium in vna regione sit laudabile, in alia prauum, quo minus mirari debemus, quòd Arietis caro, quæ in Hispania est boni succi, in Asia laudabilis sit nutrimenti. non tamen est diffitendum, arietes quorum est exsectos nõ habere testes, sed prolem generare, & in Hispania habere carnem praui succi, & difficilem coctu. sed certe non habent tam illaudabilem carnem ac tauri, quorum carnem illis præfert Gal. qui lib. de Euchimia inter cibos qui bonos humores gignunt, veruecem non posuit. vnde patet in Asia non habere arietes carnes tam laudabiles, ac in Hispania.

Ibi, cuius generis est in iberia animalculum, quod lepori est simile, quod cuniculum nominant.

¶Leonicenus in annotationibus quas fecit in Plinium. Plin. taxat, eo q; discrimen fecerit inter dasypodem & leporem. Cælius rodogi Plinij partes tenet, & mouetur autoritate Aristo. primi libri anima. cap. 1. qui dasypodem distinguit à lepore. at Gale. in parte nomenclaturam Græcam cuniculo non indidit, vnde colligere quis posset, cuniculum non illi vocitari dasypodem. neq; est cur putet quis cuniculum & leporem sub eodem genere comprehendi, non quidem minus illi distant quàm vulpes & lepus. est caro leporis à carne cuniculi multum diuersa, illa coctu difficilis & mali succi, hæc facile coquitur & bonum succum generat. quod enim vulgo dicitur, animalia quæ lanuginem acutam (vt more eorum loquar) habent dure confici, & prauum succum generare, non in omnibus animalibus verum est, cuniculusq; illud dictum falsum esse ostendit. Cæterum inter cibaria quæ in media materia sunt numerat Celsus. 2. lib. leporem, ob quod Forsam Martiali fuit tam laudatus, cum dixit gloria prima lepus.

Ibi quæ nanq; assantes, aut in sartagine frigentes mandunt, ea cor pori siccius dant alimentum.

¶Arist. 53. problem. primæ sectionis carnes assas humidiores elixis sensit, quia in eis intestinum humidum intactum manet. si igitur ad humiditatem natiuam respicis, hæc sunt humidiores, si ad humiditatem adscititiam elixæ.

De limacibus, quòd si huius animalis carne vt cibo solo esculento vti velis, vbi prius in aqua elixaris &c.

¶Tertio præcipit carnem limacum elixari Gale. sane satis acommode, vt excrementa quibus illi redundant absumantur, quòd si postq; elixati limaces fuerint assantur minus negotium ventriculo facessent.

De oxigalacte, neq; enim amplius acrem calidam qualitatem ac facultatem oxigala obtinet, quam lac à sero habet.

¶Neq;

UVA. BHSC. IyR_342

¶Neq; hæc quæ dicit Gale.repugnant ijs,quæ dixit.4.lib. de simp. medica. facul. vbi serum frigidum esse dixit, frigidum quidem est serum, habet tamen aliquas partes acri qualitate donatas.vt partes aeres habet acetum.licet sit satis frigidum.si hęc considerasset Manardus in ijs autoritatibus conciliandis,non sic hæsitasset.Cæterum quia hæ partes calidæ quas serum habet. illo sub dio posito euaporant,fit vt serum sub dio positum minus soluat:nisi magis ad purgandum ros quo irrorari solet agat:quàm pars acris quæ effluit.

De pedestrium animalium sanguine aprinum vero ne gustare nemo tentauerit,sunt qui suum iuniorum sanguinem ædant.

¶Frequentius est nunc sanguinem suum edere quàm tempore Gale.cum & seniorum suum sanguinem non auersentur.

De alimento quod à volucribus animalibus sumitur, auium porro omnium volucrum genus pauciſsimum præstat alimentum, si ad genus gresilium conferatur, potisimum si ad suillam, volucrum tamen caro ad concoquendum est facilior præcipue perdicis.

¶Credo in Asia perdices non tantum suppeditare alimentum.ac in Hispania. perdices quidē quas fert Hispania abunde alimentum præbent,eorumq; caro non facile conficitur.

Animalium nuper æditorum corpora muccosa sunt ac humida.

¶Hinc patet,quanto in errore versentur,qui recens æditos pullos febrientibus exhibent.

De differentia quæ in partibus animalium volucrum est, quidam autem falso strutochameli ventriculum laudant, ceu medicamentum, alij magis mergi ventriculum,verum hæc non facile concoquuntur.

¶Horum ventriculorum laudibus plena sunt arabum,& eos sectantium scripta.quæ quanti nos facere debeamus, ex Galeni dictis colligitur. pellem vulturis ad ventriculum roborandum multum laudari video,cum vultur poculentis vel humidis vix vtatur. gignit lanuginem admodum siccam, quod ob nomen ventriculum humiditate læsum solet iuuare.

De mugile puritas venti qui aquæ miscetur substantiæ ipsorum bonitatem auget.

¶Videtur hoc alludere sententiæ Hippocratis, qui lib. de flatibus aërem aquam intrare dixit,sed sat Galeno,vt quæ proposuit,probet est,quod aër vel ventus aquam attingat,licet illam non pertranseat:quo enim aër vel vētus qui aquam attingit est purior, hoc vtilitati piscium magis cōfert.

De piscibus saxatilibus,alimentum quod ex piscibus saxatilibus sumitur,non modo ad coquendum est facile, sed etiam hominum corporibus est saluberrimum.

¶Contrarium sensit Celsus.2.lib.cap.21. sed forsan hic intellexit de aliquibus piscibus, qui tyber fluuio gignuntur,quos vituperat Gal.iuxta quē,saxatiles pisces perpetuo in purisimo mari degūt.

De piscibus molli carne præditis. Philotimus in tertio de Alimentis,ad verbum sic scripsit,gobiones autem fucę iuliæ murenæ hannæ.

¶Murenam esse,quam nos vocamus lampetram, facile colligitur ex ijs quæ dicit Athenæus.7.lib. cap.29.hamya scripta cum ypsilon inter pisces mollis carnis numerauit Philoti. hanc putant multi esse quam vocamus trutam.alij dicunt trutam esse galexiam . considerans vero quæ de hiatulis scripsit Athenæus.7.lib.cap.39.putaui trutam hiatulam esse.

De melle, quanquàm ne tum mel cum nutrit alimenti multum corpori exhibet, adeo vt non defuerint, quibus nihil prorsus alere videretur.

¶Dixerat,quod mel quod cum aqua acrimoniam deposuit,magis nutrit,hac parte dicit,quòd & deposita acrimonia est pauci nutrimenti, idem voluit Paulus, licet aliqui qui illum fuerunt interpretati,

UVA. BHSC. IyR_342

pretati,traduxerunt mel prȩcoctum esse valentis in nutriendo potestatis: valentius in nutriendo quàm crudum scribere deberent:ijs vero aduersa fuit professus Celsus,qui lib.2.cap.18. mel ponit inter cibos qui multum exhibent alimentum.16.

16. Reliquas vero omnes cum coloris sui nomine explicare alias autem omnes biles porracea excepta cum corpus grauiter ȩgrotat excerni videmus flaua & pallida & porracea etiam sine morbis euomitur sæpenumero.

¶Et excerni debuit videre in acutis morbis porraceam bilem,quòd si non contingeret excerni nō est cur vomitionem huius bilis damnaret. 2. Prognost.tex.38.putabit quispiam,hac parte quam exponimus solum de bile porracea, quæ gignitur propter elculentorum cruditatem in ventriculo fuisse locutum,quando hæc non ejicitur ratione magnę ægrotationis:sed certe ipsa dictio indicat textum esse vitiatum, si enim hoc volebat Gale. ad quid subiungebat & porracea etiam sine morbis euomitur sæpenumero, adde quòd in graui ægrotatione, potest gigni bilis porracea propter esculentorum cruditatem in ventriculo. credo igitur textum esse vitiatum, legendumq; esse, reliquas vero omnes cum coloris sui nomine explicare,vt porraceā scilicet,quam cum corpus grauiter ȩgrotat excerni videmus, flaua vero & pallida & porracea etiam sine morbis euomuntur sæpenumero.euomitur quidem porracea sine morbis quando genita est in ventriculo propter esculentorum cruditatem.quicunq; enim Galenum attente legerit videbit hanc fuisse eius sententiam.

Liber de Euchimia.

CVm morbi initio,medici nonnulli, perpaucis venam incindere auderent;neq; enim abre ab eiusmodi remedio abstinebant,quandoquidem, prius vires ægrorum resoluerentur, missus quidem sanguis non adeo probatæ bonitatis spectabatur qualis ex corpore salubri mitti solet.

¶Non vult hac parte Gal.quòd in id genus febribus,sanguinis missio nō sit opportuna,sed quòd illi medici prudenter perpaucis venam secabant,solum scilicet illis,quorum vires cōstabant: atq; quia plurimis erant vires resolutæ, perpaucis licebat hoc remedio vti. Cæterum si ad sanguinis colorem attendissent illi medici, vt nunc aliqui solent, non semel, sed identidem in vno ægroto sanguinem extraherent,virium tamen robur præ omnibus merito considerandnm ducebant..

Sunt id genus gobij,murenæ,& simpliciter pisces omnes,qui neque insuaue, neq; mali odoris,neq; glutinosum quicquā reprȩsentant.

¶Non esse glutinosam murenam dicit Gal. idem scripsit Aetius,nostra tamen murena. non est citra aliquam visciditatem, neq; inter cibos bonichimi videtur collocanda. quòd si Hortensius & alij Romani nostrā trutā agnoscebant,nescio quid in murena videbant, ob quod tanti illā facerēt.

Nam sicut bonæ valetudini ante cibum exercitatio maximum affert cōmodum,sic qualiscūq; sumpto cibo motus noxius admodū est.

¶Non omnis motus est noxius, sed qui est vehemens,aliqui enim è quorum ventriculis difficile cibus descendit, tantum abest.quòd sumpto cibo motu lædantur, quòd illo magnopere iuuantur.

Sed cur sanguis inter omnes alios humores, corporibus nostris accommodatissimus,vbi frigefactus est, huiusmodi pathemata inuehat,non paruam certe inuestigationem requirit.

¶Calidius quod est in corpore caliditate natiua est sanguis, qui si frigefit & in grummos conuertitur,naturali calore prorsus est destitutus. nihil mirum igitur,quòd in integrā ausentia rei illi tā naturalis, innaturalissimam naturā ille induat;cæteri quidē humores si frigefiunt,vel calefiuntnō

UVA. BHSC. IyR_342

amittunt rem corpori nostro tam naturalem ac sanguis. nulla quidem potest esse maior distantia, quam quę est ex re naturalissima & calidissima, in rem quæ nullum prorsus naturalem calorem habet.

Sed iam patet, eos fructus commode meo iudicio asseruari, qui priusquàm marcescant, exiccentur, idcę nõnulli sustineri non queunt, vt mora & pepones, adde etiam persica.

¶In Hispania bene asseruantur persica, & Armeniaca, nec solum annum vnum, sed & duos integros illa exiccata, quæ & vino flauo imbuta, sacharoçę edulcorata, diebus ieiunij solent inchoare mensas. Persica hic intellige quæ nos vocamus præcocia.

Secunda concoctio (vt plane nosti) in iocinore & venis, tertia in singulis, quæ nutriuntur partibus.

¶Auicẽnistæ coctionem venarum distinguunt à coctione hępatis, quatuor coctiones (nulla adhibita consideratione) ponentes.

Gallinæ & anseris ventriculus, est præstantissimus.

¶Supra dixerat omnem ventriculum esse crassum & durum, vnde liquet, gallinæ & anseris ventriculos non simpliciter optimos, sed alijs ventriculis præstantissimos ab illo iudicari, sunt etiã optimi succi, licet difficulter coquantur.

Suilla caro probatissimus est cibus, deinde hædina, mox vitulina.

¶Vide quòd veruecis carnis non meminit, sed certe apud nos probatioris est sucei quàm suilla, & hædina, imo re ipsa dedicimus, hædinam optimum succum non exhibere.

Lactuca enim, in ijs quæ boni maliçę succi sunt, mediocriter se habet, post illam malua habetur.

¶Frequens debet esse in Asia maluis vesci, quando tanta illarum fit mentio à Galeno. porro maluam cichoreo multis numeris Gale. præfert, apud nos rarus est maluæ vsus, & solum habent vicẽ medicamenti, cichorea vero crebro est in mensis, quam omnibus oleribus antistare, dixit Alexander Trallianus capite de affectionibus hepatis.

Anguillæ nunquàm boni succi sunt tametsi puro in humore versentur.

¶Viscida est anguilla, & praui succi, quare nescio quid mouerit Gaudentiũ merulam, lib. 3. memorabilium asserere, quòd anguillę gignantur ex troctis, cum troctæ, nec sint viscidæ sintçę optimi succi: adde quòd ępenumero reperiuntur anguillæ in flumine vel palude vbi nunquàm gignuntur troctæ, nec est cur dicat quòd hę anguillæ gignuntur ex aliquo pisce ignobili, nam absurdum est putare, quòd anguillę gignantur per propagationem & à parentibus diuersarum specierum generentur.

Ex vinis, probatissimi succi falernum habetur, potissimumçę, id quod dulcius.

¶Falernum vinum in campania nasci dicit Plinius, cuius ętate iam exolescebat, vt ille dicit lib. 14. cap. 9. copiæ potius, quàm bonitati studentium: quare minus mirari debuit Erasmus, adagio illo cã pana superbia, quòd iter faciens per campaniam nusquàm reperisset succum illum per omnes teras inclytum, adde quòd sua quibusçę terris tempora sunt, sicut rerum prouentus occasioçę, vt parte citata dicit Plin. aliqui volunt (vt testis est Celius rodogi. 28. lib. cap. 39.) quod modo Græcũ vinum dicitur fuisse veteribus falernum, hoc vero & nunc est præstantissimum. sed cum hoc vinum non sit ex agris quę falernum vinum mittebant, non quadrat quod dicit Cælius, adde quòd vinum quod Neapoli vocant grecum, potius sumit nomen à vitæ quàm à solo.

Cuncta huiusmodi vina calida sunt, propterea çę nec bilosis nimioçę æstu fameçę aut mærore vexatis danda non sunt.

¶Quia

UVA. BHSC. IyR_342

¶ Quia mœroris tempore humores bilioſi ad ventriculum ſolent confluere, mœrorq; corpus exiccat, ideo eo tempore vina quæ vehementer calfaciunt, & exiccant, non ſunt exhibenda.

Vitanda ergo quæ nimis vetuſta ſunt nimíſue recentia, nanq; illa prætermodum, hæc nullatenus donec recentia fuerint, calfaciunt.

¶ Non omnibus vinis conuenit, quòd cum ſint vetuſta nimis calfaciant, & cum ſint recentia non calfaciant, ſed ijs vinis, quæ annotata parte Gale. numerat: plurima enim ex parte vina ſiue ſint recentia, ſiue vetuſta calfaciunt, vt colligitur ex ijs quæ dicit Gale. g. lib de ſimplicium medicam. facúlta. vbi dicit, muſtum eſſe calidum in primo, vinum nouellum ex ſecundo, admodum vetus ex tertio, ex ijs quæ hac parte, & parum infra dicit Gal. habemus eſſe aliqua vinorum genera, quæ recentia poſſunt infrigidare, quod Fuchſius & alij negarunt: quòd vero Gale. non intellexerint, qui putant illum ſenſiſſe, omne vinum album eſſe frigidę naturæ. 12. Metho. in explicatione textus, non reperies ex albo vinorum genere calidum vllum, declarabimus.

Vitanda pœnitus quæ vitioſi ſucci ſunt, præterquàm æſtate cum languentium corpori, ſiccitati, & calori ſuccurrendum eſt, ijs enim hoc ipſo tempore, mala pruna, mala ceraſa moraq;, idonea ſunt.

¶ Immodici caloris ratione nimis æſtate exhauriuntur corpora, languereq; ſolet ciborum appetentia, vt ijs porro incommodis reluctemur, permittit cibaria mali ſucci Gale. porro cum malorũ nec prunorum non ſit vna duntaxat differentia, ſunt quędam dulcia, quędam acida, quę acida ſunt, quandoquidem magis infrigidant, & appetentiam magis excitant, corruptioniq; ſunt minus obnoxia, tunc temporis licentius ſunt exhibenda, experientia quidem in ceraſis (vt de alijs fructibus ſileam) monſtrat, quam tutus ſit vſus ceraſorum acidorum, quare miror quòd Actuarius. 2. lib. de ſpiritu animali, dulcia ceraſa acidis prę ferenda docuit.

Qui minime exercentur, ſumma æſtate cum vehementi calore vrgentur, fontis aquam bibant niuiſq; vſum vitent.

¶ Nunc magnatibus, qui minime exercentur, niuis vſus eſt frequens, quorum intemperantiæ comites ſunt illi morbi, quos parte annotata deſcribit Gale. Cæterum ex eadem parte colligitur, ijs qui vehementer exercentur, niuis vſum & potuum frigidorum non inhibuiſſe Gale. non ſolum ad potum nix nunc ſeruit magnatibus, ſed etiam ad letula tempore æſtatis infrigidandum, vide quot expetat vita voluptuoſa.

Liber de Salubri dicęta.

Veſtes hyeme mundæ ſunt induendæ æſtate oleo infectæ.

¶ Anceps eſt Gal. quid hac parte voluerit autor. putabit aliquis, quòd per veſtes mundas intellexerit, quę ex pellibus fiunt, quæ ideo dicũtur mundę, quia nulla arte ſed ipſius naturæ (cuius ſunt munda opera) beneficio ſunt productæ, & quòd alię dicantur oleo infectæ, quia lana ex qua textilis veſtis eſt cõficienda, paratur oleo: ſed alio tendiſſe autorem puto, voluit mea quidem ſententia, quòd qui in gymnaſijs exercentur, mundas hyeme induant veſtes, & æſtate oleo infectas: fuiſſe quidem morem athletis in certamẽ deſcenſuris, veſtes oleo madidas induere, colligitur ex ijs quæ dicit diuus Chryſoſtomus homilia. 1. ad populum Antiochenum ijs verbis ait: quemadmodum enim in exterioribus certaminibus, corpore vigentes & bonæ habitudinis athletæ, non ſic apparent, cum veſtimentum vndiq; oleo madidum fuerint induti, ſed quando illo abiecto nudi in ſtadia feruntur: hæc eloquentiſsimus doctor, quę magnam lucem videntur præbere ijs quę dixit autor de ſalubri dicęta, qui vt arbitror voluit, quòd hi qui exercitari habent æſtate, ſubuculam linteam oleo madidam prius induant, & qui exercitari habent hyeme induant ſubuculam mundam, debuit hoc prę cipere, vt ex veſte ſic oleo madida omnia membra irrorentur, laxeturq; cutis, quæ æſtate ratione vehementis caloris ſiccitatem contraxit: iuuat etiam oleum ad prę cauendam ſiccitatem quam exercitatio tempore æſtatis poſſet inducere, hyeme verò nõ ſic timuit de ſiccitate cum membra ex exercitio non reddantur tam arida & ſqualida, quare putauit autor

UVA. BHSC. IyR_342

eo tempore exercitaturos non exigere veſtes oleo madidas: Gal. tamen. 2. lib. de ſani. tuenda. omni tempore frictionem ex oleo laudat ijs, qui vehementer exercentur, qui contra quàm gymnaſtę docebant, non probat, quòd ante exercitium membra oleo vngantur, autor porro de ſalubri dieta gymnaſtis acceſsit, qui ante hictam veſtes oleo madidas induere præcepit, quod non eſſe faciendũ hyeme, contra quàm Gale. & alij docent hoc textu monuit, & credo textum eſſe mutilum, legendumq; eſſe, qui exercitantur ęſtate induãt veſtes oleo infectas, hyeme mundas. cæterum cum hic autor ſenſerit, quòd ante exercitium veſtis oleo madida ſit induenda, non ab re præcepit, quòd hyeme huiuſmodi veſtem exercitaturus non indueret, nam ex contactu olei membra hyeme rigerent, vnde ad exercitium non diſponerentur: æſtate vero quo tempore membra calent hoc incommodum non formidauit. Cęterũ & cum ęſtate ſint ſpiramina reſerata coniecit autor, quòd licet exercitium non præcedat quòd oleum facile poterit interiora peruadere, mitto quòd vt iam diximus olei vſum eſſe neceſſarium ad præcauendam ſiccitatem æſtate & non hyeme ſentiebat: hanc puto fuiſſe autoris ſententiam, admirari porro ſubit Galenum, quòd fuerit arbitratus, quòd de veſtibus quæ pro ornatu induuntur intellexerit autor, nemo enim ruſticanorum, nedum elegantium virorum eſt, qui veſtiri tam ſpurce ſuſtineret.

Craſsi qui tenues eſſe volunt, nudi deambulent.

¶Ab hac ſententia non abludit Gal. porro ex conuiuio Platonis colligitur, conſueuiſſe homines, nudis pedibus deambulare, ſic enim de Socrate dicit Alcibiades, quando enim gelu maximo intollerabiliq; facto, ita vt nulli de tabernaculis exire auderent, & ſi qui exibant non niſi ſufarcinati admodum, pedeſq; & crura pannis laneis diligenter circumuoluti, Socrates per hoc tẽpus ita exibat, cum cæteris militibus, vt nihil ad eam veſtem adiungeret, quam primo ferre ſolitus erat, nudis vero pedibus per calcem facilius incedebat, quam cum calceis alij, hæc alcibiades quæ ſi quis bene conſiderat, intelliget non ſolum Socratem, ſed cæteros milites, niſi præmente magno frigore, pedes non calceare aſſuetos. Cæterum Clemens Alexandrinus in pedagogio, ſolum ijs qui militant videtur permiſiſſe calceorum vſum, qui ſic ait: viro pulchre conuenit, nullos habere calceos, præterquàm ſi militet, calceatum enim eſſe, non paruam habet affinitatem, cum eo quod eſt eſſe ligatũ, optimum quidem eſt exercitationis genus, nudis vti pedibus, & ad ſanitatem, & ad expeditam facilitatem, quòd ſi iter non ingrediamur, nec nudis incedere pedibus pati poſſumus, ſoleis vtendum eſt, hæc Alexand. in corroborationem porro eorum quę ex Platone adduximus ſunt etiam ea, quę dicit Diuus Hieronymus cap. 10. in Matthęum exponens illud, nolite poſsidere calceamenta, ait quidem: Plato præcepit duas corporis ſummitates non eſſe velandas, capitis ſcilicet, & pedum. ex omnibus ijs quę citauimus, facile quis perſpicere poteſt, vſum calceorum, antiquis non fuiſſe tam frequentem, vt nunc, quare nemo miretur, quòd in aliquibus, nudis pedibus ambulare laudauerit Gale. ſane antequam ego Clementem Alexandrinum legiſſem, mirabar textum autoris, & Galeni expoſitionem. Videns vero quæ Alexand. & Plato dixerunt, intellexi illa ętate facile eſſe hominibus, non aſſuetis calceis, nudis pedibus deambulare. præſertim quòd hominibus corpulentis hoc præcipitur, erantq; tunc corpora vegetiora quàm præſenti ſeculo, quid mirum vero quòd ratione aſſuetudinis quis poſſet citra incommodum nudis pedibus ambulare, cum & in aliquibus regionibus, homines aſſueti veſtes non induere, non offendantur. ſed reuertamur ad diuerticulum. non eſt porro ignorandum, calceos aliquãdo autoribus ſumi, pro veſte breui, dicebanturq; calceati milites, cum & ſaga & breuia ſumebant indumenta, vt. 9. lib. triumphantis Romę exponit Blondus, ſed certe Hippocrates, & Plato, & Alexandrinus, nomine calcei, aliter partibus quas citauimus vſi fuerunt.

Veruntamen vniuerſum corpus, ſi purgare inſtituas, æſtate per ventrem ſuperiorem, hyeme per ventrem inferiorem purgabis.

¶Ex hac expoſitione Galeni claret ſenſus Aphoriſmi. 4. quartæ Sectionis, hinc etiam patet, quomodo ſit intelligendum illud Celſi tertij cap. 1. lib. qui hyeme vtiliorem eſſe vomitum quàm æſtate dixit. ſolum quidem intendit Celſus ventriculum purgare. hyeme porro vtilius ventriculus purgatur, quia tunc pituita cuius ratione frequenter infeſtatur, magis abundat. videtur tamen Gale. ſibi non conſtare, qui commento. prędicti Aphoriſmi, exponens illud, medicari æſtate ſuperiores, dixit

UVA. BHSC. IyR_342

xit ſubaudire autem oportet ventres videlicet, vbi viſus eſt inſinuare, quòd Hippoc. non loquitur de vniuerſi corporis purgatione, ſed de purgatione ventris ſuperioris. quem ventriculum appellamus. ſed qui attente totam Galeni expoſitionem conſiderat, videbit, nil aliud ſub illa verborum ſerie voluiſſe, quàm quòd ęſtate eſt purgandum per vētrem ſuperiorem, eo quòd humor qui per vniuerſum corpus tunc abundat, ad ventrem ſuperiorem confluxum habet, de qua re ibi.

Vinum dilutum infantibus bibere iubet, nolens eos nimium incaleſcere.

¶Hinc patet, errare illos, qui credunt, Galenum voluiſſe, pueris prorſus eſſe circuncidēdum vinū, Aetius etiam pueris vinum exhibet, ſed de iis libro quòd animi mores & libris de ſanitate tuenda.

Annotationes in librum de Attenuante victus ratione.

NEmo igitur eſt, qui allium, cępam, naſturtium, porrum, propter facultatis ipſorum vehementiam ignoret, in genere eſſe tenuantium. poſt illa autem ſmyrnium, pyrethum, origanum.

¶Secundo loco eorum quæ vehementer attenuāt, pyrethum ponit at videtur, efficaciorem vim habere, quàm porrum vel cępam, non enim rationi conſonum apparet, quòd pyrethum viride porrum viride non excederet, quando ſiccum tanta proportione illum ſuperat, cauſticam enim vim habere Pyrethum dixit. 6. Simp. medica. & credo quidem, quòd hac parte qua legitur Pyrethum, apium vel equapium eſſe legendum, hæc quidem & ſmyrnium, ſub vno capite complectitur Gale. 2. lib. de alimentis.

Prædictis autem ordine proxima eſt capparis, & terebinthi fructus, ijs autem eruca.

¶Nec eruca in attenuando videtur porro inferior, maiori quidem iure eruca eſſet locanda, iuxta ſynapim, quàm porrum.

Cucurbitæ, citrulli, melones, melopepones, & pruna, humida em̄ ſunt hæc omnia, ac frigida, & pituitoſa: potiſsimum ſi cruda & non elixa mandantur, atq; hinc adeo fit, vt quidam citrullos ac cucurbitas duriores elixent.

¶Cum melopepones ſint idem, quòd melones, textus eſt deprauatus, eſt legendum citrulli pepones melopepones, cæterum quòd peponem antiqui elixare cōſueuerint, dicit Athenæus. 2. lib. Dipno. cap. 31. qua parte cōtra id quod dicit Gal. ait, peponem crudum meliorē ſuccum facere quàm coctum. pauci credo, quòd nunc eſſent quibus melopepo elixatus gratus eſſet, quare coquent facilius melopeponem crudum quàm coctum, melioremq; ſuccum gignent ex melopepone crudo quàm ex elixato.

Ad hæc ſi quid olfactum odorem bonum inferens, aromaticis ſpeciem guſtui re præſentet, id quoq; viribus calidum eſſe oportet,

¶Quomodo hoc ſit intelligendum, cap. de iunipero diximus.

Quorum quædam adeo ſunt fortia, vt nihil à fortiſsimis medicamentis diſſideant, cuiuſmodi eſt rutæ ſemen, quod validum eſt admodum, ac tenuans, pari modo & lini & canabis ſemina.

¶Cum lini ſemen (autore ipſomet Gale. 8. de ſimpli. medicam. facult.) ſit ex primo ordine calfacientium, ſitq; in medio ſitum humiditatis & ſiccitatis, non videtur eſſe numerandum inter medicamenta, quæ fortiſsime tenuant, quare vbi legitur tenuans, melius leges medicamentoſum, vt ſit

UVA. BHSC. IyR_342

ſenſus cuiuſmodi eſt rutę ſemen, quod validum eſt admodum ac medicamentoſum, pari modo lini & canabis ſemina ſunt mendicamentoſa. eſto vero quòd textum non emendes, hanc eſſe puta Gal. ſententiam.

Proximi aſinis ſunt cerui.

¶Non intelligas, quòd voluerit Gale. carnem ceruorum eſſe proximam aſinorum carni in coctione, & ſapore, & alijs quibus cibus commendatur: ſed ſolum in attenuandi victus ratione, de qua re ex profeſſo in hoc libro tractat. quòd ſi in cæteris vis eſſe aſinos proximos ceruis, nõ de omnibus aſinis intellige, ſed de Sylueſtribus, iuxta id quod dixit. 3. lib. de aliment. facult. cap. 1. Porro quòd & onagris adhuc in partibus ſeptentrionalibus veſcantur, ſcripſit Olaus magnus lib. de rebus ſeptentrionalibus.

Canum vero & vulpium carnem, nunquàm equidem guſtaui, nec ſane guſtare vnquàm fui adactus, neq; in Aſia, neq; in Græcia, neq; in Italia aiunt tamen, hanc quoq; mandi.

¶Hippocrati frequens erat exhibere carnes canum, & catellorum, vt apparet ex ijs quę dicit lib. de diæta, & alijs locis.

In quibus minus ſunt noxij fructus, qui ventrem lubricant, cuiuſmodi ſunt, mora & poſtea pruna, & ceraſia.

¶Ratione ſuę temperaturę hi fructus non attenuant, ſed quatenus aluum reddunt lubricam, ſunt in cauſa vt humores, qui ſunt in venis attenuentur.

Caſtaneæ vero, ſiue elixentur, ſiue aſſentur, ſiue denicq; frigantur, ſemper ſunt prauæ, & multo magis, ſi crudæ mandantur.

¶Non putes hac parte ſibi aduerſari, quę lib. de Euchimia dixit caſtaneas nunquàm mali ſucci eſſe, ſed efficaciter nutrire, etenim parte annotata, ſolum vult Gale. quòd caſtaneæ quomodocunq; parentur, non poſſint ad attenuandum, hoc quidem libro, vt iam diximus, ſolum vires cibariorum quatenus attenuare valent expendit.

Quòd vero ad vina attinet, quæ clara ſunt ac pellucida, colorecq; pallida, ac flaua, ea forte minimum dulcia inuenies, nullum album dulce comperies.

¶Lib. 3. de ratione victus, dulce vinum continuo eſſe nigrum dixit, hic non negat flaua vina poſſe habere aliquam dulcedinem, textu igitur de ratione victus, ſolum voluit vina vehementer dulcia continuo eſſe nigra, at in Nauarra, ex vuis varues fit flauũ vinum, & dulciſsimum, forſan hoc vuarum genus non nouit Galenus.

Annotationes in librum de Ptiſana.

AQuam non pondere leuem dijudicat, verum quæ tenuium ſit partium, ne grauatim contrariam admittat qualitatem.

¶Licet Hippoc. Aphoriſmo illo aqua quæ cito calefit, & cito infrigidatur, leuiſsima eſt, non intellexerit de leuitate quæ pondere dijudicatur, non abnuendum eſt, illum & pondere dijudicaſſe aquas, quod fiet palam ijs, qui legerint librũ de aëre & locis: Plinius porro. 21. lib. cap. 3. nullo pene momento ponderis aquas inter ſe diſtare dixit, qua in re æmulatus eſt Eraſiſtratum, qui (vt autor eſt Athenæus. 2. lib. Dipnoſophiſt. cap. 2.) nullam ponderis differentiam in aquis inuenire dixit, ſed certe ſenſus euidentia ſuffragatur Hippocrati, quo enim aquæ ſunt craſsioris ſubſtantię, hoc ſunt pondere grauiores.

Flacida moderate exiſtit ptiſana, id eſt madida ac ſitim abigens, madidum vero ex aqua nanciſcitur, veruntamen idipſum quoq; confractum,

UVA. BHSC. IyR_342

fractum, ob hordei videlicet naturam modice siccantem.

¶Hordeum refrigerat & exiccat, vt paulo supra dixerat, humectat igitur ptisana ob humiditatem acquisititiam quam hordeum ab aqua mutuauit, estq; humiditas hæc confracta, nam siccitas hordei contemperat humiditatem: cæterum si hac ratione ptisana humectatiua est, claret eos deerrare, qui eo quod ptisana humectat, vtuntur farina hordei, in ijs qui humectatione egent.

Neq; enim periculi discrimine laborantibus ptisanam dare conuenit, neq; ijs qui indigent venæ sectione, aut purgatione, aut quopiam clystere, nec quorum venter excrementis redundat.

¶Difficilis est hic textus, quem explicauit Gale. 1. lib. de ratione victus commen. 19. qui sic ait, tota igitur ptisana vti debent ex acuto morbo laborantibus, qui nec alio quopiam ante vtuntur remedio, quale vel per sectam venam, vel ventris subductionem hæc ille. quæ præsentem textum exponunt, vult quidem quòd non detur ptisana acuto morbo laborantibus, si fuerint in periculi discrimine, ante scilicet quàm præcesserit venæ sectionis, vel purgationis, aut clysteris vlus, tunc quidē præstat cremore solo vti. Cæterum postquàm humores fuerint vacuati, & discrimē periculi quod humores minabantur fuerit sublatum, congruenter poteris ptisanam propinare.

Ad crementum autem, sorbitionisq; adiectio nequaquam in aridioribus morbis admittenda est, siquidem hi validiores ptisana potiones expetūt, quæ scilicet vberius ptisana madefaciant, sunt vero morbi sicci, pleuritis, pulmonia, ac in vniuersum, qui in pectore consistunt, cū nullum sputum reddatur.

¶Non omnem pleuritidem, nec omnē pulmoniam vocat morbos siccos, sed eos solum, in quibus nil expuitur, in quibus potiones quę valentius quàm ptisana, excreatū adiuuēt sunt porrigendę, libro porro primo de ratione victus in morbis acutis tex. 22. dixit Hipp. q. si morbus siccior quàm vt quispiam existimet fuerit, non multum dare oportet sorbitionis, sed ante sorbitionem vel muisam, vel vinum: qua parte intinuauit, in morbis siccis, nō sufficere ptisanam ad excreationē faciendam, sed necessum esse alias efficaciores potiones propinare.

De Paruæ pilæ exercitio.

TAntum potest motio animæ, vt & multi præ sola letitia morbos euaserint.

¶Præter vtilitates quas ludo paruę pilæ Gale. tribuit, laudatur à Plat. 8. lib. de legum latione, eo quod imitatur rem bellicā. Cæterū laudat hac parte Gale. eos qui venationem reperere, quippe corpus exercendo animā afficit lętitia, quę potis est morbos extirpare, inter venationis vero genera, quę quadrupedum est alijs esse præcellendam dixit Plato. 7. lib. de legibus, volebat quidem ille vt homines feras vincendo, fortitudinem & dexteritatem ad expugnandos homines, sibi compararent, id tamen cum non fiat citra periculum, nec citra pecuniarum dispendium, nō æque Gal. probat, ac paruę pilę ludum. Platonis porro nullam facit memoriam, quia ad alium scopum Plato, quàm ille attendit. Cæterum si pilę ludus solum exercendi causa adhibetur, Galeni dictum est laudandum, at qui hoc ludo nunc indulgent, potissimum id causa lucrandi faciunt, quo fit vt hoc tempore maius fiat dispendium, in paruę pilę ludo, quàm in venatione. adde quòd cum lucrū habetur pro scopo, qui ludendo suo fine frustratur, tantum abest, quòd perfundatur lętitia quam in exercitijs Gale. laudat, quòd mœrore magno corripitur, qui morborum potest esse causa, solum igitur hoc exercitium venit laudandum, quando nihil aliud quam sanitas vel morbi depulsio pro fine habetur. Cæterum hoc exercitium vt Gal. dicit conuenit pueris, & iuuenibus & senibus. Porro & fœminas huic exercitationis generi indulsisse habemus ex Homero.

Cum enim inuicem congredientes, seq; ne constitutus in medio

UVA. BHSC. IyR_342

pilam excipiat, mutuo vetantes laborauerint.

¶Ex ijs quę hac parte, & parum infra dicit Gal. & ex ijs quę loco superius citato dicit Plato, & ex ijs quę primo libro dipnosophista. dicit Athenęus, colligitur ludum pilę olim nō fuisse ad modum quo nunc exercetur, licet tamen alio modo tunc huic ludo indulserint, constat ex Galeno, ex ijs quę supra dicit, solam pilam citra aliud instrumētum huic ludo seruisse, sic enim ait, non retibus nō armis, nō equis, sed pila sola, & quidem parua opus est. Cęterum & q̄ sine alio instrumento fieret pilę ludus, apparet etiam ex ijs quę dicit Sene. libro secūdo de beneficijs, sic ait: volo Crysipi nostri vti similitudine de pilę ludo, quam cadere non est dubium, aut mittentis studio aut accipientis tunc cursum suum seruat, vbi inter manus vtriusq̄ apte ab vtroq̄ & iactata, & excepta versatur. hęc ille quę indicant in pilę lusu, olim alio instrumento quàm pila antiquos non fuisse vsos, videntur quę sane hęc quę dicit Seneca pilę lusum qui nunc excercetur plane repręsentare. pilę vero lusum apud Athenęum saltationis erat genus.

Sic vero, & simul omnes corporis partes, cum hoc pręstare visum sit, & quasdam pręter cęteras, cum hoc itidem videatur, mouere licet.

¶Contrarium videtur hoc, ijs quę dicit Gal. sexto libro de sanitat. tuend. vbi dicit: parua pila supernas partes potius exerceri, quàm infernas. dilues sic contradictionē, q̄ pilę ludo magis exercentur partes supernę. sed seruatur quędā iustitia. quia hę partes plus caloris quàm infernę exposcunt, quo nomine brachium dextrum, magis exerceri quàm sinistrum debet.

De Cognoscendis curandisq̄ animi morbis.

Ale. vir summo ingenio, summaq̄ eruditione insignis. tota ope & industria fuit annisus, in medicina illustranda, in præceptis scilicet sanitatis tuendę tradendis, atq̄ in medendi Methodo docenda, ampliandáue. nihil porro quod vni aut alteri parti medicinæ conueniret, transiuit silentio. Cæterum quia considerauerat illud Platonis. 3. de repub. verum esse, bene scilicet affectum animum sua virtute corpus quo ad fieri potest optimum reddere, de animi morbis, eisq̄ curandis hunc librum ędidit, rem quidem medico nimis necessariam, vt mederi sciat prauis animi affectibus, qui morbidum corpus reddere solent, eo igitur nomine potius hunc librū scribere fuit ille aggressus, quàm vt philosophiæ Aethicæ se ostenderet doctissimum, nihil ab eo dictatum legimus, quod in medicinæ cuius se profitebatur interpretem, non tenderet scopum. cæterum quę hoc libro & sequenti ille profitetur tam perspicua sunt, quòd nullis scholijs egent. Cæterum si vides Galenum medicinam profitentem, sic de moribus & summa philosophia differere, cur egre fers quòd medicus tanti præceptoris æmulator, ad alia aliquando diuertat quàm ad emplastra & linimenta.

Liber de Assuetudinibus.

Signum est assuetudo proprietatis naturalis, quoniam autem & vt causa fit multotiens.

¶Proprietatem naturalem ex assuetudine induci hac parte insinuat Gal. etenim si quis assuefit esui carnis bubulæ, præter hoc q̄ delectabilius eā amplectitur ventriculus, fit etiā ex assuetudine illi cæterisq̄ mēbris magis familiaris, carne scilicet ipsa in ipsis membris relinquente qualitatem. assueti porro currere, vel in palęstra se exercere, eo melius quàm non assueti sua munia peragunt, quia corporis particulæ ex assuetudine sunt redditæ fortiores, & solidiores: q̄ si quis dicat, quonam pacto senex assuetus terram fodere, vel arare, fortiores particulas quàm iuuenis qui simili exercitio non assueuit potest habere, sciat multa iuuare vt senex hic assuetus facilius labo-

UVA. BHSC. IyR_342

res ferat,primo membrorum ſoliditas,& duritia indolentiaq; quę ad partium inter ſe attritu com paratur,ad hæc induſtria quam ex aſſuetudine acquiſiuit, quæ enim maiori induſtria fiunt, & ſi ſint laborioſa facilius peraguntur ; nam non citra induſtriam id genus labores fiunt, accedit quia membra facilius in partes in quas ſunt aſſueta flectuntur,flexibilitatem quandam acquirunt nerui, ob quam à minori virtute facilius quàm nerui,qui aſſuetudinem non acquiſierunt flectuntur:mẽbra quidem aſſueta auſcultare voluntati imperanti, vel tantillo incitabulo motus quos aſſueuere peragunt,fiuntq; quodammodo ad aſſuetam nauandam operam doctiora : vt in ijs qui pulſare fides didicit videmus, nam etſi alio ſit auerſus qui pulſat citharam,inceptum rhithmum proſequuntur articuli:quid mirum igitur,quòd brachia ſuo modo fodere vel remigare diſcant,vnde labores fiant faciliores ? mitto quod ad id genus exercitia non parum agit vno vel alio modo inſpirare, expirareue, qui enim non aſſuetus terram fodit, inſueta habet pectoris membra ad illam pronam figuram, quo fit vt maiori difficultate,quàm aſſuetus reſpiret:quid multa,eſt aſſuetudo acquiſititia natura,vt primo de ſanita.tuend.dixit Gale. vt enim ex ipſa natura, quodlibet membrum ingenitam proprietatem habet,ita ipſa conſuetudo quandam naturalem proprietatem (vel ſi mauis naturam acquiſitiam membris gignit vt.1.de ſanita.tuenda dicit Gale.

Mihi autem, non videtur, corpora propter conſuetudinem indigere huiuſmodi euacuationibus.

¶Credunt multi,neceſsitatem ſanguinis fundendi ad tempus, quę ſuperioribus annis ſanguis fuit extractus,ex cõſuetudine redire,hos redarguit Gale.dicens non ſanguinis miſsionem, ſed ſimilem viuendi rationem,eandem neceſsitatem excitare.

De Sanitate tuenda lib. Primus.

Est ignis natura maxime ſiccus.

¶Quod Gale.voluerit,ſiccitatem ſummam igni eſſe, neq; illum vt Ariſtoteleos tenere, ſolum vna qualitate ſumma, quodlibet elementum donari libro de elementis declarauimus.

Altera neceſsitas eſt,quæ in animalibus præcipue cernitur, totius ſubſtantiæ fluor,quem inſitus calor excitat.

¶Quomodo inſitus calor fluorem excitat,libro de Maraſmo exponemus.

Quo factum arbitror,vt natura non animalibus modo,verũ etiam ſtirpibus,inſitas quaſdam vires deficientis ac deſiderati ſemper appetẽtes,ab initio ſtatim dederit.

¶Quòd non ſit facultas appetendi in plantis, lib. primo de plantis docuit Ariſto. de qua re vide quæ diximus lib. de ſubſtantia,facul.natura.

Cibo igitur quicquid ſiccioris ſubſtantiæ effluxit,reſtituimus,potione quicquid humidioris.

¶Siciorem partem intelligo, quę ex membris vel ex humiditate illis agglutinata defluxit, humidiorem,quæ ex ſanguine,etenim in coctione quæ fit in venis,humidę ſubſtantię aliquid amittitur, ad eum modum, vt aliquid deperditur in elixatione aquæ quæ extra fit.porro ob defluxum vel aſſumptionem delutioris partis ſanguinis ſitis excitatur,accedit,quod multa pars humida tenuis ſanguinis cum vrina à renibus attrahitur:etenim ſi potu non humectaretur ſanguis, nimis ſicceſſeret ille, ſicut multum ſicceſſerent membra, ſi non humectarentur cibo. Cæterum licet, vrina à renibus non attraheretur, quia ſi illa multo tempore in venis detineretur, aridior fieret illa,ſanguiſq; non irroratus bileſceret,ideo potus eſſet neceſſarius.Cæterum quia membra vtpote ſicciora citius ſiccitatem,quàm ſanguis contrahunt,ob id appetitus qui dicitur fames, præcedit eum qui dicitur potus,licet ſicceſſentibus membris & ſanguine,vterq; appetitus poſsit cohærere:ex ijs claret perſpicue (quod explicatum non legi) cur fames dicitur appetitus ſicci,& potus humidi.eo ſicet quòd cibo id quod ex parte ſicca defluit reſtituitur, potu id quod ex parte humida fuit abſumptum

UVA. BHSC. IyR_342

ſumptum reſarcitur:itaq; potus reſarcit ſiccitatem quam contrahit ſanguis,cibus ſiccitatem quam contrahunt membra.

Morbus eſt affectio præter naturam actionem impediens.

¶Hanc diffinitionem taxat Argenterius,ex qua dicit ſequi,quòd praua coctio eſſet morbus, quia vitiat nutritionem:præſtaret illi tanto autori aſſurgere,quàm texere captiunculas,iam Gal.in Metho.explicuerat,non actionē ſed affectū illarū partiū quę ametriam vel actionē vitiat,eſſe morbū.

Ergo recens his natus infantulus primum quidem faſcijs deligetur,ſed corpori prius toti ſale modice inſperſo.

¶Vetus eſt infantiū corpora recens ędita ſale conſpergare, vt annotat in commentarijs Ezechielis prophetæ Di.Hieron.qui dicit tenera infantiū corpora,dū adhuc vteri calorē tenent,& primo vagitu laboriosę vitæ teſtātur exordia,ſolēt ab obſtetricibus ſale cōtigi, vt ſicciora ſint & reſtringantur. idq; ſic fieri ſolitū ex autoritate Ezechielis quam Di.Hiero.exponit pſpicue colligitur.

Balneæ enim,quæ medicam aliquam vim præſeferunt,omnes ſiccant:veluti quæ ſulfuris,bituminis,aluminiſue,repręſentant.

¶Inſinuat hac parte Gale. non omnes aquas calidas ſua ſponte ſcaturientes, vim bituminis habere,at Georgius Agricola lib.1.de ortu & cauſis ſubterraneorum,à ſolo bitumine ſentit, aquas fieri calidas,dicit enim ſulfur ab aqua accenſum cito extingui,ſubdit non nego tamen ſulfur ſiccum, ſi quod eſt, vt ſæpenumero eſt ad latera canalium in eiſdem locis ardentibus,qui eructant calidas, non minus bitumine ardere,atq; etiam aliquas partes calfaciendi aquas ſuſcipere,ſentit porro agricola,ab igne qui eſt in terræ ſubterraneis aquas calefieri, & alimentum huius ignis eſſe bitumen. Solenander ſulphur eſſe alimentum ignis contendit, ſed à nemine poteſt definiri, quòd hæc duo ſolum ſint ignis alimentum,nam multa ſunt in abditiſsimis terræ penetralibus,quę homines quāuis oculatos latent,terra enim poteſt eſſe ſua natura pinguis,quę facile inflāmetur,citra hoc quod bituminis vel ſulphuris quicquàm habeat,non apparet pinguis terra quæ nutrit oleas & amygdalos,& abietes,& pinos,quis tamen diffitebitur,quod alimentum quod ijs arboribus irrogatur pinguefiit,& quod ſi excretum eſſet poſſet accendi, quid mirum igitur,quòd in terræ abditiſsimis ſit terra pinguis,& facile inflammabilis,apud Gregorium Nazianzenum.1.lib.theologiæ fontium calidorum aliam cauſam vidi,hic enim ob vehementem motum dicit aquas calefieri,ſic enim inquit: aquę thermarum dum violenti flatus impulſu erumpere geſtiunt, interueniente materiæ obiectu, reuerberantur,donec eluctationis motuſq; impreſsioni impetu feruefcentes, pauliſper qua datur perrūpant.ſed data venia non eſt cur huic rationi acquieſcamus,cum aquæ ex motu nunquàm calorem contrahere ſolent.

Qualis in raucedine deſtillatione catharroq; conſpicitur,

¶Frequens eſt autoribus latinis,per deſtillationem intelligere affectionem dictam catharrum,de qua re.3.lib.de Sympt.cauſis.hac parte vero quam exponimus, videtur ſumpſiſſe deſtillationē pro brancho.

Eſt vero non ſpernendus Aeſculapius,qui multas ſcribi cantinellas,& melodias quaſdam inſtituit ijs, quibus vehementiores animoſæ partis motus,corporis temperamentum iuſto calidius efficerent.

¶Adſtipulantur ijs ea quæ dicit Athæn.14.lib. cap.10.qui ait, Cliniā pythagoricā quando ob iracundiam ſe grauem contigerat,lyram accipiens eam pulſabat, alludit etiam quod de Achille dicit Homerus, quòd cithara leniebatur. eadem parte dicit Athenæus ex ſententia Theophraſti quòd iſchiadicos iuuat tibiæ ſonus,idem ſcribit Gellius cap.13.quarti lib. non video vero cur hæc muſica potius ſit auxiliatura coxendicum dolore laborantibus,quàm alijs.iuuare vero ab ſtellonc moſos tibiæ ſonum,multorum experientia diebus genialibus probat Alexander ab Alexandro.

De nutrice ipſa,non minimam habendam eſſe curam.

¶Nutrix debet eſſe,vt dicit Aetius boni habitus,iuſtę magnitudinis,vbera habens moderata,non enim eſt probanda ſententia Pauli Aeginetæ,qui māmoſiorem commendauit. debet eſſe caſta,ſobria

UVA. BHSC. IyR_342

bria, manſueta, & hilaris, vt eadem parte dixit Aetius, addit Hierony. epiſt. ad Lætam, quòd non ſit temulenta non garrula.

Lac ſit intuenti candidum.

¶Ariſt. lib. 3. de natura. animal. cap. 21. lac quod liuorem trahit vti magis cõcoctum probat. ſi admodum frigido temperamento ſit infans vtile illi erit huiuſmodi lac alias præſtat candidum.

Vel hoc ipſo teſtificante natura, ad muſicam eos & exercitia ſuopte ingenio eſſe propenſos.

¶Alexander aphrodiſeus ſectione prima proble. prob. 4. ideo dicit infantes muſica conquieſcere, quia muſica ſicut quælibet alia ſcientia homini ingenita eſt, tenet enim cum Platone, ſcientias eſſe recordationes. Cæterum quandoquidem ad exercitia nihilo ſetius ſunt propẽſi infantes, quam ad muſicam & exercitium animæ non eſt ingenitum, male ex hac propenſione quę in muſicam eſt potuit colligere Alexander muſicam homini eſſe ingenitam, ille tamen pro re indubitata aſſumpſit ſcientias, eſſe recordationes, quo aſſumpto ſua ratio non eſt ſpernenda.

Huius ergo ſicut nullum ex animi moribus corrigere, ſic eos ne quo vitientur ſeruare oportet.

¶Quæſtio eſt inter philoſophos. an virtus ſit ingenita, vel diſcatur. de qua re Plat. in protagora & lib. de virtute. in hac parte Gale. eorum opinioni videtur accedere, qui ingenitam eſſe virtutem dicunt. non tamen ille negauit. & educatione virtutem acquiri. quod colligitur ex multis locis, præſertim ex ijs quę dicit lib. de corrigendis animi peccatis.

Quando iracundia, fletus ira, triſtitia cura immodica febres accẽdũt.

¶Longe aliter hic ſumpſit iracundiam, quam. 6. lib. de Decretis, qua parte dixit, iram operationẽ eſſe iracundiæ. hac vero parte quam exponimus, ſumpſit iracundiam Gale. pro anxietate, vt Cice. 4. quæſtione tuſculanarum.

Quod experientia doctæ mulieres faciunt, primo panem, mox legumina, ac carnem prius commanſa, puellorum oſculis immitentes.

¶Aetius dicens morſum hominis homini eſſe venenoſum inſinuat, ſaliuam vnius hominis alteri eſſe venenoſam, quare non probaſſet, quòd cibaria maſticata puellis præberentur.

Nam quis quęſo noſtrum tulerit ẽditum infantulum etiam ab vtero calentem, ad flumen deferre?

¶Hanc quam Germanorum conſuetudinem dicit eſſe Gale. probat Ariſto. 7. lib. politico. tradit Strabo, Germanos exploraturos, an fœtus legitimo toro conceptus ſit, in rheni fluentis alueum infantem faſcijs conſtrictum præcipitare, qui ſi peſumiuerit, pro ſpurio repudiatur. Credidit porro Lodouicus Viues. 2. lib. de veritate fidei chriſtianæ, eſſe homines qui in aquis ſint geniti, & nutriti. homines ſcilicet marini, dicitq; ante annos decem, viſum eſſe hominem in Battauia in mari genitum. & iam cepiſſe fari, ſcribit & ad mare remiſſum, quia in terra ægrotabat, putauit quidem viues quos vocat tritones Plinius, eſſe homines, qua in re maxime fuit deceptus. de duobus rritonibus pulchram hiſtoriam narrat Alexander ab Alexandro. ſuis diebus genialibus. hos tritones ſuo tempore dicit eſſe viſos.

Vinum quàm diutiſsime, qui ea natura puer eſt, ne guſtare quidem ſuaſerim.

¶Non omnibus pueris ſed ijs qui admodum calido ſunt temperamento, vinum Gale. hac parte inhibet: nam libro de ſalubri diæta. vinum pueris non interdicit, quare Matthiolus Senenſis nõ debuiſſet Cõmentarijs in. 5. lib. Dioſcoridis ſcribere, quòd ex ſententia Gal. vinum eſt interdicẽdum pueris & adoleſcentibus vſq; ad vigeſimum annum.

A frigidæ potione omnino prohibendos pueros non cenſeo, quod tamen aliqui faciunt, verum à cibo plerunq;, & per calores, cum ipſis cordi erit vti non diſplicet.

¶Vt

UVA. BHSC. IyR_342

¶Vt lib.8.Method.declaratum eſt,Gale.potionem à cibo eſſe exhibendam ſentiebat,& non inter epulas,idem hic eſſe faciendum inſinuat,inſinuat etiam,per calores citra cibũ licere bibere, quod graue erratum multi putant,ad omnia hæc multum facit conſuetudo.

Aqua eſt praua cuius fons è petra ſcaturit.

¶Idem ſcripſit Hippocra.lib.de aëre & locis,quare errauit Tiraquellus qui lib.de nobilitate,tractans de dignitate medicinę,dixit Hippoc.aquam è petra ſcaturientem laudaſſe,idemq; dixiſſe Columellam dicit, ſed certe id non dicit, ſic dicit Columella, huic proxima fluens aqua è montibus oriunda,ſi per laxa præceps deuoluitur,quibus verbis nõ laudat,quòd ex ſaxis ſcaturiat,ſed quòd deuoluatur per laxa.errauit tamen Columella, qui aquam ciſternæ prætulit aquę fontis. nec Auicena aliud quàm Columella voluit licet illud aliqui illi tribuant. duras eſſe aquas dicit Hippocrat. quę naſcuntur vbi eſt æs,aut argentum,aut aurum, vnde patet parũ illum fidere vi cordiali quam aurum poſſe præſtare aliqui dicunt.de aquis abunde lib.de aëre & aquis ille.

Quod autem in venis & arterijs excrementum aceruatur,eiuſmodi plane eſt,quale in lacte concreto ſerum.

¶Hac parte Gale.inſinuat lotium eſſe excrementum venarum & arteriarum, & non hepatis.nam ſupra duplex eſſe hepatis excrementum ſcripſerat, porro in humoribus quos ad venas demandat hepar,iam eſt lotium:ſed non ſic ſecretum & elaboratum,vt in venis quarum opera fit,vt integrã formam ſuſcipiat, ad eum quidem modum quem de excremento primę coctionis diximus,quòd etiam ſi ventriculus tempore quo gignit partes quæ alere debent gignat retrimentoſas,hæ quouſq; in inteſtina delabuntur, integre ſtercoris formam non ſuſcipiunt, ſcio hæc ab alijs aliter exponi, ſed Gal.autoritati & rationi ſunt ſatis conſentanea. Theophilus porro protoſpatorius. Epitomæ anotomiæ nulla ratione anniſus dixit vrinam in renibus gigni.

Reliquum excrementorum genus, in ſingulis animalis particulis naſcitur,ex ipſo vnde aluntur ſucco,

¶De ſudore loquitur.melius hic dixit naſci ex ſucco quo particulę aluntur,quàm.1c.de Simp.medica.facul.cap.de ſudore.qui dixit ex bibito humore eius conſtare generationem. ſed quia ſudor eſt excrementum humidum,ideo excrementum potionis ſicut vrina dicitur.plurima enim ex parte ex potione hęc procedunt.

Secundus liber de Sanitate tuenda.

LAborem excipere debet cibus, potio, deinde ſomnus mox venus.

¶Cibus qui laborem debet excipere apud Gale. eſt cœnã, quæ vt alio loco dicetur,in multa maiori quantitate,quàm prandium erat. porro ventriculo tam pleno,concubitus non poſſet nõ eſſe noxius. Aetius vero à cibo venerem laudat,quia imperat modicum cœnare, ijs qui ſunt concubituri,loquutus quidem fuit ille, iuxta quorundam medicorum præceptum,quorũ problematũ.Sectionis.3.memoriam facit Ariſtot. qui parcam cœnam congreſſuris adhibendam monebant. parca vero cœna cito concoquitur,quare pauco tranſacto interuallo tuto venus poteſt exerceri: ad quem modum etiam exponemus dictum Pauli, qui ante ſomnum oportunius tempus veneris dixit.etenim ſi paucum cibum longus conſequatur ſomnus,eſurient membra,quare tunc magis cibi quàm ſeminis excretionis erunt indiga. Cæterum quando Paulus dicit quòd à cibo,& ante ſomnum veneris occaſio eſt oportunior, non abludit Aetio paucum ſomnum ante venerem imperanti,vult vero Paulus,quòd antequàm ſomnus expleatur,ſit concubendũ, vt ſubſequens ſomnus laborem ex coitu contractum relaxet. in ijs explicandis mirum quantum aliqui ſe torſerint, quia non conſiderarunt,aliam cibi quantitatem præſcribi Galeno ad cœnam,quàm alijs autoribus.

Venus ætate tantum florentum eſt, vticq; quo tempore eius vſus eſt,

UVA. BHSC. IyR_342

eſt, quæ enim hanc ætatem præcedunt, vel ſequuntur, aut plane ſemen non effundunt, aut certe infœcundum, aut male fœcundum.

¶Et decimo anno natos aliquos habuiſſe ſemen fœcundum, lib. de natura humana à nobis enarratum eſt, & noſtra ætate aliquos vix completo ſecundo ſeptẽnio genuiſſe vidimus, ſicut & alios ſeptuaginta annos natos. quare non eſt in perpetuum verum quod dicit Gale. Cæterum id quod dicit, quòd ſemen eorum qui ante florentem ętatem vel ſequuntur eſt male fœcundum. alludit ſententię Ariſtote. qui ſeptimo polit. cap. 16. dixit. ſeniorum fœtus quemadmodum iuuniorum imperfectos eſſe, & corporibus & intellectibus & eorum qui ſenuerunt irrobuſti, parum id prętenti ſeculo conſideratur, plurima quidem ex parte imberbes ſunt qui ad nuptias accedunt. quo fit vt plurima ex parte fœminiæ gignantur.

Plectorici ſunt, qui ſuccis æquabiliter ſe habentibus nimiũ abũdãt.

¶Et abundante ſolo ſanguine inſinuauit eſſe plectoram lib. 2. medica. locali. de qua re ibi, & libro de multitudine.

Præterea ſaltus, diſci iactus, tum coryco folle pila.

¶Vnde claret, à pila follem eſſe diſtinctam, quòd etiam in pilarum genere follis non fuerit antiquis numeratus, colligitur ex Martialis Diſtichis, qui ſolum ad exercendum pueros & ſenes laudat follem, at Gal. inter fortes exercitationes numerat quę fit folle, de id genus exercitamentis. vide Cęlium Rodoginum. 11. lib. lectionum cap. 6.

Acceſſorium irę eſt, non eius aſſentia. vltionis appetentia.

¶Qui virili & generoſo eſt animo difficile irritatur, eſt quidem humilium rerũ contemptor, quare leui cauſa vindictam non appetit, iracundus vero quia animo eſt demiſſo, facile irritatur, vel tãtillare vltionem appetit. ſi igitur non omnis qui iraſcitur vindictam appetit, bene dixit Gel. quòd vltionis appetentia eſt acceſſorium irę. certe vt colligitur ex ijs quæ tertio Tuſcul. dicit Cice. eſt proprium iracundiæ vindictam appetere, licet non me fugiat quòd Gale. 6. lib. de decretis dixit, eſſe iram operationem iracundiæ. Cæterum Ariſt. 2. lib. rhetoricorum, proprium irę ſenſit eſſe vltionis appetentiam, ſic quidem definit iram: apparentis vltionis appetitum cum dolore, propter apparentem immerito vel in ſe vel in ſuos contemptum, ſed de ijs tertio Epid. plura.

Liber tertius.

Ponte natas appellant, quarum aliæ medię temperie, aliæ feruentes, aliæ tepidæ, aliæ omnino frigidæ ſunt.

¶Eſſe aquas medicatas frigidas, colligitur ex Celſo lib. 4. cap. 5. & ex Plin. lib. 31. cap. 2. id genus ſunt cutiliæ & ſubcutiliæ, hęc aquæ frigidę medicatę aliquando ſunt nitroſe aliquando aluminoſæ. Cæterum has aquas medicatas ſponte natas appellat Galen. ad differentiam aquarum medicatarum quę arte parantur, quare non eſt cur miratus fuiſſet Solenander lib. de fontibus calidis, quòd ſponte natas aquas Gale. vocaſſet.

Inaudienda coquendi facultas eſt, non ea modò, quæ in ventriculo, aut venis, aut iocinore agitur.

¶Non intelligas ex ijs quæ hac parte dicit Gale. illum diſpeſcere vim concoquendi venarum à vi coquendi hepatis, velęq; concoctiones harum partium genere differre, lucis quidem maioris gratia, appoſuit coctionem venarum & hepatis.

Sane cogit clauditq; tum frigida, tum feruens aqua.

¶Feruens aqua quatenus exhaurit humiditatem natiuam, facitq; primo occurſu refugere ad intima humiditatem natiuam, claudit ſpiramina carneſq; denſat.

Quartus liber.

UVA. BHSC. IyR_342

AEquæ immodicas exercitationes laſsitudo excipit ſanorũ ſympthoma eſt, quæ vero ſine ijs morboſum.

¶Fuſius ſumit hic ſympthoma Gal. quàm primo Metho. vbi ſympthoma ad ęgrotantes ſolum pertinere dixit, ſic enim ait, quæ conſtitutionem vnde actio naſcitur proficiſcuntur, ſanis quidem nobis accidentia, ægrotantibus ſympthomata nuncupantur.

Quòd ſi quis propter ætatem vel timiditatem, permittere ſe medico, ad ſanguinẽ vllo modo detrahendũ nolit, huic deijcienda aluus eſt.

¶Hac parte fecit mentionem Gale. de ijs in quibus ſanguis eſt copioſus, reliquus ſuccus exiguus. mirum tamen alicui videbitur, quomodo redundante ſic ſanguine, quæ largiter aluum deijciant exhibere monet, cum hæc ſanguinem ipſum mouere & accendere valeant. vnde febris facile poteſt excitari. ſed attende cum audis, quòd aluus eſt largiter deijcienda, quòd non intelligit quòd vniuerſum corpus eſt purgandum ſed aluus, & membra quæ ſunt circa ventrem, quæ forti clyſterĩ vel medicamento leni largiter purgantur, expurgatio quidem alui maxime confert, ne à venis humores quæ ibi aſsident, attrahantur, qui attracti crudos vel prauos humores poſſent adaugere, ex purgatiſq; venis quę ſunt circa aluum, trahunt illę ſanguinem ex venis vniuerſi corporis, quo fit vt ſanguis qui copioſus erat decreſcat, ex ijs vero quæ dicit Gale. potes videre, proprie nõ quodlibet ſanguinis auctum eſſe plethoram, poteſt etiã colligi, quòd licet venæ ſectio inhibeatur, quando crudorum humorum magna eſt copia, non tamen quando ſemicrudi humores per corpus diſſeminantur.

Nil eſſe quod æque concoquat ea quæ concoqui poſſunt, & malos ſuccos per halitum digerat, vt ſomnus à balneo.

¶Duodecimo Metho. magis digerere vigiliam quàm ſomnum inſinuauit, at à balneo quia meatus & ſpiramina ſunt maxime patefacta, ſomnus valenter digerere valet.

Olerum ſola lactuca eſt exhibenda.

¶Neq; hæc qñ in diſpoſitione de qua loquitur humores ſunt crudi, vel ſemicrudi eſt ſatis vtilis.

Si in laſſo corpore ſanguis bonus exiguus ſit, crudi humores plurimi, huic nec ſanguis mittendus, quippe inciſa vena bonum ſanguinẽ emittit, malum qui in primis maxime venis circa iecur & meſenterium colligitur, in totum attrahit corpus.

¶Ex hac parte colligitur, Galenum voluiſſe, in venæ ſectione, venam ſectam expellere ſanguinẽ, & attrahere. iuuat etiam ad fuſionem vitatio vacui, accedit quòd ad partem vulneratam natura ſupetias mittit, mittit prȩcipue illa pars quę maiorẽ conſenſum cum vena habet, quapropter directio eſt ſeruãda, quia ſic inter partẽ attrahẽtẽ & mittentẽ maior eſt cõſenſus, ſed de ijs alibi plura.

Quanquam poteſt qui volet, & ex pluuia aqua apomeli conficere, ipſeq; ſi pluuiam aquam probarem, id ſuaderem.

¶Non ad omnes vſus improbat aquam pluuiam, ſed ad hanc confectionem, ſi enim illam prorſus damnaſſet, nec diacodion aqua pluuia conficiendum ſeptimo localium docuiſſet.

Sicuti igitur in quarum venis, & præcipue in primis crudorum copia erat, ijs eſſe à calidis cauendum cenſuimus, veriti ne huiuſmodi ſucci in habitum corporis pertraherentur.

¶Hinc claret, quanto in errore verſantur, qui inter initia ad deobſtruendũ iecur, vel lienem, vel in principio febriũ quę ex pituita pendent, ſyrupos qui vehementer calfaciunt exhibent.

Quamobrem medicamentum quod Dioſpoliticon vocant, craſſius facere ſoleo, quoties deijcere aluum per id ſtudeo.

¶Idem in diacimino faciẽdũ eſſe putãt multi, nihil tñ eſt in diacimino qđ deijcere aluũ poſsit, quia vero qui cruditate laborãt, nõ ſolũ ventriculũ, ſed & mẽbra quę circũ illũ ſunt, humores crudos & flatu-

UVA. BHSC. IyR_342

flatulentos habent, præstat cuminum subtile vt penetrare facilius possit, quàm crassum esse.

Siquidem id quoq; potest cum aliquo cibo mistum sumi, ita vt iucundum vtenti sit, post cibum tamen nunquàm nec hoc medicamentũ, nec aliud vllum quod ad distributionem vehementem faciat, sumendum est.

¶Ex hac parte colligitur, medicamenta qualia sunt aromaticum rosaceum, & electuarium diarhodon licere à cibo propinare, licet quidam Fontanonus cap. de epilepsia cõtrarium monuerit, cæterum medicamẽta fortia, vt electuarium diospoliticon, theriaca non sunt illico à cibo propinanda, est vero annotandum, quòd cibo non interdicit miscere medicamenta id genus Gal. quia horũ vehementia cibo obtundi putat, vnde non tam valenter distribuere poterunt.

Vel venam incidere vel malleolum scarificare.

¶Malleoli nimis excarnes sunt quare non bene scarificantur, intellige igitur carnes illas musculosas quæ sunt incrutibus.

Et nisi quid aliud vetat ad animi defectum vsq; sanguinem detrahere conuenit.

¶Ad animi vsq; deliquium in magna plectora sanguinem mittere hac parte mõnet Gale. idemq; monuit lib. de sanguinis missione, sed id est faciendum, articulis carpo admotis, vt virium inspiciatur robur, putare vero quòd Gale. nunquàm voluerit, quòd vsq; quo animi defectio sequatur fiat sanguinis missio, eorum est qui illius scripta nec summis (vt aiunt) labris degustarunt. Cæterũ nec ille voluit, quòd existente sanguinis plenitudine & viribus valẽtibus semper mittatur sanguis vsq; ad animi defectum, nam aliqui tam difficile in animi deliquium incurrunt, quòd etsi decem libræ sanguinis extrahantur, illis non subsequitur animi deffectus, vult tamen quòd si sanguis qui extrahitur non videtur tibi sat esse ad demendam plenitudinem plus extrahas, tantum scilicet, quantũ præsenti multitudini conuenire censes, nisi ob animi defectum vltra progredi tibi non liceat.

Quintus de Sanitate tuenda.

VOs ex leui causa vertigines, comitiales morbi, male habent: ijs inclinato capite dorsoue, aut humi volutatis, exercitari non expedit.

¶Monet hoc, ne cerebrum offendatur, fiatq; ad cerebrum humorum confluxus. Cæterum Hippocrates & Epilepticis modum sedendi aliquos adhibuisse dixit, vetabant quidem vt dicit libro de sacro. morbo. ne pedem supra pedem Epilepticus haberet: inepte hoc illis erat creditum. porro Diuus Basilius lib. de exercitamentis. comitati & vrbanitati attẽdens monuit, quòd pedem supra pedem quis non poneret, idq; Pythagorici etiam monebant, vt libro de vitiosa verecundia dicit Plutarchus.

Quibus operibus arte opus est, ea ne attingere quidem senes debebunt, non tibia sonare, non cithara, non magis quæ in palæstra gerũtur qui luctæ sunt ignari.

¶Sonare cithara, non videtur ob quid senibus tantum officiat. sed si aduertis, non vult Gal. quòd hæc non attingat senex, sed quod non aggrediatur discere opera, quæ arte egent. minus dociles sunt senes, & nimis discendo fatigantur: at si senex iam citharæ pulsandę peritus est pauca adhibita cogitatione, congrue citharam pulsabit. quòd si & hanc cogitationem illi incommodam sentis, quid dices de ludo latrunculorum, qui tam anxiam cogitationem requirit. cuius quidem ludi senes maxima ex parte sunt magis studiosi quàm iuuenes. Socrates porro senex & fidibus operã dare cœpit vt habetur in Eutidemo Platonis.

Porro non vetem vinis quæ melle condiantur, senes vti: maxime quibus suspitio est podagræ.

UVA. BHSC. IyR_342

¶Nunc pro ſummo remedio habetur, à vino abſtinere, pro præcauenda podagra. at Gale. non tutum id in ſenibus iudicat, qui vina generoſa melle cõdita illis non interdicit, vina hæc leniunt ventrem, quare non ſic poterunt offendere ac vina generoſa, quæ melle non ſunt condita.

Præterea aues hæ quæ extra paludes ac flumina ſtagnacꝫ, ſalita vero omnia meliora recentibus ſunt.

¶Textus aperte deprauatus, quem miror tam oſcitanter omnes præteriſſe: ad quem caſtigandum & illius falſitas tyrunculos excitaſſe debuiſſet, quando & tonſoribus eſt notum, ſalita eſſe peiora recentibus ad ſenes alendos. vbi enim habetur ſalita legendum eſt aëre macerata, vt ſit ſenſus prædictas aues aëre ſuſpenſas eſſe ſenibus vtiles: de ijs quidem auibus loquens libro de attenuante victus ratione dicit. præſtat eas vno die aſſeruari poſtquàm mortuę ſunt, vt earum durities corrigatur, idipſum voluit parte quam exponimus, at ſcriptor vel interpres cum recenti opponatur ſalitum & aëre maceratum, illud ſcripſit vel vertit, qui hoc ſcribere vel vertere debuiſſet.

Nam etſi quando ſolum cum pane ſumitur, tum citius ſubducitur. tum minime eſt flatulentum.

¶De lacte aſinino loquitur, quod cum pane exhibere ſoleo ego emaciatis, & mire illis prodeſſe video.

Et vrinas moueri quotidie conuenit, non tamen pharmaco, ſed apio & melle.

¶Melius lectio haberet antidoto, quàm pharmaco, quia apium & mel inter pharmaca numerãtur.

Similiter & terebenthi reſinam: ſumitur ea aliquando nucis ponticę magnitudine, aliquando duarum triũmue.

¶Deeſt nobis hæc reſina: qui magnam copiam habemus abietinæ cuius eſt creberrimus vſus ad abſtergenda viſcera, & præcauendum dolorem renum & articularem, quam certe in paſsionibus neruorum mire conducere vidi.

Quo fit, vt ipſi ſi qui ſunt, quibus in diuturnis morbis venter ſiſtitur, quibuſcꝫ poſt longam infirmitatem, in conualeſcentia ſimilis affectus incidit, ijs aluum duco, non acribus per inferiora infuſis, ſed tantum oleo.

¶Conſilium tanto autore dignum, etenim quia ſenes de quibus loquitur, & conualeſcentes, & hi quibus in diuturnis morbis venter ſiſtitur inteſtina nimis excicata, & ſtercus aridum habent, efficacius ſolo oleo infuſo, quàm fortibus clyſteribus euacuantur: nam quæ vehementer purgant, exiccant multum, & etiam ſi ex copiola deiectione nonnulli impreſens gaudent, poſtea triſtantur: nam quanto amplius ſunt vacuati, tanto ijs venter ſequentibus diebus compeſcitur, vt hac parte dicit Galenus.

Sextus Liber.

Iam ſi tertia quocꝫ corporis affectio eſt, quam neutram Herophilus appellat.

¶Herophilus & aliqui medici quos ſexto libro cap. trigeſimo quarto allegat Dioſcorides, neutram affectionem admittunt, quibus hac parte non contradicit Gale. libroꝫ artis medicinalis huius affectionis non minus quàm reliquarum duarum mentionem fecit. Plato libro de voto, & Ariſtot. in cathegorijs, nihil eſſe medium inter ſanitatem & ægretudinem docent. quodcunque porro de hac re tibi viſum fuerit, citra errorem poteris aſſerere, quadrat tamen rationi, maioris lucis nomine, & antiquos autores interpretandi cauſa, quòd neutra affectio admittatur.

Calida

UVA. BHSC. IyR_342

Calida temperatura dentes ædit citius, & citius articulatam vocem profert, & citius ingredietur & singulis annis ad portionem increscet.

¶Pli.scripsit.11.lib. cap.51.qui clarius fari cœpere, tardius ingressum inchoare,iuxta cuius sententiam,dicet aliquis non quadrare,quòd ijs qui sunt calido temperamento sermo & ingressus celeriter incipiant,maxime quòd vt monstrat experientia, mulieres quę sunt frigidiore temperamento quàm viri,citius articulatam vocẽ ædere.quo enim ijs iudicium quàm viris aduenit celerius, hoc citius sermonem proferunt.prudentia quidem est quę linguam dirigit,estq; ipsa lingua prudentiæ ministra,quia enim mulieribus est minor viuendi meta quàm viris,ideo minori spatio transeũt ętatem infantiæ.Cæterũ licet hoc verum sit,non est diffitendum,calidam temperaturam agere ad maturandum sermonem & ingressum: quare quo mulier est calidior, hoc citius sermonem profert, citiusq; ingredietur. ex ijs vero quæ in fine partis quam exponimus dicit Gale.colligitur, non oẽs homines ad portionem increscere, alias non diceret,quòd hoc conuenit ijs qui calido sunt temperamento, & in alijs qualitatibus modice se habent. etenim qui admodum frigido & humido sunt temperamento, in prima ætate parum crescunt, estq; calor in ijs tam hebetatus,quòd vix potest se erigere & membra augere, victa tamẽ retrimentitia humiditate,amplius corpus augetur.ijs porro qui frigido & sicco sunt temperamento contrarium accidit, quo enim ortui sunt propinquiores, magis crescunt.seruata quidem proportione, quam in alijs quidem seruari videmus. si igitur non in omnibus temperaturis ad portionem fit incrementum, sequitur non esse perpetuum, quòd dixit Arist.1.lib.de generatio.animal.cap.18.qui quinquẽnio corpus in homine dimidium capere dixit,loquutus fuit ille ad mentem quorundam philosophorum, quos dialogo septimo de lege memorauit Pla. qua parte ait,quidam dixerunt,corpora humana à primis quinq; annis in reliquis viginti in duplum non crescere,hæc ille,in quibus acutius quàm Arist.fuit loquutus,Aristote. vero inaduertentius Plinius, qui.7.lib.cap.16.dixit, in trimatu suo cuiq; dimidiam esse mensuram staturæ certum est, sed vitio scriptoris forsan, pro quimatu fuit scriptum trimatu. sed ab alio autore debuit mutuare illud Plin.si quidem & Diuus Basilius qui Græce scripsit, idem cum Plinio decima homilia ex Examero docuit.

Quod ad ipsius temperamenti rationem attinet,qui maxime sunt humidi,ij maxime sunt longęui (parum infra) nam quanquàm in principio sit deterius,tempore tamen reliquis præstantius euadet.

¶Qui temperatura maxime humida sunt, in puerili ætate fluxionibus & putredinis morbis sunt obnoxij, procedente ætate illa humiditate attemperata optime degunt, etenim quando ij qui in infantia erant maxime humidi,ad ętatis vigorem veniunt,fiunt temperati, vel prope ad temperamentum accedunt,si hæc perpendis,videbis quę hac parte dicit Gal.non contradicere ijs quę scripsit.1.lib.de temperamentis,vbi temperamentum calidum & humidum aeris vituperat, quo nomine & hominis temperamentum calidum & humidum erat vituperandum.etenim quàndo humiditas maxime viget,vt in primis ætatibus dicit Gale. verum est quòd hominis temperatura calida & humida morbosa est, vt est etiam calida & humida temperatura aeris sequentibus vero ætatibus, qui hac dotantur temperatura melius degere dicit,quia iam redundans humiditas cuius occasione erant morbis obnoxij est absumpta, quòd si aer qui est calidus & vehementer humidus attemperatur, idem de illo sicut de hominis temperamento calido & humido dicemus,quia ijs non attenderunt multi animũ,mille absurda fuerunt professi,cæterum si quę vero hac parte dicit Gal.annotasset Argenterius,non diceret in Gale.lib.de signis demonst. quòd natura temperata est mutanda in humidam,etenim post adolescentiam idem docet Gale. faciendum, quia tunc non est timor de multa redundantia humiditatis,primis vero ętatibus multa humiditas redũdat,quę humiditas multis morbis pueros facit obnoxios,quare optimam iudicat naturam,quę huius humiditatis tantam redundantiam non habet.nec calidam & humidam temperaturam laudat Gale. sed humidam cum mediocritate caliditatis. quare male faciunt qui ex hoc textu volunt probare,quos vocant sanguineos esse diuturnioris vitæ quàm tẽperatos. est etiã notandũ, q Arist.prob.9. Sectio.14.insinuare videtur,siccam naturam diuturniorem esse quàm humidã, quærens quidẽ cur diutius viuunt qui

UVA. BHSC. IyR_342

locis calidis degunt,respondet,an quia natura sunt sicciore, firmius autem diuturniusq; quod siccius est,adstipulatur Aristo.experientia,videmus quidem homines natura siccos, salubrius alijs viuere.porro non est dubitandum,qui temperamento sunt humido. ratione temperamenti esse diuturniores,sed quia qui temperamento naturaliter sunt humido, facile ascisc unt humiditatem acquisititiam,ob id hi solent morbos putredinis incurrere, qui illos ante senectutem solent iugulare. siccitas quidem temperamenti quæ excludit humiditatem ascititiam,est virtuti ascribēda,& hoc potest in suo prob.Aristo.probare, siccitas vero quæ humiditati natiuę opponitur tantum abest quòd vitæ durationi prodit,quòd illa est vitæ integra corruptela.

Illud tamen considerationem desiderat, semel ne die an bis sit ijs qui huiusmodi vitam agunt comedisse ex vsu.

¶In hac parte Gale.aperte insinuat, suo tempore homines non semel duntaxat in die vesci solitos.Cæterum & ex antiquorum monumentis idem colligitur, vt videre est apud Hippocra. lib.3. de victus ratione,& apud Aristo.11.proble.3. Sectionis, & apud Xenophontem in Oeconomico, sat erit citare quæ dicit Hippoc. hic quidem parte citata dicit, quòd qui bis fuerit assuetus bis comedat,idem etiam elicitur ex ijs quæ dicit lib.3.de diæta,qua parte prandium aliquibus permittit: hoc tamen est asserendum,quòd antiquis non fuit præcipuus cibus prandium, quod colligitur ex ijs quæ dicit Celsus lib.1.in procœmio,vbi ait famem facilius fert adolescēs quàm puer,facilius vno cibo quàm prandio quoq; assuetus, hocq; corroboratur ijs quæ dicit Hippoc. lib. 3. de diæta:in hyeme primo quidem semel tantum in die cibum capere conuenit, id si fieri non potest, modicū prandere.cœnam tamen pro prandio,& prandiū pro cœna antiquis capi, colligitur ex ijs quæ dicit Athenę.5.lib. Dipnoso.cap.3.cui adstipulatur Di. Grego. homil.in euangeliū Matthęi cap.22. qua parte ait,quòd cum hora nona veteres semper edebant, prandiū vocabant cœnam.si consuetudo erat tam sero prandere,forsan ob id tunc temporis ieiunantes nō edebant nisi ad vesperam, quod colligitur ex ijs quę dicit Di. Hieronymus epistola ad Eustochium de custodia virginitatis, an vero quod nos vocamus cœnam,prandium antiquis semper diceretur, & quod vocamus cœnam diceretur vesperna vt festus inquit, non meū est definire,de Romanis non loquor.scio apud Hippocratem antiquissimum autorem pro cibo vespere vel noctu assumpto cœnę nomen vlurpari,in quem sensum dicere solebat Alexand. (vt in eius vita dicit Plutarch.) se prandium obsonare nocturno itinere,& cœnam tenui prandio: quidam etiam in Xenophontis Oeconomico dicebat, se leuiter prandere,vt cœnę det locum:& sane vt infra probabimus,antiquorū prandiū tam leue erat,quod vix poterat impedire prȩcipuū cibum, qui cœna erat, sic scribit Plini. nepos Macro.quòd suus auunculus interdiu cibū facilem & leuem more veterum sumebat, vide quòd antiquorū prandium erat frugalissimū, non dignū comparari cū cœna,atq; quia cœna erat prȩcipuus cibus,sic qui semel in die edebat solum cœnabat,quod sic in vsu fuisse Plinio iuniori colligitur ex epistola eius ad Fuscū, erat mos multis diuitibus prima partis nocte prādere,& appetente luce cœnare,quorū consuetudinem reprehendit Seneca.21.lib. epistolarū epistola. 123. qui epistola. 84. clare insinuat,cibum qui pro prandio sumebant antiqui tam leuem esse, quòd minime merebatur comparari cū cœna.de suo prandio dicit:panis deinde siccus & sine mensa prandiū.sed ad diuerticulum redeamus. porro quòd cibus qui prandio sumebatur in pauca esset quantitate, colligitur etiam ex ijs quę dicit Gale.7.Metho.qui ait,primam cibationem non debere esse ex valentiore alimento,vt celeriter coquatur. sitq; ventriculus ad secundum cibū suscipiendum aptus, subiungit, atq; quoniam non solum quies et somnus, sed longius etiam tempus huius naturalem administrationem excipit,rationabile est,vt valentiores ciborū hoc maxime tempore offerantur, hæc Gale. quòd etiam antiquis fuerit prandium leue, nec dignū quod cū cœna conferatur, colligitur ex ijs quę dicit Plutarch.qui.6.proble.6.decadis.symposia. dicit,prandium & ientaculum apud veteres idem significabat,eratq; solus panis mero imbutus. Cæterum ex autoritate Gale. proxime citata colligitur inter suū prandium & cœnam,non tantam tūc interfuisse intercapedinem, vt inter nostrum prandium,& nostram cœnam:est vero notandum quòd cum exercitio multum indulgebāt antiqui,& pleno ventriculo descendere in palęstram est periculosum,quòd parum prandebant,vt breui fieret concoctio,nec exercitium impediretur,hoc declarat Gale.6.lib.de sanita.tuen.qui inquit ponatur dies ęquinoctialis tredecim horas longus in decima curandi corporis spem esse,hoc

vilum

UVA. BHSC. IyR_342

visum est simplicissimum sumendum esse nutrimentum, quod vtiq; solus est panis, sit autem modus vt decima hora concoctus esse possit, vt si exercitari cupiant eo maxime pacto citra noxam se exerceant, hæc Gale. quę si notas videbis, quòd tam parum cibi prandij loco vel ientaculi accipiebant, quòd vix ad illum summendum accumbere deberent, adeo vt non mereatur dici prandium, fuisseq; Senecæ prandium ad modum quem Gale. describit, iam supra ostendimus, & sane qui non vult nisi vel prandere vel cœnare, melius est vt propter rationes quas ponit Gale. vt ad vesperam cibum sumat & delicato cibo ante per aliquot horas vtatur, huncq; morem multi hodie obseruant, qui ante meridiem bucellam panis vino imbutam, vel aliquod electuarium sumunt, ad vesperam sufficienter ventriculo satisfaciunt, alij ad meridiem comedunt, & cum eunt cubitum aliquod tragema sumunt. Cæterum qui prandio & cœna vult vti, ita vt prandium non sit veluti quoddam cibationis prędudium, sed integra cibatio, vt in Hispania fere omnium est consuetudo, non multũ cœnare decet, quia ex assumpto cibo vix ventriculus est deoneratus, hunc morem seruauit Actuarius, qui libro. 2. de Spiritu anima. prandium maius dicit quòd sit quàm cœna, atq; quia Antiochus & Telephus senes, de quibus memoriam facit Gal. lib. 5. de sanita. tuen. prandebant, & cœnabant, & ad nostrum morem prandebant, non minori cibo vtebantur in prandio quàm in cœna, cibatio enim prima quam sumebat Gale. qua athletæ etiam vtebantur tam tenuis erat, quòd nil ad nostrũ prandium attinebat, fuit tamen aliquorum consilium, quòd largius fuisset prandium quàm cœna, vt melius quidem nocte homines liberis operam darent, à qua sententia non abludit Arist. probl. 11. Sectio. 3. Cæterum qui inuestigat an cœna debeat esse maior prandio male autoritati Gale. de Metho. potest anniti, tam tenue in ea parte ponit prandium, quòd cum cœna non venit cõparandum, quando vero ex ęquo certant, claret propter rationem quam Gale. 7. Metho. ponit, quòd si prandium fuit ad saturitatem, quòd cœna non debet esse in multa quantitate, nam si prandiũ non celeriter coquitur, excrementa non breuiter descendunt (vt ex dictis Gale. colligitur) non poterit multa cœna non officere, si autem quęras, qui vnica cibatione præsertim vtitur, quo tempore erit melius quòd hac vtatur Gale. tibi satisfecit, quòd vespere vt exercitium scilicet non impediatur, & subsequens somnus coctionem possit adiuuare, sed hoc nõ debet esse perpetuum, nec tanquàm perpetuum fuit Gale. assertum, qui enim destillationibus sunt obnoxij vt plurima ex parte sunt senes, quorum calor etiam non ambientis frigiditate iuuatur vt calor iuuenum, melius est vt parum cœnent, ob quas quidem causas forsan senes illi à Gale. commemorati, magis prandio indulgebãt quàm cœnæ. pro ratione enim temporis & consuetudinis præstat cibos mane maiori copia exhibere quàm vespere, vel vice versa: tempore calidissimo & regione admodũ calida accõmodatior hora ad integram cibationem est ante meridiem, non tunc sic aer ęstuat sicut tempore pomeridiano, media quidem æstate apud nos, & post solis occasum æstus vigere solet, estq; tunc temporis non pauca intercapedo à prandio ad cœnam, multiq; & quiete & somno quæ ad cibũ concoquendum parte citata laudat Gale. interdiu vtuntur. quòd consuetudo ad hæc sit attendenda, nemo est qui ignoret, multos vidi qui assueuerunt non cœnare, qui cœnæ indulgent, pessime se habent: alij parum cœnare consueuerunt, quos multa cœna illico torquet. Cęterũ non solum bis sed & aliquando ter & quater cibus est exhibendus, senio confectis & imbecillibus, quia parum concoquere valent, cibus per interualla est porrigendus.

Et eorum quibus bilios⁹ venter est, ex vinis quædam dulcia & quæ mollire ventrem possunt.

¶Non intelligas, quòd simpliciter laudet vinum dulce ijs qui hanc naturam habent, sed quòd potionum sit prima quæ est ex vino dulci, vt ventrem leniat. creber enim illius vsus nocet quia bilescit, quapropter hoc vinum biliosis inhibuit. 3. lib. de ratione victus.

Quibusdam vero pane solo vesci sine obsonio non placet, sed eum cum palmulis, oliuis, melle, aut sale, sumunt.

¶Plin. 3. lib. cap. 7. ait pulmentarij vice vsos veteres sale, esitasse dicit salem cum pane & caseo. porro quòd cum pane & caseo esitauerint salem non fert admirationem. sed quòd cum pane solo (vt hic dicit Gale.) sal esitetur certe est admirandum, est etiam notatu dignum, quòd tempore Plinij qui fuit Galeno ætate prior, non erat mos esitare salem cum pane & caseo. & Gale. dicit quod

UVA. BHSC. IyR_342

ſuo tempore quibuſdam erat mos eſitare panem cum ſale, forſan hoc Aſiæ erat in vſu, & non Romæ, quòd ſi de conſuetudine Romanorum loquitur Gale. legendum eſt forſan in hoc textu cum oliuis melle aut ſale & caſeo. Cęterũ cũ ſal Indus antiquis fuerit ſaccharum, in ſaccharifers arundinibus in India gummi modo concretum, forſan de hoc ſale in hac parte Galen. fuit locutus, niſi velis, quòd ſit legendum ſalgama, vel garum, poſſet etiam aliquis intelligere factitium illũ ſalem quem ponit. 1. lib. de alimen. facul. cap. de lini ſemine, vbi ait: nonnulli ipſo frixo vt abſonio cũ garo, non ſecus ac factitio ſale vtuntur: frixum lini ſemen garo miſtum vicem ſalis habere dicit.

Viſum & circa quartam horam ſimpliciſsimum ſumendum eſſe nutrimentum vtiq; ſolus panis.

¶Hinc liquet, quàm tenue erat prandium antiquorum, liquet etiam nimis frugaliter vixiſſe Galen. cui ſolus panis erat ientaculum vel prandium, ſuper quem nec bibere volebat. quis vero nunc è plebe homo tam ſimplici victu eſt contentus. Cæterum hunc quem Gale. ſeruauit morem, ſeruandum eſſe ijs qui ſunt in ipſo ætatis vigore monet Clemens Alexandrinus. 2. lib. pedagogij cap. 2. qui ait qui ſunt in ipſo flore ac vigore ætatis, cum interdiu prandium ſumpſerint, quibus conuenit vt prandium pane ſolo guſtato à potu omnino abſtineant, vt ebibatur eorum ſuperflua humiditas aridorum vſu, hęc ille ex quibus etiam colligitur, tempore Clementis non eſſe tam frequentem prandij vſum vt nunc, alias non dixiſſet quibus conuenit.

Eſt autem opulentis mulieribus, & quod præſtantius nardino vnguentum ſit, nempe foliatum, præterea quæ ſpicata vocant.

¶Plinius. 13. lib. cap. 1. idem eſſe vnguentum nardinum, & foliatum ſenſit, quem miror cum in vnguento nardino quod deſcribit, non ſit malabatrum, quod folium vocant. Cæterum ex ijs quæ dicit Gale. clare colligitur, diuerſum eſſe vnguentum nardinum ab ſpicato, vnde claret hallucinatum fuiſſe Hermolaum in corolarijs, colligitur etiam ex Gale. non vnam duntaxat eſſe ſpeciem vnguẽti ſpicati, quę ſpicata vocant dicit, & non quod ſpicatum vocant. vnguentum foliatum, & nardinum, & alia vnguenta quæ multum habebant radicis nardi debebant vocare ſpicata. iuxta quę claret illud euangelij vnguenti nardi ſpicati, quo Magdalena vnxit pedes Domini. putans vero Muſa ſuo libello de ſimplicibus, vnguentum nardinum vel ſpicatum eſſe idem vel ſolum eſſe vnam ſpeciem vnguenti ſpicati. dixit quòd legendum erat, non nardi ſpicati, ſed ex ſpica nardi: ſed tacere illi præſtitiſſet, nec mirarer quòd alicui videretur, quòd vnguentum regale, quod citato lib. cap. 2. deſcribit Plinius ſit dictum ſpicatum.

Oleum quod ex roſis tantum ac ſine frondibus confectum.

¶Credo legendum ſine odoramentis, vt enim dicit Gal. 2. lib. de ſimpl. medi. facul. aliqui & cum ijs oleum parabant, quod quidem oleum vim habet calfaciendi, hac vero parte quam exponimus infrigidare cum oleo vult Gale. frondes vero ſunt qui infrigidant, ſunt qui calfacere poſſunt.

Videtur enim tum ipſa tum impellendi tum expellendi vis.

¶Eadem eſt vis quę impellit & quæ expellit, tamen cum à ſede aliquid ſurſum impellitur, quia extra non pellitur, noluit autor illud vocare expulſionem ſed impulſionem.

Abſinthij potio ijs eſt aduerſiſsima, vt quæ pituitoſum ſuccum ipſorum ventri affigat, cum detergendi vim non habeat, quæ adeo ſit eſtimanda.

¶Non negat, quòd abſintium habeat vim abſtergendi, ſed quod non habeat vim efficacem ad humorem pituitoſum detergendum, nam quod detergat humores bilioſos ſupra dixerat. Cæterum & noſtrum abſintium quia non eſt tam adſtringens vt ponticum, ſecurius & ſuffarcinato ventriculo humore pituitoſo poteſt præberi.

Nam calculoſis quæ valde calfaciunt dari nullo modo conuenit.

¶Hoc intelligendum eſt præcipue tempore quo lapis vexat, nam perſeuerante dolore ea medicamenta conueniunt, quæ coli dolore vexatis exhibentur, quę ſatis calida ſunt, hoc colligitur ex ijs quę ſexto lib. de locis patien. dicit Gale.

UVA. BHSC. IyR_342

Liber an ars tuendæ ſanitatis ad medicinalem artem ſpectet.

IDnanq; cuius cauſa fiunt idem eſt ſanitas.

¶Dixerat Gale. quòd multi qui medicinam faciunt ſumunt nomen à membris, quorum præcipue curam gerunt, vt ocularij, auricularij: alij à medicamentis quibus præcipue vtuntur, vt herbarij, quorum eſt herbis morbos profligare: libro vero ſexto vulgarium cõmen. quinto herbarios non hos vocat, ſed qui ſunt herbarum exciſores. Cæterum dicit hac parte Gale. quòd omnes hj in vnum tendunt ſcopum, in ſanitatem ſcilicet. ſunt vero qui contendunt non ſemper hunc ſcopum intendere medicum, quando ſcilicet hectica febre laborantem in frigidam mergit, vt ex febre tranſeat in maraſmum frigidum. porro licet medicus perſuaſum habeat, quòd ex hoc tranſitu ſanitas non poſsit recuperari, quatenus tamen membris eam temperaturam inducit, qua melius poterunt conſeruari, dicitur quodammodo ſanitatem procurare. ornatoriam vero & comptoriam artem tractat medicus, ſed non ex præcipuo fine, ſi nulla quidem ſanitas eſt anniſſa, tractat illa, tanquam artis quædam ornamenta.

Nam prior partitio ignea terreſtriaq; animalia adjici poſtulabat.

¶Inſinuat hac parte Gale. aliqua animalia in igne gigni, quod etiam docuit Ariſto. lib. 5. de partibus animal. cap. 19. vbi ait beſtialæ in medio igne naſcuntur pẽnatę. horum videtur immemor. 4. lib. Meteororum cap. 4. vbi ait: in aqua & terra ſolum ſunt animantia, in aere & igne nõ ſunt, quia corporum materia ſunt, hæc manifeſta videtur contradictio, pro qua diluenda non inuenio quid dicam, niſi quis dicat, in igne cui aliquid terreſtre nõ fuerit immixtum, intelleXiſſe Ariſtotelem in meteorologicis: ignis porro de quo quinto de natura. animal. loquitur habet quid terreſtre ex calcitide lapide, qui in fornacibus multis diebus crematur. Cæterum phil. lib. de gigantibus in igne gigni animalia apud Macedoniam dixit. Seneca etiam lib. 5. quæſtio. natura. in igne animalia gigni nõ negauit, neq; hoc negauit Diuus Auguſt. 12. lib. de ciuita. dei cap. 4.

Quinetiam lini ſemen, ſi in aqua coquas, refrigerantem cremorem efficit.

¶Lini ſemen calidum eſt autore Gale. lib. 8. de ſimp. medica. facult. decocto tamen in aqua, extrahitur pars humidior, quæ aquæ miſta refrigerat.

Liber de differentijs morborum.

AGe igitur ſint prima elementa numero quatuor, calidum, frigidum, humidum & ſiccum. erunt conſequio ægritudines quatuor.

¶Simplices ægritudines quæ partibus ſimilaribus accidunt dicit eſſe numero quatuor, compoſitas eſſe totidem infra profitetur. Cæterum Ioannes Fernel. lib. de abditis cauſis, vltra has, alias partiũ ſimilarium morborum ſpecies ponit, dicit quidem: tria genera morborum membro ſimilari accidere, vnum quod ſequitur vitium materiæ (vt mollities & durities) aliud temperamentum, vt caliditas & frigiditas, tertium formam vt quando labefactatur natiua proprietas, qua dura concoquuntur. hæc ille, ſed omnia hæc poſſunt reduci ad ſimplices qualitates, ex temperatura quidẽ partium euenit vt pars ſit mollior vel durior, atq; ex ipſis primis qualitatibus ſuo modo temperatis & ſecundis qualitatibus, vt puta mollicie vel duritie oboritur illa proprietas, igitur omnia hęc ad primas qualitates reducuntur. attemperatis primis qualitatibus mollicies & duricies, & cætera attemperantur, quare non opus eſt plura partium ſimplicium morborum genera fingere, ab ipſo Gale. poterat Fernel hoc diſcere, qui lib. de cauſis ſympth. dicit: mollicies duricieſq; tactu iudicantur haud aliter, quàm effectrices qualitates ipſis cognatæ. quare quicquid alienum à naturali eſt, id in temperiei acceptum fertur. Cæterum eadem ratione probatur, quòd color qui aliquando morbum

UVA. BHSC. IyR_342

bum producit reducatur ad intemperiem. frequens quidem est philosophis & medicis, effectus ad suas causas reducere, vt quando caliditatem vocant morbum, quæ proprie non est, sed quædam ametria vel immoderantia, ex caliditate orta. porro Argenterius partibus similaribus duo morbi genera dicit accidere, vnum ratione temperamenti, aliud ratione formę substantialis, id genus dicit morbum pestilentem. qui non est reducendus ad qualitates primas, sed ad formam. porro licet febris pestilens non solum caliditate officiat, ad intemperiem reducitur, tum quia ipsa febris pestilens est intemperies, quod si quid vltra habet ex ipsa intemperie plurima ex parte est ortum, tum etiam quia illa febris per se humani corporis opponitur temperaturę. Cæterũ ex ijs quæ hac parte dicit Gale. videtur colligi, apud illum species simplices morborum quę ad temperaturã attinent solum esse quatuor, & si ad rationem temperamenti attendis febris humoralis & hectica specie non differunt. sunt eiusdem speciei calor ascititius digiti & calor ascititus totius corporis: distantiæ enim quę à febribus pœnes subiecta sumuntur non mutant caloris speciem.

Nullum ægritudinis genus necꝫ in simplicibus necꝫ in compositis corporibus reperitur, quod vtriscꝫ sit propriũ, siquidem via diuisionis id impossibile ostenditur.

¶ Videtur quòd aliquis morbus sit proprius parti compositæ, & etiam parti similari, figura quidem propria est partis compositæ, & est propria humori cristallino oculi. nam si alia figura hic humor esset, nõ tam commode fieret visio. nec hæc figura attenditur quatenus hic humor est pars oculi. sed ipso humore in se considerato, sed qui Gale. sententiam voluerit tueri hoc vltimum negabit, nescio tamen an habebit securum subterfugium, figura etiam nõ minus videtur esse propria dẽti quàm parti officiali. tam proprius morbus obstructio videtur partis similaris, sicut compositę, non minus quidem læditur cutis si eius spiramina plus æquo referentur vel obstruantur. quàm pars officialis, quæ obstructionem patitur, mitto dicere, de figura venarum quia has nũc inter partes simplices, nũc inter partes cõpositas numerat Gal. sed omnia hæc facilia sunt dicta cõsideranti.

Qui operationum læsiones putant ægritudines, hi non absꝫ ratione neruorum distentiones ægritudines vocant.

¶ Qui ęgritudines vocant affectus, distentionem non dicent ægritudinem sed sympthoma. quare errauit Auicenna, qui sentiens ægritudinem esse affectum qui actionem vitiat. dixit conuulsionem esse ægritudinem neruosam.

Nonnulla sunt ex genere naturali, vt si cui sextus digitus adnascatur, aut in oculo vnguis.

¶ Non placet Argenterio, quòd vnguis ponatur inter ea quę ex genere sunt naturali. quæstio est hæc de nomine. etenim quatenus illa oculo adnascitur, & nihilo secius quàm membra nostri corporis nutritur, ex genere est naturali. quo nomine huius sunt generis verrucæ latæ. alię vero quæ acrocordone à Galeno dicuntur, eo ponuntur inter ea quæ toto genere sunt præter naturã, quia videntur esse destitutæ à regimine naturę, nec vt latę verrucæ suscipiunt augmentum.

Nonnulla vero sunt quæ toto genere sunt præter naturam, veluti lumbrici & vermes quidam minuti.

¶ Hæc autoritas manifeste adstipulatur ijs quę scripsi lib. de arte curatiua, vbi asserui nõ esse morem grauioribus autoribus, vermes minutos qui iuxta anum nascuntur vocare lumbricos, id coroboraui autoritate Celsi, qui de lumbricis tractans minutorum vermium non facit mentionem, ad idem alludere dixi Columellam, qui. 6. lib. cap. 30. non omnes vermes intestinorum lumbricos esse appellandos insinuat, sic enim parte citata ait: solent etiam vermes quasi lumbrici nocere intestinis, dicens quasi lumbricos, non dignatus est eos lumbricos vocare.

Deficientium autem partium, nonnullæ quidem funditus abolitæ sunt, nonnullæ vero ex dimidio præcisę, ac mutilatæ.

¶ Pro suo more Argente. contradicit Gale. dicens partes mutilas siue ex dimidio præcisas non habere morbum in numero, sed in magnitudine, cum hæc facit Argent. nihil aliud quàm in tricis consumit tempus, etenim digitus ex dimidio abscisus morbus est membri compositi in quantitate, est

morbus

UVA. BHSC. IyR_342

morbus in numero respectu particularum quæ integrę in digito pereunt, vt parum infra Gale. luculenter explicat.

A rufa quidem bile Erysipelas.

¶ Videtur hoc contrarium ijs quę dixit. 2. lib. de arte curatiua ad Glauc, qui nõ ex bile, sed ex sanguine & flaua bile calidioribus, vel ex tenuissimo sanguine dixit Erysipelam gigni. porro parti quam exponimus hęc non contradicunt, nam dicens Galen. quòd à rufa bile gignitur Erysipelas non intelligit, quòd ab illa sola, gignitur quidem ab hac, sed aquosę saniei, & sanguini mixta, vt libro de tumoribus præter naturam ille declarat. gignitur etiam & à sanguine tenui feruescente, vt secundo ad Glauconem dixit. sanguis vero tenuis sic feruens, eãdem naturam habet quam rufa bilis sanguini mixta.

Liber de causis morborum cum annotationibus per Lupeium.

EX motu augetur calor, veluti in ijs qui quouis modo exercitantur, & in lapidibus inuicem collisis, & in lignis & flamma ventilata.

¶ Insitum est omni calori motu iuuari, excitari, & augeri, sicut quiete languere, & sopiri, & nonnunquàm emori. quo enim perfectius fuerit calidum hoc magis est illi necessarius motus, sic animalis calor deficiente motu perijt. motus porro sua natura non gignit calorem, quia ea quę calorem non habent, vt aqua non redduntur calidiora, sua tamen natura motus excitat calorem, facit hoc motus absumendo humiditatem qua calor erat hebetatus, & faciendo vt calor euentiletur. faciendoq; vt de externis ad interna deriuetur: porro quia in rebus liquidis motus non valet humiditatem absumere, nec liquida sic motu egent ad hoc quòd euentiletur calor, ideo liquida per motum non sic calefiunt, non enim placet quod dicit Plutarch. lib. de causis naturalibus, quòd omnes humores dum agitantur, iactanturq; excepto mari frigescant, quia mari est innata caliditas, & reliquis humoribus accessoria, quia non videtur cur sit magis innata caliditas mari quàm vino & oleo. excitat igitur motus calorem, vt ad exẽpla Gale. veniamus, in corporibus quæ exercentur, calor excitatus augetur, excitat motus calorem in lapidibus qui adinuicem colliduntur, ex hac quidem collisione partes subtiliores & pinguiores quæ in lapidibus sunt sic disponuntur, vt à calore in lapidibus excitato facile inflammentur, hoc tibi erit perspicuum, ex ijs quę dicemus primo lib. de differentijs febrium, vbi inuestigantes quomodo calx ex aquę aspersione accenditur, dicemus lapides ex quibus fit calx, non esse citra pinguedinem. Alexander in probl. dicit ex lapidum attritu fieri flammam quia aër qui est inter lapides accenditur, ex qua ratione sequeretur quòd omnes lapides duri non minus quàm silices flammam ederent. Cæterum prunę ideo ex motu calorem acquirunt quia aër euentilando excitat calorem prunarum, facitq; euentilatio vt in imis partibus prunarum aër intromittatur, quo fit vt ipse aër facilius à pruna possit accendi & fieri flamma. aër vero in flammam versus facile potest ligna inflammare. Cæterum ex motu aër quo ignem euentilamus nõ fit calidior, nam experientia monstrat per motum aërem fieri frigidiorem, sed licet sit frigidior, quia per motum in prunarum meditulium immittitur breui accenditur, & fit vt diximus flamma, quare exemplum vltimum Gale. minime ad rem quam tractat facit.

Et quod inflammatæ aut induratæ particulæ varios trahunt affectus, nam & antraces, & herpetes, & erysipelata, ex hoc genere sunt, vitiligines & atheromata, acores, & faui, & glanglia nihil aliud sunt quàm fluxionum partus.

¶ Videtur Gale. hac parte docere, quòd antrax & erysipelas & herpes non fiant à fluxione, sicut vitiligo, & atheromata, & acores, & faui: obscurus est textus, in quo puto Gale. nil aliud voluisse, quàm quòd affectus primo numerati oriuntur ab humoribus, qui nomen commune in medicina habent

UVA. BHSC. IyR_342

habent, vt sanguis pituita & vtraq; bilis, affectus secundo numerati sunt partus fluxionum humorum, qui commune nomen non habent, vt est humor, vt ita dixerim melleus, vel pultaceus. nam licet ad vnum ex quatuor humoribus reducantur longe aliam naturam videntur habere. Cæterum ganglium iuxta Aetium est nerui nodosa coactio in manum iuncturas ac talos frequentius occupans: rarius cubitum & caput, at secundum Cellum. 7. lib. cap. 6. ganglium est palsio capitis & tunica sua includitur.

Vbi intercipiuntur quæ sunt in animali arteriæ hoc est ita oppletæ sanguine fuerint, vt nullus in ipsis vacuus relinquatur locus, tunc quodammodo strangulatur calor internus, ac qui ita affecti sunt, subito sensum & motum totius corporis amittunt.

¶Humorem frigidum & crassum esse appoplexiæ causam, quarto de locis affect. fuit professus Gale. idem docuit Paulus & Aetius: hac in prrte & à sanguine appoplexiam posse oboriri scripsit Gale. at sanguis qui appoplexiam producit, sic extinctum calorem habet, vt potius inter humores frigidos, quam inter calidos veniat numerandus.

Quis tamen sit trasmissionis modus non satis explicatum est, rationem autem atq; mentē naturæ tribuemus, si simpliciter ipsum quicquid inutile est deponere affirmemus ex robustis partibus ad imbecilles, sed quod quidem in morbis bonæ iudicationis ab aliqua huiusmodi facultate fiant, manifeste apparet.

¶Quomodo in impuris corporibus in quibus plurima inutilis materia redundat ad imbecilliores partes aliquid confluat, satis perspicue Gale. explicat, idq; vel sola facultatum naturalium opera dicit fieri posse, bonas vero iudicationes quę in morbis fiunt ab aliqua facultate quæ ratione vel mentem habeat illas oboriri dicit quòd videatur ad id alluserunt qui virtutem quam discretiuam vel regitiuam totius (vt suis verbis loquar) appositerunt. Cæterum qui considerat quantum pro ægrotantis commodo, tempore iudicationum molitur natura, in excernendis scilicet & vacuandis humoribus, in loco per quem eos vacuare debet. eligendo, & pensando quæ euacuat. cum ij quæ ægrotantis vires ferre possunt, in explenda tandem qua facilius breuius & tutius potest purgatione, non mirum quòd ipsi naturę quæ hæc omnia operatur, vel det sensum, vel eam regi ab anima sensum habente concedat, sed quòd optima iudicatio opere solum quatuor facultatum naturalium expleatur, libris de crisi. & alijs locis Gale. fuit professus. iuxta quam enarrationem, dicere possumus, quòd hac parte quam exponimus, non dicit à natura habente sensum bonam iudicationem fieri, sed quòd videatur citra mentem vel sensum. naturam id non facere.

Annotationes in librum

de Differentijs ~~morborum~~. Sinthomat.

Sed exacte loquenti, affectus passio est iam facta, nō autem quæ adhuc fit, quod autem Græci sic nominare cōsueuere.

¶Sic nominare consueuere Græci, sed & passionem quæ adhuc fit, si actiones sensibiliter lædit morbum consueuit Galen. vocare. non quidem tam astricte vocabulum affectum sumpsit, vt eo antiquiores. Cæterum & hi quando dicebant passionem factam, non intelligebant quę ad absolutionem peruenit, sed factam idest introductam, vt opponitur scilicet ei quæ introducitur.

Causæ multa sunt genera, nam materia, & vtilitas, & scopus, & instrumentum, & vnde motus initium.

¶Hæc pars exposita est. 6. lib. de vsu partium, qua satisfecimus Argenterio Gale. impugnanti.

Porro tactus egregium præter cæteros sensus, in actione sua sympthomata

UVA. BHSC. IyR_342

pthomata posſidet dolorem, qui etiam reliquis ſenſibus, ſed tamen ab externis ſenſibilibus incidit.

¶Hac parte expreſſe Gale. fatetur, alios ſenſus à tactu citra communionem quam cum tactu habent, dolorem ſentire: diſplicentia quidem quam fœtida olfacturi inferunt, citra hoc quòd calfaciant vel infrigident, vel contundant, vel diuellant oritur. Cæterum non eſt cur Argenterius Gale. (qui dolorem inter ſympthomata, quæ ad actionem attinent poſuit) ſugillaſſet, eſto enim quòd dolor non ſit moleſtia, quæ in triſti ſenſatione fit, ad illam actionem refertur, quia eſt illi actioni coniuncta, nec per aliam rem facilius poteſt explicari, nec ſi triſtem ſenſationem dolorem vocamus vlla re erit error.

Quorum ſi quod proprium præter cætera nomen non habet, nõ eſt quòd quiſquam eius occaſione deceptus, aliquod ſympthoma diſpnoeam præteritum à nobis putet, veluti nec apnæam, vel iſchuriã, vel dyſuriam.

¶Loquitur de actionibus quę à voluntate procedunt Gale. quare mirari ſubit, quòd ponat iſchuriam & dyſuriam inter amiſsiones actionum, quæ voluntate fiunt cum illæ ad amiſsionem actionum naturalium attineant, vt ipſe. 2. lib. de ſympth. cauſis declarat. & certe attinent, ſed quatenus actiones quibus opponuntur ſunt voluntarię, ideo inter ſympthomata voluntariarum actionum eas poſuit Gale. vel forſan eſt legendũ apnoeam & diſpnoeam quę ſunt ſimiles iſchurię & dyſurię.

Ad alterum actionis genus quas naturales vocant tranſeamus fuerint igitur vel in earum ſingulis vel non obitis vel male obitis ſympthomata, in appetitu quidem tum in appetentia, tum immodica cibi appetentia.

¶Videtur quòd ſit aliud ſympthoma. vtpote corrupta appetentia. nam qui appetit carbones, nec inappetentia laborat nec immodica cibi appetentia tenetur. ſic hoc mihi apparet, nec Galen. hoc negauit. ſed ſolum poſuit duas differentias male obitarum actionum, vel forſan textus eſt mutilus deeſt tum deprauata cibi appetentia, nec puto quòd quidam aſſerunt, quòd immodica cibi appetentia ſemper complectatur ſub vitioſo appetitu. nam ſi immodica appetentia non proficiſcitur à vitioſo ſucco, ſed à magno effluuio quod fit per cutem, neſcio cur appetitus corruptus ſit dicendus. maxime ſi optima edulia & nõ corrupta & à natura aliena qui hac appetẽtia tenetur appetit.

Itemq; conuulſionem ſingultum, hoc ſympthoma nominant.

¶Singultus proprie non eſt conuulſio, quia conuulſio muſculorum eſt paſsio, quos cum ventriculus non habeat, proprie non conuellitur, vt lib. de arte curatiua ex Galeno explicauimus, qua parte diximus ſingultum conuulſiuum motum Gale. 4. lib. de ratione victus dici, & tertio de ſympth. cauſis, quia eodem modo ventriculus mouetur in ſingultu, ac muſculoſa membra moueri ſolent in motu conuulſiuo.

Clare eſſe demonſtratum omne ſympthomatum naturam morbos præcedere.

¶Inſtat Argent. ſympthomata non ſolum producuntur à morbo, ſed etiam à cauſa morbi, & ab alijs cauſis vt peruigilium quod comitatur amantes, in appinis & tricis hic tempus terit nam nomine ſympthomatis (vt Gal. dicit) aliquãdo omnis affectio quæ præter naturam eſt intelligitur, proprie vero & vt loqui eſt mos, id qnod ſequitur morbum ſignificat: in hac ſignificatione à cauſa morbi neq; ab alijs cauſis quàm à morbo producetur, ſuſa vero & inſueta ſignificatione, & affectus naturales, & eos qui præter naturam ſunt, & cauſas & morbos (prout ſcilicet quiſquàm voluerit) ſignificabit, neq; eſt quòd Galenum impugnet, quòd cibum male concoctum, & ſanguinem per morbos corruptum inter ſympthomata nõ poſuerit, cum hæc ad excrementa referri habeãt, & quatenus excrementa ſunt ſympthomata & hæc erunt & ſub excrementa complexa.

UVA. BHSC. IyR_342

Annotationes

De Sympthomatum cauſis

Liber Primus.

SIquidem phlegmonæ & ſcirrhi ſiue duricies ſenſu carentes, & abſceſſus inſtrumentalium ſunt partium.

¶Non videntur cohærere hæc cum ijs, quæ habentur lib.de differentijs morb.vbi ſcripſit,inflammatio primorum eſt corporum,exarticulatio vero inſtrumentorum, dices inflammationem primo & per ſe ſimilarium eſſe partium, ſi eius conſideratur ortus,quoniam primo partes ſimilares inflãmantur,vnde fit vt ex accidenti inflammatio totius inſtrumenti ſit ægritudo.Cæterum conſideratis ijs tumoribus quatenus tumores ſunt,videtur illos potius ad ægritudines inſtrumentorum attinere.magis quidem tumor opponitur figurę vel formæ,quæ ſanitas eſt partis inſtrumentalis,quàm bonæ temperaturæ quę ſanitas eſt partis ſimilaris.poteſt quidem pars tumere non vitiata temperatura,minime tamen ea tumere poteſt,non variata figura vel forma.

Et quid quæſo miri, ſi prædictorum ſingula cum inaucta ſunt viſum animali adimant,vbi ipſa ſola cornea rugata aliquãdo ſimilem noxam affert? incidit hoc vitium ijs qui ad vltimum peruenere ſenium.

¶Eo quòd ſenibus cornea rugoſa eſt, dixere aliqui melius ſenes videre quę ſunt eminus, quàm quę prope:dicunt quidem illis in longinqua figentibus intuitum,corneam (vt ita dixerim) erruga ri,ac ſi ſenex in videndo propinqua laborat,pari ratione leniri deberet, verum cum rugoſitas ob abſumptionem humiditatis natiuę accidat,vix quantumlibet quis nitatur illa tollitur.Cęterũ quæ ſit cauſa quòd contingat ſenes melius videre quæ diſtant,quàm quę ſunt prope.lib.de arte curatiua & quinquagenis conati ſumus aperire. quę enim ſunt prope quia fortiter imprimunt multum ſuperant potentiam videndi ſenum, quod ob nomen non ſic diſcernuntur, ac quę magis diſtant, quę in imprimendo proportionem habent cum viſu ſenum,ſed de ijs ibi plura.

Quam enim habet in oculo cryſtallinus humor rationem,hãc habet in auribus audiendi meatus finis,vbi neruo dilatato coniungitur.

¶Hippocrates lib.de carnibus pelliculam in aure exiſtentem iuxta os durum, quę ſiccilsima eſt,in ſinuat eſſe organum auditus.Ariſto.aerem ingenitum membrana inuolutum audiendi organum vi detur ſentire.2.lib.de anima.cap.8.quem aerem vocat animatum: ego non vidi huiuſmodi mẽbranam,nec aliquem vidiſſe legi.porro Gale.dicens audiendi meatus finem, vbi neruo dilatato cõiungitur eã habere rationẽ in auribus,quàm cryſtallinus humor in oculis,indicat,quòd ille aer quòd eſt iuxta neruum eſt audiendi organum,nec dicit,illum aerem eſſe ingenitum,nec membrana inuolutum.Cæterum ſi per irradiationem vel lumen quòd aer ab oculis ſuſcipit,in lib.7.de decretis dixit,aerem ſentire,nihil mirum quòd hic concedat,quòd aer qui eſt iuxta neruum per vim quam à cerebro ſuſcipit,poſsit audire.& hoc certe inſinuauit lib.de inſtrumento odoratus,vbi ait: pręcipuum cernendi inſtrumentum eſt cryſtallinus humor, auditus autem foramen cuius interior terminus valde exiguus eſt,qui neruum excipit,hęc ille vbi meatus qui eſt iuxta neruum dicit eſſe inſtrumentum auditus,quibus verbis inſinuat,quod continetur illo exiguo meatu aerem ſcilicet eſſe organum huic ſententiæ adſtipalari viſus eſt Ariſto. 2. de parti.anima .cap.12.qui ſic ait: quod enim inane vocatur plenum aeris eſt, ſenſorium autem audiendi aeris eſſe fatemur, vt igitur ab oculis meatus ad venas circa cerebrum ſparſas tendunt,ſic ab auribus meatus in occiput penetrat, hac parte & aerem in meatibus contentum eſſe organum auditus inſinuat,ſed videtur ſibi non conſtare Gale.qui parum ſupra dixit,qui in neruo & cerebro vitia ſunt,ſimiliter ijs quæ in oculis,quę vero in reliquis particulis,ad portionem quidem,non tamen omnino ſimiliter lędent.qua parte inſinuauit pręcipuam partem auditus eſſe neruum, accedit quòd ſi aerem iuxta neruum dilatatum intelligebat eſſe organum,ad huius aeris craſsitiem vel ſpiſsitudinem debuiſſet reducere etiam auditus difficultatem, vel ſurditatem, ſicut viſus debilitatem ad impuritatem criſtallini humoris reducit,ſed hęc nil mouent,cum de aere non oportebat hoc dicere, ſicut de humore cryſtallino, quia aer ſemper fluit, & in cuiuſcę manu eſt mutare aerem, non tamen eſt in manu mutare humorem cryſtal-

UVA. BHSC. IyR_342

cryſtallinum, quòd ſi inſtrumentum auditus eſſet aer innatus membrana inuolutus dicta ratio magnum robur haberet, quia ille aer tam innatus eſſet homini, ſicut humor cryſtallinus: ſed à ratione eſt alienum, fingere aerem naturalem membrana inuolutum, nam vel eſt congener huic aeri, vel non, ſi eſt congener quæ neceſsitas te cogit illum ponendi, cum ſufficiat aer qui ingreditur in meatum, ſi non eſt congener quomodo alitur, quomodo augetur vellem diceres. nec eſt cur quis dicat neruum eſſe organum auditus voluiſſe Gale. nam hoc citatis locis explicaſſet, dicenſq; hac parte meatus audiendi finem ea parte qua coniungitur neruo dilatato habere eam rationem in auribus, quàm in oculis cryſtallinus humor, indicat nolle neruum eſſe organum, nam non quadrat neruum neruo dilatato coniungi, ſed ſententioſe & breuiter mihi videtur ſatiſſeciſſe Hippoc. per neruum debet defluere vis in illam pelliculam, quæ debet ſonũ ſentire. cui ſententię aſtipulari viſus eſt Gal. cum. 5. Metho. dixit eſſe locum auditus ſiccisimum.

Violenta paſsio quæ præter naturam eſt, cum ſimul multa & celeriter fit, dolorem affert: è diuerſo quod ad ſuam naturam vniuerſim, & celeriter redit, iucundum eſt, quod autem ſenſim & paulatim fit, ſenſum latet.

¶Videntur hæc aduerſa ijs quæ ſcripſit. 12. Metho. vbi dixit: videntur enim corpora non ſolum cũ in non naturalem habitum confertim aguntur triſtem mutationem ſentire, ſed etiam in ipſo ad naturalem ſtatũ ſuũ reditu, niſi eũ paulatim accipiant cruciari: dilues ſic cõtradictionem, quod eſt iucundum quod ad ſuam naturã vniuerſim & celeriter redit, licet iniucundũ ſit, quod celeriter redit & non vniuerſim, ita vt vniuerſim copuletur ad naturam, vt ſit ſenſus iucundum eſt quod ad ſuam naturam vniuerſim ideſt in totũ ad ſuam naturã celeriter redit, ita vt in illa mutatione nihil quod ſit præter naturam admittatur: quæ ſi conſideraſſent Manardus & alij non ſic in expoſitione huius textus calligaſſent. Cęterum ſi celeris ſit mutatio & non in totum ſecundum naturam, voluptas non producetur, ſed potius dolor. vt hæc clarius intelligantur, ſummamus exẽplum quod. 12. Metho. & libro de inęquali intemperie ſumit Gale. de eo qui vehementer frigefactus vehementi igni manus applicat, fit in hoc celeris mutatio non tamen vniuerſim vel in totum ſecundum naturam, nam cupiens hic ſemel calefieri, plus ſuſcipit caloris quàm optime reductioni requiritur, multus vero calor tantum abeſt quòd voluptàtem inducat, quòd gignit dolorem. nam lib. de inęquali intẽperie non negat Gal. quòd vnũ membrum duas contrarias qualitates ſuſcipere poſsit, quod diuerſis partibus fieri poſſe, nos non negamus: vehemens igitur caliditas nimis calfaciendo, & extendendo partes frigidas dolorem producere poteſt, accedit quòd ipſa caliditas liquat aliquos humores, qui intus erant, quorum aliquam partem in flatus vertit, adde quòd vis ſentiens quę frigore torpebat, calore excitatur. Cæterum vt mutatio fiat vniuerſim ideſt in totum ſecundum naturam, ſæpe melius eſt vt fiat paulatim quàm celeriter, vt de eo qui ad ignem calefit diximus. at in hac mutatione quæ paulatim fit, non ea voluptas inducitur quę induceretur ſi celeriter & vniuerſim fieret mutatio, quod enim paulatim fit ſenſum latet. itaq;. 12. Metho. non vult Gale. quod id quod paulatim fit hac ratione voluptatem inducat, vult vero confertam mutationem, quando non fit vniuerſim ſecundum naturam eſſe moleſtam. quæ certe ſi in totum ſecundum naturam fieret, multo gratior & ſuauior eſſet quando fit ſenſim, & paulatim. ſed hæc non infert cruciatum, ſicut aliquando ſolet quæ fit confertim quando ſcilicet in totum non eſt naturalis, tunc quidem cruciatum inferre ſolet vt iam diximus. clare quidem videmus in ea mutatione quæ fit quando quis vehementer ſitiens multam frigidam potat voluptatem magnam induci, eo quòd celeriter & vniuerſim ideſt ſecundum naturam eſt mutatio, tanta vero voluptas non induceretur ſi ſenſim frigiditas induceretur.

Hanc difficultatem monet è melio ſolvit Veiga. 2. de locis aff. p. 242. lin. 42. vt melligat locus hic de lag adhuc frente. 12 vt metho. de habitu ad conſueto.

Quippe humidum & ſiccum (ſi abſint calfactio & frigefactio) citra violentiam corpus contingunt.

¶Hanc partẽ expoſuimus lib. de arte curatiua, vbi notauimus Fuchſiũ, diximus quidẽ ſiccitatẽ dolorem gignere poſſe diſtendẽdo, nõ tamen ſola ſiccitate induci eã ſiccitatẽ in mẽbro quę hoc efficere poſsit, requiritur igitur vt ſit ſufficiens ſiccitas ad inducendum dolorem, vt adſit calfactio

UVA. BHSC. IyR_342

vel infrigidatio. caliditas iuuat ad ſiccitatem inducendam effluuium humiditatis faciendo, frigiditas vero exprimendo, de ijs comment. de natura humana iam diximus. vbi declarauimus an humiditas poſsit dolorem gignere.

Eſt vero ſplendoris quidem ſenſus viſus, aeris vero auditus, halitus odoratus.

¶Expoſuimus hanc partem ſeptimo libro de decretis Hippocra. & Plato.

Siquidem venter viſceribus veniſq; ſubſeruit, itaq; & quales hæc ſuccus requirunt, tales appetit.

¶Non intelligas quòd ventriculus tanquàm ratione vtens appetat cibos, quos viſcera & venæ requirunt, nam ſic non tam eſſet naturale organum, quàm animal quod ratione menteq; præditum quod melius eſt eligeret, hac ratione vtitur Gale. tertio de facult. naturalibus ad probandū, quòd ventriculus non intendat coquere pro toto corpore, quæ non minus probat, quòd non intendat pro toto corpore appetere. Cęterum licet hoc verum ſit, dicitur ventriculus appetere cibos quos viſcera & cætera membra requirūt, quia eſt talis conſenſus ventriculo cum cæteris membris, quòd ea quæ ille appetit ſunt (modo ſuo munere recte fungatur) in vtilitatem cęterorum membrorum, quo nomine ille dicitur ſubſeruire cæteris membris, male igitur ex hoc textu collegit Muſa, vt lib. de arte curatiua dixi, Gale. voluiſſe, eſſe appetitum particularem & communem in ventriculo, nam vno & ſimplici appetitu appetit pro ſe, & pro toto corpore.

Exiſtuntq; in totum quinque ſympthomata, ordine quodam deinceps ſe conſequentia, quorum primum vacuatio eſt, ſecūdum vacuatorium appetentia naturalis, tertium ventris fuctus, quartum eius ſenſus, quintum appetentia eius animalis, quæ omnium eſt vltima.

¶Sympthomata vel cauſus vel acceſsiones dicas nihil refert, capitur enim hic ſympthoma fuſa ſignificatione, prout ſcilicet non ſolum affectionem quæ accidit ægris ſed etiam affectionem quę ſanis accidit ſignificat, cæterum ſi fames dicitur de vltimo ſympthomate quod eſt appetentia animalis, animale eſt opus, ſi vero dicitur de exuetiōis ſenſu, eſſe opus naturale dixit Aetius ſermone primo tertię partis. ſed certe illud opus, potius eſt dicendum animale, quam naturale. & Gale. hac parte dicens eſt autem naturale opus, non loquitur de ſenſu fuctus, ſed de appetentia naturali mēbrorum. quod multi non aduertentes, turpiſsime cum Aetio fuerunt lapſi.

Caninæ appetentiæ tum exiſtunt, cum vel acidus vitioſus ſuccus ventriculum mordet, vel totum corpus immodice digeſtum inops alimenti redditur.

¶Gale. ſecundo libro aphoriſ. aphoriſmo. 21. inſinuat famem quæ accidit eo q; corpus immodice digeſtum inops alimenti redditur medicis non vocari appetentiā caninam, ſic enim ait: vinū dicit Hippo. famem ſoluere, non illam, quæ cū appetitu naturali fit, ſed eam quam habent, qui hac paſſione laborant vehementi & indeſinenti ciborum appetentia, quam medici quidam appetentiam caninam vocant. talem enim famem vini potio ſanat non eam quæ ex longa inedia vel alui profluuio, vt fluxus ſanguinis aut aliqua alia facta eſt euacuatione, hucuſq; ille, quibus indicatur, non eſſe in vſu appetentiam caninam nominare, quæ ex euacuatione ex corporis nimia digeſtione accidit, ijs etiam dant fidem, quæ parū infra dicit, vbi caninæ appetentię cauſas dicit eſſe intemperaturam frigidam & ſuccos acidos, nulla facta mentione euacuationis vel digeſtionis quæ per vniuerſum fit corpus. Ariſtoteles tamen octaua ſectione problem. probl. quarto, ratione reſolutionis ſiccæ ſubſtantię appetitum caninum dixit oboriri.

Vocatur affectus Gręce citta, appetunt autem ſub hoc affectu acuta maxime, acerbaq;, aliquando vero acria, ſicut nonnunquàm vel terram cimoliam vel teſtas.

¶Quærunt aliqui, quomodo res tam innaturales appetant, qui cittiſant, cum innaturales affectiones appetere ſoleant cōtraria, porro quatenus ij appetūt rē quę appetitus naturalis ambitū egreditur,

UVA. BHSC. IyR_342

ditur, dicuntur appetere similia, quatenus appetunt rem quæ potest dissecare & attenuare, exiccareq; humorem viscidum, qui eorum ventriculis adhęret dicuntur appetere contraria: testæ quidem carbones attenuationi, scisioni, exiccationi humoris viscidi valent, vnde fit vt quo viscidior quo attenuationi est contumacior humor, hoc res magis duras & exiccatiuas, qui laborant pica appetere soleant. aliquando porro non solum acuta vel acerba appetere solent pica detentæ, vidi mulierem grauidam quæ cum vidisset pisces crudos non se potuit continere, quin crudos illos esitasset. aliquę quod maiori admiratione dignum est, tenentur desiderio mordendi ceruicem hominis, quod se vidisse testatur Lodouicus viues commentarijs in. 12. lib. de ciui. dei. cap. 25. humor qui detinetur in grauidis cū ad naturam melancholicam vergit, imaginationem deprauat, vnde appetitus vitiari solet. Cæterum cur hic appetitus dicatur cita vel pica videbis apud Alexandrum. 5. sectio. problema. probl. 76.

Quippe cuiuscunq; sensus alteratio, quæ à sensibilibus infertur in singulis instrumētis perficitur, eius autem sentiēdi vim habet ipsa quæ alteratur particula, ex eo quòd à cerebro delatam ad se per neruum virtutem recipit, ipsum nanq; cerebrum sentiens organum à natura conditum non est, sed quòd ea quæ sentiant sentire potest.

¶ Videtur hac parte Gal. dicere sensum perfici in singulis instrumentis qā nō videtur succinere ijs quæ dicit. 8. lib. de vsu part. quippe ait: nihil ex humoris crystallini alteratione assequeremur, nisi imaginatio, ratiocinatio, & memoria hoc est præcipuę animę facultates eius alterationē sentiant, parū infra dicit, nisi ab hoc ideſt à cerebro ad hoc, ideſt ad cerebrū alteratio, quę in vnoquoq; fit sensorio perueniat, nihil amplius animal sentiet. ego in Inchiridio & arte curatiua motus ijs quæ parte de lympth. quā exponimus dixit Gal. sensum pfici in vnoquoq; sensu asserui, cui sentētię ad hærendo respōdebimus ad auto. lib. 8. de vsu part. ad primā dicimus, q; esto quod in singulis sensorijs perficiatur alteratio quę fit à sensibilibus, nihil assequeremur eorū quę ex sensibus lucrari & assequi conamur, nisi accedat imaginatio, ratiocinatio & memoria. parū quidē homini prodesset colorē cœruleū videre, dulcia gustare, temperata tangere, si nō vltra pgrederetur, & ex ijs quæ ex sensibus accepit, imaginari intendat, ratiocinari curet, memorari conetur, minus quidē esset homo quàm bruta animātia, si solū in operationibus exteriorū sensuū totā suā operā collocaret, & nō vltra tenderet, & hoc certe est quod part. cita. Gale. intēdit, idemq; vult in. 2. auto. nisi enim ab hoc & ad hoc alteratio quę in vnoquoq; fit sensorio peruenerit nihil amplius animal sentiet, nō dixit q; animal nō sentiet, sed q; non sentiet amplius, quasi diceret nō amplius animal habebit, quàm id quod in ipsis sensorijs agitur & perficitur, subdit intelligere id possumus ex ijs quos appoplexia infestat, quę cū illęsa habeant oia sensus instrumēta, nihil tñ ex eo ad dignotionem sensibiliū assequuntur, vt hæc intelligantur est notandū, quod dixerat q; erat necesse ex cerebro ad sensoria & ex ijs ad illud fieri alterationē, vt homo sensuū ministerio fruatur, in hoc exemplo de appoplexia solū indicat, necessitatē quam habent sensoria alteratione: quę ex cerebro ad illa venit, nā deficienti in totū cerebri influxu sensoria nihil operari valent, atq; quia solū volebat hoc exēpo influxus vel irradiationis quæ à cerebro manat necessitatē ob oculos ponere, ideo dicit, nihil ex eo ideſt cerebro ad sensibiliū dignotionē assequuntur, non facta mentione, quòd sit necesse ad cerebrū fieri alterationem, vt in singulis sensorijs sensus fiat, hoc modo intelligimus quod eadem parte de vsu partium loquens de auditus sensorio dicit, qua parte ait siue vox sit aer percussus, siue aeris quædam percussio nihil interest, modo vnum hoc duntaxat constet, motum qui percussione fit, quasi fructum vel procellam progredi oportere, atq; ad cerebrum ascēdere, dicemus oportere quidē vt homo ex voce percepta, quod sibi vtile & necessariū est hauriat, vt ad cerebrū ipsum ascēdat vox, fit sensus vocis solum in auditus organo, at illa ad principem animæ facultatem progredienteoperationes multo digniores inde oboriuntur, excitat vox vim imaginatricem, memoriam fouet & tandem in intellectum ipsa se insinuat, vbi fit speculatio, vbi vltimam operationem ipsa vox facit qnæ saue si solum in sensorio auditus mansisset nihil quod æstimari deberet ex illa sola alteratione homo fuisset assecutus. si hæc notasset Manardus & alij non sic in expositione huius textus, calligassent.

UVA. BHSC. IyR_342

Cerebrum autẽ non ita, ſed in vigilijs ſemper exercetur, in ſomnis quieſcit, eoq; fit vt qui liberalius ſe exercitarunt, eos altior ſomnus præmat, tanquam multæ ijs vires cũ laborarent & à principio defluxerint.

¶Alexander aphrodiſeus ſectio. 5. problem. prob. 78. eo ſomnum laborem allicere dicit, quia indu
5 cendo ſiccitatem inducit frigus, cum vero labor niſi immodicus eſt calorem vegetet, & eſto quòd ſpiritus reſoluat, omnia membra calidiora reddat, ad rem non videtur facere hæc Alexandri reſpõſio. nam calor aſcitius vigilias inducit: de ijs ſequenti commentario plura.

Cerebrum vbi requieſcere pluſculum ab actione vult, naturalem ſomnum animali inducit, quod etiam magis facit, cum nutrix in eo vir
10 tus ſurſum quo fruatur humorem habet.

¶Hac parte Gale. &. 3. lib. de cauſis pulſuum, ſomni prẽcipuam cauſam ponit in reciprocatione ca
loris natiui, qua in re videtur potius ſcopum attigiſſe, quàm Ariſto. qui ſomnum dixit proficiſci ex vaporibus alimenti in cerebro refrigeratis, indeq; calore ad cor reuocato. non videtur porro quòd homo ſanus tam frigidum cerebrum habeat, quòd vapores alimenti frigefaciat, quòd ſi ex
15 vaporibus alimenti ſemper fieret ſomnus, illico poſt cibum ſomnus deberet obrepere. cauſa igitur ſomni prẽcipua in defatigatione cerebri, & virium animalium conſiſtit, potiuſq; eſt de natura ſomni naturalis, quòd humectet, quàm quòd humiditas ſemper illum præcedat. ſomnus ſequitur vigiliam quæ exiccat, & non humectat. Gale. quidem primo de ſympthomatum cauſis. præcipuam cauſam ſomni ponit in reuocatione caloris, qui dicit: quòd cerebrum volens requieſcere ab actio
20 ne inducit ſomnum, ceſſante vero illo ab actione ceſſant omnes ſenſus, viſq; animalis omnia gubernans ad alimenta dirigit calorem, præcipuè enim fit ſomnus ad reparandos ſpiritus, qui in vigilia abſumuntur. cum vero nullum ſit animal in quo vigilia ſpiritus non abſumat, nullum eſt animal quod aliquando non dormiat. licet Plinius. 11. lib. cap. 37. dixerit, quę cerebrum non habent non dormire. ſed ſententia Ariſto. dicentis omnibus animalibus ineſſe ſomnum rationi eſt magis
25 conſentanea. licet autem ſomnus prẽcipue fiat propter defatigationem virium animalium, nõ inficiamur quòd quę humectant, vapores ad cerebrum mittendo ſomnum concilient, conuerſoq; calore ad alimenta fiunt ad cerebrum vaporationes, quę cauſę ſunt vt ſomnus producatur, & quo cibaria magis humectant ſomnus magis producitur, vnde fit vt dilutum vinum, & balnea ſomnum concilient, quę ſi aduertis non miraberis, quòd vinum licet ſit calidum ſomnum inducat, ratione
30 enim quia humectat poteſt ſomnum ciere. Ariſto. vero libro de ſomno, tenens ex refrigeratione fieri ſomnum naturalem in aſsignanda cauſa dubitauit. Cæterum nec Gale. parte quam exponimus negauit (quicquid dicat Argent.) ſomnum qui fit ab humectantibus cibis eſſe naturalem, expreſſe enim loquendo de ſomno naturali dicit, illum iuuari ab humore, ſed de ſomno ante Argenterium multa à me contra opinionem cõmunem lib. de tuenda valetudine ſunt tradita, de ſomno vero nõ
35 naturali ſecundo libro aphoriſmorum aliqua in medium promemus.

Liber ſecundus de ſympthoma. cauſis.

NOn deſunt & quibus videantur tum ſingultus, tum duplex inſpirandi aeris refractio, aliquando ex conuulſione muſculorum qui inſpiratum faciunt prouenire.

¶Huius opinionis forſan fuit Ariſtot. problemate quinto trigeſimę tertię ſectionis,
40 qui pectoris affectum dixit eſſe ſingultum.

Quòd impletis vacuatiſq; plus iuſto neruoſis corporibus, tendi eis omnibus contingat, docent non in poſtremis quæ in inſtrumentis muſicis tentæ ſunt chordæ.

Veli-

UVA. BHSC. IyR_342

¶Velitatur Argent.à ſiccitate non poſſe fieri conuulſionem, quia ſi ſiccitas conuulſionem produceret, omnes tabidos conuulſio inuaderet, tritum eſt hoc argumentum, cui ſic ſatisfacies, quòd in ijs quę tabe laborant, ſenſim & paulatim humiditas abſumitur, ſenſimq; ſiccitas inducitur, quo fit vt non eam noxam ſentiant nerui, quam ſentiunt inducta ſiccitate à febre ardẽte a qua breui & non ſenſim ſiccitas inducitur, eſt illa ſiccitas neruis veluti naturalis, hæc præter naturam prorſus. ſed hæ impugnationes Argenterij, Gentilibus & conciliatoribus ſunt antiquiores, qui ſuis rixoſis quæſtionibus illas in medium adduxerunt.

Sunt qui putent voluntatem à tremore non eſſe inſeparabilem.

¶Non eſt inſeparabilis voluntas, licet tremor non eſt motus voluntarius vt lib. de tremore Gale. explicat. voluntatem non preſſe ſumit vt theologi ſed pro vi animali illam ſumit. fuſe etiam ſumendo vim cogitatiuam multi illam brutis tribuerunt, ijs acceſsit Viues valentinus primo libro de anima. qui vitam cogitatiuam habere brutas animantes dixit.

Vetus quidem ſermo eſt, rigori febrem ſuccedere, non tamen eſt in totum verus, etiam ſi quis cum commode determinet id quod etiam facere par eſt amice potius veterum dicta interpretantibus, quàm male uole arguentibus.

¶Tanquam conſultiſsimi prudentiſsimiq; conſilium, hi qui varias artes profitentur hoc quod hac parte dicit Gale. ſuſcipere deberent, cauendumq; illis eſſet, in literarum proceres qui ſua induſtria & diligentia bonas iuuarunt artes conuitia iactare, eorunq; ſcripta lugillare, quinimo eorum dicta vt Gal. monet amice deberent interpretari, candideq;, & non maleuole eorum ſcripta ſcutere & examinare, ſed præſenti ſeculo vix quis ſumit calamum niſi reprehendendo Platonem, taxando Ariſtotelem, vellicando Hippocratem & Galenum conuellendo, quod quidem non tam faciunt pro aperienda veritate (pro qua neq; Socrati neq; Platoni eſt parcendum) quàm pro oſtendenda aliqua (vt ita dixerim) doctrinula, quam ſi in antiquorum trutina pendendam ponis videbis quàm parum illa faciat vergere bilancem. Cæterum licet placeant hæc quæ pro tuenda ſententia Hippocra. dicit Gale. videtur mihi hanc ſententiam aliter poſſe interpretari: nam Hippocra. lib. de morbis cum dixit: poſt rigorem neceſſario corripere febrem, loquitur de eo rigore, qui fit ex frigiditate quam contrahit ſanguis à bile & à pituita: nam in eodem loco non negat, poſſe fieri rigorem à cibis & potibus, cui rigori non debebat putare, neceſſario febrem ſequi.

Timor enim intro ad principium, tum ſpiritum, tum ſanguinem, vna cum refrigeratione eorum, quæ in ſummo corpore fiunt abducit, ac contrahit.

¶Ariſtot. 3. proble. 27. ſectio. non ad cor ſed ad ventrem timoris tempore ſanguinem & calorem confluere docuit, argumento quòd timentibus aluus profluat. Cæterum licet ad cor ſanguis & calor recurrat, non mirum quòd ex timore fluida reddatur aluus, nimirum facultate retentrice debilitata, humoribuſq; à natura non recte gubernatis deorſum delabentibus.

Ea quæ rectrices actiones comitantur ſympthomata dicemus, ſunt igitur in ijs tria prima ſympthomatum genera, vnum actionis amiſsio, alterum actionis leſio, tertium eius in alteram ſpeciem mutatio, & amiſsio quidem in ſtoliditate & obliuione.

¶Ex ijs quę hac parte dicit Gale. colligitur memoriam ſolum offendi in priuatione, & diminutione, non quidem videtur, quòd memoria proprie deprauetur, nam memoriam nil inuenire, ſed ſolum retinere quæ ſenſu & mente ſunt cognita dixit primo lib. de ijs quæ fiunt in medicatrina. Cæterum in retentione ſolum videtur eſſe noxa diminutionis & priuationis, ſi enim quis dicit ſe memorari vidiſſe arare regem & gubernare agricolam, hoc non tantum videtur attinere ad depraua tionem quàm ad diminutionem memorię, quòd ſi hæc eſt vera deprauatio, potius eſt imaginatricis vel cogitatricis facultatis quàm memoriæ. Cæterum quia ex deprauatione imaginatricis & cogitatricis facultatis memoria offendi ſolet, ideo dixit Aetius cap. de phrenitide, quòd vbi memo-

UVA. BHSC. IyR_342

ria læsa est neq; omnino recte imaginantur neq; iudicant, phrenitici scilicet intellige, nam de ijs (ne cum alijs hallucineris) loquitur Aetius, ijs quidem verbis significauit, offensam quæ fit in memoria ijs qui phrenitide sunt correpti, pendere ex lęsione facultatis imaginatricis & cogitatricis: nam licet inflammatio calida possit lędere memoriam, non videtur prius illam quàm cogitatricē & imaginatricem offendere, cū ijs facultatibus magis aduersa sit inflammatio quàm memorię, quæ frigiditatis ratione vt hac parte dicit Gale. plurima ex parte offendi solet, quare ad memoriam vt lib. de arte. curati. contra Fuchsium diximus, nullam simplicem speciem phrenitidis reduxit Gale. nec deprauatam memoriam posuit Gale. licet Fuchsius primo de symptho. causis esse memorię triplex symptho. dixit.

Fuchsius taxat.

Ab ira nemo interijt, vtpote nec calore perfrigerato, nec eius robore soluto.

¶Nihil quod huic textui sit aduersum duodecimo Metho. Gale. docet, nam licet ira noxia sit & vigiliarum more calorem natiuum digerere possit, illa tamen digestio non tanta est, vt mortem subitam de qua Gale. dicit valeat inferre. Cæterum hac parte quam exponimus, cum dicit Gal. quòd in ira nec calor refrigeratur nec robur soluitur, non negat quòd ira non faciat effluere aliquid natiui caloris, & quod robur non debilitet, vult tamen quòd non valet ira corpus prorsus infrigidare, & inops caloris natiui illud reddere, dicit etiam, quòd nec valet robur soluere, licet valeat illud debilitare, robur quidem soluitur cum prorsus languet & emoritur.

Phrenitis non tantum ex calidis ortum habet succis, sed supra id etiam phlegmonem in cerebro, & eius inuolucris excitat.

¶Primo vulgar. commen. secundo textu at vero circa ęquinoctium, Gale. dicit, quòd bilis impacta cerebro inducit phrenitidem, & quòd si non est impacta inducit deliria, similia ijs quæ accidūt in vigore febrium. porro cum bilis possit in cerebrum impangi, citra hoc quòd phlegmonem faciat, videtur non de ratione phrenitidis esse, quòd sit phlegmon. at licet bilis eo loco inclusa possit aliquo tempore esse, citra hoc quòd inflammationem faciat, breui illa in tam principe parte impacta, inflammatio excitabitur. Cæterum licet phlegmon cerebri & meningum sit phrenitis, plurima ex parte illa oritur ex tenuis meningis inflammatione, indeq; cerebro mutuata: nam bilis non sic cohærescere, & immitti in cerebri medullam potest, vt in tenuē meningem, hoc vult Gal. cum quarto de causis pulsuū dixit, lethargus potius ex ipso cerebro, phrenitis præcipue ex tenui meninge. non dixit quòd solum ex tenui meninge, sed quòd ex hac præcipue propter rationē dictam. atq; quia Paulus & Aetius præcipue ex tenui meninge phrenitidem oriri sentiebant, ideo phlegmonis cerebri distinctum caput fecerunt quàm phrenitidis, & etiam alia causa, quòd phrenitis ex bile vel ex sanguine bilioso proficiscitur, phlegmō vero de quo Paulus & Aetius distincte scripserunt ex sanguine non sic tenui nec bilioso habet ortum, phlegmon enim hac parte quam exponimus non sumit Gale. presa significatione, prout significat tumorem ex sanguine mediocrē crassitudinem obtinente. phrenitis quidem potius vt diximus à bilioso sanguine, quàm ab illo proficiscitur. phrenitidem quidem esse calidum & siccum morbum sequenti libro dicit Gale. Cæterū Hippo. lib. 1. de morbis sententiæ Pauli & Aetij videtur adstipulari, quippe ait: phrenitis idest membranarum cerebri inflammatio, exponemus vero id ad eum modum quo dicta Gal. exposuimus. ex Gale. enim primo vulg. cōment. secundo textu. 16. colligitur, phrenitidem membranas & cerebrum occupare, esseq; impactam bilem in cerebrum eiusq; membranas, quando est phrenitis. quare si leuiter membranis vel cerebro vulneratis deliria non oboriuntur, non est mirum, quia bilis non est impacta in cerebri substantiam, tam leuis quidem potest esse inflammatio, quòd solum superficiem cerebri & non intimam substantiam pręhendat, quo tempore potest esse inflammatio cerebri & non phrenitis. Cæterum si phrenitis est inflammatio cerebri, à re videtur dictum quòd excitet inflammationem in cerebro. sed hoc in hoc sensu intellige, quòd humor qui producit phrenitidem inflammationem in cerebro excitat.

Tertius liber de causis sympthoma.

Nigram

UVA. BHSC. IyR_342

Nigram bilem in toto quidem corpore elephantia comittatur, in vnaquaq; particula cancer.

¶Non impermixta est nigra bilis quæ elephantiam producit, licet impermixta sit quæ cancrum generat, vt lib. de atra bile expoſuimus.

Cum ſcilicet alicui per nares ſanguis ſponte profluit, aut cum aliquis ſanguinem vomit aut extuſit, atq; hæc quidem toto genere præter naturam ſunt mulieribus autem ſicut dictum eſt, qui ex vtero ſanguis profluit, toto genere præter naturam non eſt ſed quantitate duntaxat.

¶Videtur hoc contrarium ijs quę dixit lib. de differentijs ſympthom. vbi ait aliqua enim quanuis toto genere præter naturam ſunt, veluti ſanguinis per nares profuſio, vel vomitus tamen præter naturam adhuc non ſunt, ſi modo tempeſtiue fiant. perpende quæ Gale. dicit, & non videbis cõtra dictionem, hæ quidem euacuationes præter naturam abſolute ſunt, tempeſtiue tamen factæ quatenus ſolent eſſe aliquorum affectuum remedium, non dicuntur præter naturam idq; lib. 3. de ſympthomatum cauſis Gale. explicat, cum dicit præter eam quæ mulieribus per vterum erumpit cæteræ ſanguinis pluſculæ vacuationes toto genere pręter naturam ſunt, pluſculas dixit, ideſt mentione dignas, nam guttam ſanguinis è naribus non eſt cur quis illico præter naturam dicat. ſi mentẽ Galeni Argenterius perpendiſſet, non illum contradictionis arguiſſet. Cæterum quod dicit menſtruum ſanguinem eſſe quantitate præter naturam, videtur contrarium ijs quæ dixit lib. de atra bile, &. 3. lib. de morbis vulg. tex. 17. ijs locis contradictionem diluimus. contra hanc aſſertionẽ Gale. eſt Plutarchus decade. 3. problem. ſympth. proble. 4. vbi menſtruam purgationem non abundantiam ſanguinis ſed ſanguinem vitioſum & corruptum efficere dixit. huic ſententiæ aſtipulatur Plinius, qui dicit virulentę naturæ eſſe ſanguinem menſtruum, à qua ſententia non abluſit Matthiolus Senenſis commen. in dioſcoridem, qui ſi conſideraſſet cauſam cur mulieribus accidat menſtra purgatio, & non viris ſententiam Gale. amplexarentur.

Craſsi vero ac acerbi cibi tardi ſunt trãſitus cõtra quàm glutinoſi.

¶Glutinoſi & humidi ſolent habere quandam lubricitatem, ob quam facilis ſolent eſſe tranſitus, ſed ſæpe ſic agglutinantur ventriculi membranis, vt difficile tranſire poſsint.

Tale quippiam eſt hydropum genus, maximeq; ex ijs, leucophlegmatis & anaſarcæ.

¶Non eſt cur ex ijs qnæ hac parte dicit Gale. arbitretur quis, hydropem quæ leucophlegmatia dicitur, aliam eſſe ab anaſarca, ad idem genus ambæ pertinẽt. manifeſtioris tamen lucis cauſa expreſſit Gale. nomina, quibus ſolet dictus morbus nuncupari. ſunt porro aliqui qui leucophlegmatiam eſſe cachexiam contendunt: huius opinionis fuit Steue Valentinus vir acerrimi ingenij. 2. Epid. cõmenta. 87. ſed non eſt mos Gale. cachexiam, vocare hydropem, hic vero leucophlegmatiam ſpeciem hydropis ponit.

Frigus vero nulli functioni eſt ex vſu.

¶Ariſto. 2. lib. de generatione anima. cap. 3. cerebrum & alias partes noſtri corporis à frigido afformari inſinuat, qua parte frigus multis functionibus eſſe ex vſu indicat, Cal. etiam dicens primo de temperamentis cap. vltimo à frigido eſſe concretum adipem, frigiditatem eſſe ex vſu inſinuat. porro cum ex Hippocra. cui Gale. primo apho. apho. 15. calor eſt qui nutrit qui afformat & auget, abre videtur dictum aliqua membra à frigiditate eſſe afformata, niſi per frigiditatem remiſſum calorem intelligas. Cæterum quòd ad functiones naturales ex accidenti poſsit iuuare frigiditas notius eſt quàm vt explicari deſideret.

Eſt autem ex eodem quo iam dicta dyſenteria genus, & qui tineſmos dicitur.

¶Tineſmum vocat Gale. teneſmum vocat Aetius & Paulus.

Catharrum ſcilicet nominantibus nobis, cum quod ſuperuacuum eſt

UVA. BHSC. IyR_342

est in os defluit, coryzam cum in nares, branchus catharris superuenit faucibus scilicet humore imbutis.

¶Libro de arte curatiua hunc textum explicuimus, vbi diximus omnem defluxum qui est à capite ad coryzam & catharrum reduci, nam branchos ex specie est catharri, siquidem quando superuacuum in os defluit absolute dicitur catharrus, pro parte in quam superuacuum defluit hæc defluxio vnū vel aliud sumit nomen, si enim in fauces dicitur branchos si in glandulas antiadas gignit, si in ea quæ ijs proxima sunt paristhmia. porro & catharrus etiam dicitur de humore qui in ventriculum defluit, ex ijs patet errasse Musam. 2. apho. cōment. aphorismi raucedines, qui omnem defluxum à capite vocauit catharrum, coryza enim ad catharrum iuxta ea quę Gale. dixit non conuenit, errauit etiam Branchellius, qui. 2. thegni. catharrum dicit, vbi hinc ad nares aut pectus delabitur humor. porro Celsus. 4. lib. cap. 2. distillationem & grauedinem aliter quàm Græcos videtur sumere, dicit quòd destillat humor ex capite interdum in nares tenui pituita per has influente, interdum dicit destillare in fauces, interdum in pulmonem, deinde dicit quòd est aliud malum quod dicitur grauedo, quę nares claudit, & vocem obtundit, & tusim mouet. qua parte insinuat, quòd ad destillationis genus attinet tenuis pituitę ad nares defluxus, quòd si nares malum claudit, & vocem obtundit, & tusim mouet, non destillationem, sed grauedinem dicit nuncupandam.

Musa notat Branchellijra xat.

Liber primus de febrium differentijs cui sunt Lupeij adnotationes.

EBris quæ ex tristitia fit, ex solo motu non tamen ex feruore generatur.

¶Mouentur ex tristitia spiritus ad principium, ex quo motu dicit febrem excitari posse, porro cum ex tristitia non solum externæ partes sed internę etiam frigere soleant, adeo vt tristitię pulsus sit paruus languidus tardus & rarus, videtur tristitiam potius obturando meatus, prohibendoq; calidorum vaporum effluxum febrem excitare, quàm ex spirituum vel humorum motu.

Vna siquidem ac prima est hominibus communis intentio, quòd corpus quàm maxime superfluitatibus vacet, atq; optime spiret.

¶Ad pręcauendam pestem maxime vtile dicit esse quòd corpus optime spiret, porro non dixit multum spiret, sed optime, multa quidem spiratio aeris infecti potius agit ad inficiendum vitiandumq; humores, quàm ad pestem anteuertendam. solet esse aer peiori qualitate infectus, quàm qui ex fœtidissimo loco spirat, quis tamen cum transit per fœtidum locum, à multa spiratione non cauet? superfluitates quidem quibus aliqui qui grassante peste abundare solent potius bono victu & medicamentis exiccantibus, quàm pororum multa apertione sunt extirpandę, monstrauit experientia balneorum vsum tunc temporis esse noxiū, quòd si verum est quòd. 7. lib. cap. 5. dicit Plin. quòd senes minus sentiunt pestilentiam, claret pororum raritatem non iuuare ad febrem pestilentem anteuertendam. ad pensum igitur redeuntes, dicimus, quòd vult Gale. hac parte quam annotamus, quòd det operam qui loco vbi pestis grassatur est, & illi mutare cælum non datur vt corpus à superfluitatibus expurgetur, quibus expurgatis, calor melius euentilabitur, debet etiam cauere commercium eorum qui peste sunt infecti, nam tunc spiratio erit nocentissima, optima erit spiratio pro tempore & loco, si domum vbi nemo fuit tam sæuo malo correptus habitet, & aerem quē inspirare habet, rebus quæ tam seuę opponuntur putredini curet emendare.

Putredinis autem principium, vel cadauerum multitudine nō crematorum, quemadmodum in prelijs contingere solet.

¶Animantia ex putredine nata vita defuncta maxime aerem inficere solent, sic memorat Paulus Orosius lib. 5. cap. 11. ex locustis putrefactis tantopere apud Africam aerem fuisse vitiatum, quòd in numidia octoginta millia hominum ex peste perierunt. dicit vero cladem fuisse tam repentinam, ac

UVA. BHSC. IyR_342

ac tam violentam, vt tunc apud vticam sub vna die per vnam portam plus quàm mille & quingentos mortuos elatos fuisse narretur. Cæterum cũ animalia ex putredine genita ~~cum~~ in magna quã titate gignuntur magnum aeris vitium significant, non solum ad putredinem locustarum illa aeris infectio videtur referenda.

Contingit autem quando cp caliditatem præcedere ambientis aeris immodicam, quẽ admodum in ea pestilentia quæ Athenienses inuasit.

¶Aeris immodica caliditas si adiuncta humiditas non est, non videtur facere ad statum pestilentẽ. Cæterum quia vt infra dicit Gale. humores corporum ex victus prauitate erant putredini obnoxij, ob id poterat in ijs immodica aeris caliditas excitare febres pestilentes.

Sed quoniam de febribus pestilentibus facta est mẽtio, quæ omnes à putredine ortum habent.

¶Contrarium videtur hoc ijs quæ dicit lib. 4. de præsagatione ex pulsibus, qua parte ait, esse aliquas febres pestilentes hecticas. pro hac cõtrouersia diluenda dixi lib. de arte curatiua, quòd Gal. hac parte non sensit, à putredine humorum sed à putredine aeris, febres pestilentes esse ortas. qui vero quę theoremate præcedenti diximus considerat, longe aliter sentiendum iudicabit, maxime si considerauerit, quòd Gale. infra dicit non esse repugnandum Athæneo dicenti omne febriũ genus à putredine ortum ducere. si ephemere excipiuntur: non enim videtur à mente Gale. alienum quòd febres pestilentes non sint citra alicuius humoris vel humiditatis putredinem, nam si hecticam fieri à putredine non negat, minime negaret febres pestilentes hecticas esse à putredine. iam vero quòd demus, illũ opinionem Athænei non probare, dicemus quòd quando hic dicit omnes febres pestilentes fieri à putredine, non de omnibus absolute intelligit, sed de illis quarum hucusq; in hoc libro mentionem fecit, sic enim ait, sed quoniam de febribus pestilentibus facta est mentio, quæ omnes quarum nos scilicet mentionem facimus, à putredine ortum habent licet ego nũquam asseruerim, Gal. voluisse, hecticas esse à putredine. dixi tamen meo libello de arte curati. non videri à ratione alienum, quòd calor ascititius, qui in hecticis humiditati natiuæ est affixus, illam putre faciat, quando alienus calor vincit genuinum. ad quem modum dixi, voluisse forsan Athæneum, febres hecticas esse cum putredine.

Qui modicis laboribus se exponit, ac victu vtitur moderato, in omnibus eiusmodi dispositionibus nullam omnino sentit offensionẽ.

¶De febribus pestilentibus loquitur, quæ maxima ex parte prauo vsos regimine inuadere solẽt, sed quando aer admodum infectus est, & qui bene se gubernauerint offensam sentient. quare Gale. consulto fecit, qui ob magnam pestilentiam, à Roma aufugit vt libro de proprijs libris dicit, non aufugisset vero si bono regimine malum præcauere speraſſet.

Quæ vero sicciora, in ijs antiquum habitum conseruabamus.

¶De præcauenda peste etiam loquitur, vnde patet errare eos, qui corporibus siccis pilulas Ruphi affatim ad anteuertendam pestem propinant. huiusmodi corporum habitum conseruandum & nõ exicandum dicit Gale.

Ego nunquàm vidi circuitum quintanum.

¶Non abnuit Gale. quòd non contingat inuadere circuitum quintanum, sed dicit illum nunquàm à se visum perspicue quòd enim obscuros circuitus quintanos ipse viderit, dixit primo vulg. comment. 3. audiui ego à docto medico se vidisse nonanum circuitum, memorat Plin. 7. lib. cap. 51. antipatrum sidonium omnibus annis, vno die tantum Natali fuisse correptum febre, qua tandem fuit extinctus. idẽ dicit Antonius Beneuenius lib. de abditis causis morborũ se vidisse in Ioa. architecto.

Hecticæ quando sine causis præincipientibus generantur nunquàm ab initio inuadere consueuerunt.

¶Quòd præincipientes causę possint ab initio hecticas febres producere, expresse Gale. dicit, nec reclamat ratio, quòd multa cura vel tristitia corpus exiccet, ob quod calor membrorum reddatur mordacior, indeq; febris hectica excitetur, idq; citra hoc, quòd febris ephemera vel humoralis inuadat. nam corpus potest sua natura tam aridũ esse, quòd mordax calor qui ex tristitia vel anxietudine

UVA. BHSC. IyR_342

tudine excitatur,maius commercium cum illo,quàm cum ſpiritibus vel humoribus habeat,vnde illud potius quàm hos poterit afficere.

In febribus ea ratione qua febres ſunt,nunquàm fit durus pulſus.

¶Quando febris hectica multum humiditatis natiuę effecerit effluuium facit pulſum durum, non inducta vero multa ſiccitate,non fit durus pulſus,quare errauit Auicenna,qui inter notas febris hecticę poſuit pulſum durum.

Omnibus quidem hecticis febribus,hoc proprium & inſeparabile eſt indicium,allato cibo quidem febrem accendi.

¶Parum infra dicit,quod videtur id cõtingere,quod in calce ac lapidibus calfactis,in quos ſi aquã infunderis,multo calidiores ſentiuntur,nutriente humida ſubſtantia aridam caliditatẽ. porro cum ſine ſiccitate ſæpius febres hecticas eodem libro conſiſtere dicat, videtur quòd non omnium febrium hecticarum,ſed earum,quas tabes conſequitur,hoc ſignum quod ponit de calfactione quæ fit allato cibo eſſe proprium,adde quòd poſtquàm poſuit exemplum de lapidibus & calce,ſubiunxit:ſiccam vero in hecticis febribus eſſe caliditatem, quas tabes conſequitur,eo conſtat argumento,quòd nullus eorũ qui habitu ſunt humidiore,ſtatim ab initio huiuſcemodi febre correptus fuit. dices verum eſſe,multas hecticas inter initia eſſe ſine multa ſiccitate,ſemper tamen calorem hecticarum in re ſicciori & duriori magis fixum eſſe, quàm calorem febrium diariarum & humoraliũ, quo ſit vt maiorem ſimilitudinem habeat ille cum calore lapidorum calfactorum, quàm calor febris humoralis,nam licet ſit febris ardens calor non eſt fixus in tam dura & ſicca ſubſtantia, ſicut calor qui eſt fixus in membris,eſt bilis humor ardentem febrem producens, quia vero in omni humore præualet humidum elementum,nec poteſt eſſe tam durus humor,ac membra,ideo maius cõmercium habet cum calore calcis calor membrorum, quàm calor bilis, ob omnia hæc magis proprium eſt calori membrorum cibo excitari, quàm calori in humoribus fixo.accedit,quòd cibus magis agglutinatur membrorum ſubſtantię,quàm ſubſtantiæ humorum putridorum.cauſam vero ob quam arida caliditas rebus frigidis excitetur, vt de calce aqua aſperſa dixit Gale. non eſt facile inuenire.puto equidem omnem calcem habere pinguem ſubſtantiam, pinguior vero eſt calx quæ fit emolari vt dicit Plin.36.lib.cap.25.aduſta igitur calx habet partes calidas igneas & partes frigidas terreſtres,harum cauſa partes igneæ diliteſcunt, ab aſperſſa aqua partes terreſtres fiunt molliores ex harum quidem ſiccitate & humiditate aquæ aerea humiditas pululat quę ob pinguedinẽ quam ex calce contrahit, facile à calore partium ignearum poteſt accendi, facileq; igneas partes illa aerea & pinguis humiditas poteſt nutrire:quæ enim partes calidas & ſiccas habẽt ſine vlla pinguedini, ab aqua inſperſa non videmus calefieri,non calefit cinis ligni quanuis calidiſsimi.Cęterũ quia bitumen habet multam pinguedinem,habet etiam partes calidas & terreſtres, ab aqua ſolet aſcendi: quia vero nutrimentum debet habere proportionem ad id quod nutritur. nam multum oleum ſolet extinguere flammam, ideo bitumen tratiuſq; lapis ardere ſolent aqua, & oleo extingui,habent hęc multam pinguedinem viſcidam & partes terreſtres quæ calorem ſopitum reddũt. oleum porro tantum illam humidam & pinguem ſubſtantiam auget,quòd calorem ſtrangulat.ab aqua vero illa humiditas bituminis ſic attemperatur, quòd poteſt fieri optimum nutrimentum caloris quem habet.omnia vero quę diximus in hoc tendunt,quòd calor calcis calor bituminis atq; calor membrorum,quando non habent humiditatem qua paſcantur deliteſcunt, adhibito humore quo calor tanquam alimento fruatur, calorem quem habent manifeſtant. ipſa quidem humiditas quæ calorem nutrit,ab ipſo calore accenditur. quomodo vero humiditas aquæ fiat nutrimentum calcis & bituminis,ad modũ quo cibus fit alimentum membrorũ ex dictis facile eſt intelligere.

In febrem hecticam ex ardentibus,atq; acutis incidunt plures,qui recte curati non ſunt,ac præſertim,qui cum aquę potu indigerent præter id quod eam non biberent, nullum aliud refrigerans medicamentum,thoraci ac præcordijs appoſuerunt.

¶Ex ijs quæ hac parte dicit Gale.colligitur, non debere in febribus ardentibus medicum epithematum frigidorum admotionem differre, periculoſumq; eſſe, expectare per pharmacum purgationem,nam raro hæc in febribus ardentibus eſt adhibenda.epithemata vero frigida fere omni tẽ-

pore

UVA. BHSC. IyR_342

pore conueniunt,vt exurenti calori quæ mortem vel tranſitum in hecticam minatur febrem,tempeſtiue ſucurrant.

Secundus liber de differentia febrium.

Variantæ ex ætatibus declinantem ſequuntur.

¶Non intelligas per declinantem ętatem vltimũ ſenium,qua ætate magis abundat crudus humor,quam atra bilis,intellige igitur per declinantem ętatem,quæ declinare incipit.incipit vero ętas declinari tranſacto ętatis vigore, ſcilicet à.35.anno.tunc ſcilicet atra bilis quæ quartanam gignere poteſt abundat:monſtratq; experiẽtia,homines plurima ex parte ab anno. 35. vſq; ad annum. 60. febre quartana corripi. id vero quod lib. 2. de hominis natura ſcriptum eſt, quod quartana ab anno.25.vt plurimum vſq; ad quadrageſimum quintum annum inuadit, falſum eſt,nec dignum quod Hippocra.nomine attituletur. porro Muſa commen.apho.æſtiuę quartanæ ait:Hippocra.dixit lib.de natura humana,quòd quartana frequentius aduenit ab anno vigeſimoquinto vſq; ad quadrageſimumquintum.Aetius in ętate declinante, ſed ego ſententiam Hippo.veriorem puto,ſed conſideraſſe prędtitiſſet Muſę,quòd ſententia Aetij tradita fuit etiam à Gale.conſiderareq; debuiſſet,q; eſt adſcriptitium id quod allegat ex libro de natura humana,debuiſſetq; aduertere,quòd per declinantem ętatem, non intellexerunt Gale. & Aetius quam ille putat ętatem.

Continuarum quę ex flaua bile proueniunt duplex eſt ſpecies,alteræ earum quæ à continuo feruore ſynochæ appellantur.

¶Quòd ad ſynochos,febres ex ſanguine attineant, & non febres quæ ex bile proueniunt, ex ijs quæ.11.Metho. & alijs locis dicit Gale. colligitur, colligitur etiam ex ijs quę dicit Aetius ſermone primo ſecundę partis cap.87.vbi diſcrimen ponens inter febres continuas & ſynochos dicit,cauſum alternis diebus exacerbari:porro quia febris ex ſanguine putrido producta, quodammodo bilioſa eſt,vt dixit Gal.2.de criſi,ideo ex bile dicit hac parte eſſe ſynochos.acſi dixiſſet,febres ex bile ſunt in duplici differentia:primę quę fiunt ex bile,ſanguine putreſcente, quę dicuntur ſynochi. alterę quę fiũt ex bile ſed nõ putreſcente ſanguine,quę nomẽ generis obtinent q̃ dicunturcõtinuę.

Nam quæ ex flaua bile per ſenſibiles partes delata oritur febris cũ rigore inuadit.

¶Receptum eſt partes ſenſibiles per quas bilis quæ rigorem producit defertur eſſe muſculos partium externarum.ſunt qui dicant rigorem oriri,eo quòd bilis deferatur per mẽbranas, quę ſepiũt prędcordia,quę enim neruos à ſexta coniugatione ſuſcipiant in conſenſum vniuerſum corpus dicunt trahere.porro cum in febribus aſsiduis & in iecoris inflammatione, frequenter videamus bilem euomi,citra hoc quòd vllus rigor oboriatur nõ videtur vniuerſi corporis rigorẽ ex bile quæ per illas partes ſenſibiles tranſit oboriri,nec diffitemur,quòd aliquando fiat rigor vel frigus ex bile oſtiolum ventriculi vellicante,ſed quòd ſemper ex hac cauſa procedat abnuimus,de ijs dicemus plura.2.lib.de ratio victus.Cęterum Hipp.lib.de morbis,cauſam rigoris dicit eſſe cum bilis aut pituita cõgelant ſanguinẽ:dicit eñ q; bilis eſt frigidior ſanguine quod verũ dicit loquens de calore naturali & in hoc ſenſu voluit quod pituita & bilis faciendo vt ſanguis ſui caloris naturalis aliquid amittat q; hic ab illis quodãmodo congeletur,ſed videtur q; ſi hęc fuiſſet vera cauſa rigoris, potius rigores acciderent in febribus aſsiduis quàm in intermittentibus.

Ex omnibus quæ ſuperſunt, nulla eſſet præſtantior contemplatio an ex ſanguine putrefacto ſoleant accidere febres.

¶De hac contemplatione diximus iam in Enchiridio & lib. de arte curatiua quòd fit febris ex ſanguine,quam non dixit biliioſam Gale.ſed quodãmodo biliioſam.2. lib.de criſi,quia igitur febris ex ſanguine ſeruat naturam febris quę eſt ex bile,ad hanc illam ſępe reducit Gale. Alexander vero in problema.negat febrem ex ſanguine.

Sumendum itaq; initium ab ijs quæ manifeſte apparent quæ ſunt

UVA. BHSC. IyR_342

lippitudines quædam, quarum nõnullæ quotidie, nonnullæ vero tertia quoq; die magis instant, similiter & aurium dolores, & capitis.

¶Si in lippitudinibus & in auriũ & capitis doloribus, circuitus (vt Gal. dicit & experiẽtia mõstrat) accidunt, taxãdus est Argente. qui dixit exacerbandi vim humoribus solum ex putredine aduenire.

Quoniam caliditas natura apta est, fluxiones attrahere.

¶An caliditas attrahat lib. de facultatibus naturalibus discussimus. porro hęc autoritas non obstat eis quę dicta parte dicit Gale. qui dixit attractionem solum fieri vel similitudine substantię, vel consecutione ad id quod vacuatur, nam licet concedamus caliditatem per se non trahere, est causa vt humor attrahatur: ad quem modum dolorem esse causam vt humorum fiat attractio dicit Galen. qui minime concessisset dolorem per se trahere.

Omnes enim quæ sine ictu, aut contusione partibus aduenium inflammationes, ex superfluitatibus quæ à membris fortioribus ad debiliora confluxerint generantur.

¶Videtur quòd aliquando gignatur inflammatio, ex excrementis in aliqua parte genitis, quæ prę imbecillitate ad alias parres ipsa pars non potest transmittere. adde quòd laborat iecur inflammatione quę fortissima pars est: sed dices quòd cum aliunde humores recipit quòd iam est facta imbecillis, vtcunq; sit, non videtur abnuendum alio modo quàm per fluxiones fieri inflammationes.

Nonnunquàm vero vtrisque vel clysteri cum sanguinis missione vsi sumus.

¶Multi medici pro certa lege habent, eo die quo sanguinem mittunt clystere non præterire: Gal. vero non semper ambobus ijs remedijs vtebatur in oculorum morbis, sed indecens est, horum supinitatem Gale. autoritate velle conuellere.

In omnibus humoribus humidum præualet elementum.

¶Si hoc aduertisset Trallianus. 12. lib. cap. 2. non dixisset nil mirum esse, quosdam putasse, neutiquàm plane putredinem recipere melancholiam, quia nihil habet humidi: in humore quidem melancholico quicquid ille dicat humidum pręualet elementum.

Liber de inæquali intemperie cum Annotationibus.

INæqualis intemperies alias in toto animalis corpore fit, veluti in ea hydropis specie quam anasarcam vocant, & febribus ijs quas ijdem epialas appellãt, fereq; reliquis omnibus exceptis quas hecticas nominant.

¶Non caret scrutatione, cur dicat fere in reliquis omnibus, exceptis quas hecticas appellãt. Cum enim exceptis hecticis in omnibus cęteris febribus sit inęqualis intemperies, non videtur addendũ esse fere. additum vero fuit, non quia cęterę febres non sunt cum inęquali intemperie, sed quia cõtingere potest nullam intemperiem in febriẽte apparere, nempe vel sola praua qualitate citra manifestam intemperiem offendere potest febris, vt in aliquibus pestilentibus humoralibus contingere solet, humorales addidi quia in pestilentibus hecticis est illud frequentius, vel dixit fere quia contingit calorem ascititium non semper in omnes corporis partes diffundi, loquitur vero dicta parte Gale. de inæquali intemperie, quæ vniuersum corpus occupat.

Incidit autem in vna parte inæqualis intemperies, cum vel ea gangrena vel canero est affecta, huc pertinet, & qui elephas dicitur.

¶Elephas inueteratus omnes corporis partes prehendit, in eo vero qui recens est non est necessum, quòd omnes partes sint affectę, quare errant illi, qui dicunt eo solum differre elephantum à canero, q; hic est morbus vnius partis ille totius corporis. sed de ijs iam libello de atra bile.

Videtur

UVA. BHSC. IyR_342

Atq; arteriæ & venæ, quæ ſcilicet & primæ & præter cætera vario dolore afficiuntur.

¶Videtur hoc eſſe contrarium ijs, quæ dixit. 16. lib. de vſu partium, vbi ait arteriæ enim & venæ partis cuiuſq; ſenſus omnino ſunt expertes, ſiue illas frangere velis ſiue vrere, ſi vero ſenſus ſunt expertes non videtur quòd vario dolore afficiantur, dices quòd illarum ſimplex ſubſtantia eſt ſenſus expers, vi tamen connexionis, quam cum neruis habent ſentiunt venę & arteriæ, tandemq; dolore afficiuntur.

Digitorum vero particulæ ſunt oſſa, cartilago, ligamentum, arteria, vena, membrana, caro, tendo, vnguis, cutis, adeps, has autem diuiſiſſe in aliam ſpeciem non eſt, ſed ſunt ſimilares ac primæ, exceptis tamen arterijs, & venis, hæ nanq; ex fibris & membranis ſunt conditæ.

¶Cum libro. 1. de motu muſculorum & libro vnde de vſu partium dicat, tendonem conſtitui ex neruis & ligamentis, abre videtur dictum, quòd tendo ſit pars ſimilaris, maioriq; iure videtur locandas venas & arterias inter partes ſimplices quàm tendonem. nam ſi ad ſenſum dixeris tendonẽ eſſe partem ſimilarem, non eſt cur magis excipias venas & arterias quàm tendonem, quare ſuperflue poſitum puto tendonem.

Alteratur ac corrumpitur cuiuſcunq; natura, cum calefit, vel frigefit, vel humefit, vel ſiccatur, vel eius vnitas diſſoluitur, in ijs quidem intemperaturis quæ inæqualia ſunt excalfaciendo, vel exfrigefaciendo, ſecundo loco exiccando vel humectando.

¶Quòd Gale. voluerit intemperantias dolorem producere ſoluendo continuum, ex ijs quæ dicit ſecundo libro de compoſitione pharmacorum localium videtur colligi: neq; ab hac ſententia videtur alienum id quod infra dicit, quòd calor & frigus proxime accedunt vt vnitatem ſoluant. ſed de ijs citata parte, & lib. Meth. Cæterum quòd hic dicit quòd intemperamenta humectando dolorem producunt, non intelligas, quòd ſimplex humiditas hoc faciat, cum multis alijs locis id negauerit, producit vero dolorem humiditas quando eſt humoris effluxus.

Calidiſsima natura merito eſt flaua bilis.

¶Caliditate naturali calidior eſt ſanguis, vt iam diximus libris de temperamen.

Cum vero omnes corporis ſolidæ particulæ excalfactæ ad abſolutionem iam ſunt; eiuſmodi febrem hecticam Græci vocant.

¶Ex ijs quæ dicit Gale. claret, errare eos, qui putant in omni febre quę ſubſtantiam membrorum prehendit, non ſentiri calorem quouſq; enim ad abſolutionem omnes corporis ſolidæ particulæ excalfactę ſunt calor ſentitur.

Homo hominem morſu non interimit, neque vipera viperam, neque aſpis aſpidem.

¶Aetius inter venena ponit morſum hominis, ſed certe rationi eſt conſentaneum quod dicit Gal. quòd id quod ſimile eſt, ſit congruum atq; amicum. ex ijs vero quæ hac parte dicit Gale. etiam colligitur, homines ſanos non poſſe effaſcinare, oculiſq; ſuis alios homines lædere. quòd ſi lędunt, nõ ſunt ſani; ſi vero ſani ſunt & offendunt, id interueniente dęmone debet fieri, vt ex Diuo Baſilio homilia. de inuidia & Di. Chriſoſto. & Diuo Hierony. in illud Pauli quis vos faſcinauit inſenſati Gal latę late, lib. de venenis, & li. de arte curatiua ipſe probare fui molitus. placet dicta Baſilij referre, quę ſic habent, inuidos putant quidã etiã per oculos ſolos, noxã immittere, vt corpora bona habitudine prędita, & ex ætatis vigore ad ſummã pulchritudinẽ efflorescentia colliquescant ab ipſorũ inuidia, & tota moles aceruatim cõtrahatur, velut fluxione quadã pniciosa, ex inuidorũ oculis diffluente, & lędẽte ac corrũpẽte; ego vero hãc fabulã vt populare repudio, & ab aniculis in gineceũ

UVA. BHSC. IyR_342

ac muliebre conclaue inductam, illud autem affero, quod ofores probitatis dæmones, vbi voluntates reperiant ſuis conſimiles, omnino ipſis ad ſuum propoſitum abutuntur, quare etiam oculis inuidorum ad ſuę voluntatis miniſterium vtuntur. hæc eloquentiſsimus & ſanctiſsimus doctor, quibus certe ratio abunde ſuffragatur. ſed de ijs citatis locis diximus multa.

Neq; enim ea ſolum quæ inculcata ſunt, & perſpiratu prohibita putreſcunt.

¶Vndecimo lib. Meth. perſpirationem impeditam dixit putredinem facere: porro perſpiratio quę eſt in venis pauca eſt, reſpectu eius quæ eſt in parte phlegmone correpta: cum ergo hac parte dicit, non ea ſolum quæ inculcata ſunt & perſpiratione prohibita non putrefieri, non vult q̃ non ſit prohibita perſpiratio quæ eſt in humoribus citra inflammationem, ſed quòd non ſit ea inculcatio & impedita perſpiratio quæ eſt in phlegmone.

Neq; em̃ ſi hominẽ ſub feruido ſole ſtatuas, & aquã illi frigidã infundas, fieri poteſt, vt non ſimul à ſole calorem, & ab aqua frigus ſentiat.

¶Poteſt ſentire calorem & frigus, ſed in diuerſis partibus, nec mirum vero q̃ ille non dignoſcat quibus partibus ſit calor, quibuſq; ſit frigus, cum partes ſint minimæ ſibiq; ſint continuæ.

Sæpenumero vidimus rigorem, quem nulla ſequuta ſit febris.

¶Aliqui neoterici id nolunt concedere, ſed certe non eſt à ratione alienũ q̃ diſſeminetur humor ille vitreus per muſculos & rigorem producat, q̃ ſi dicis humor tam frigidus cum lente moueatur producet frigus, & non rigorem, quid obſtat vt credas q̃ humor ſit in pauca quantitate & à facultate forti breui depellatur, ſintq; membra illi quibus hæc cõtingunt multo ſenſu prędita. ſed de ijs iam diximus lib. 2. de ſymptomatum cauſis.

Liber de Maraſmo.

EX vniuerſo autem entis cenſu tria tantum viuere dicuntur, animalia, plantæ, atque ſemina, & propter ea fructus.

¶Ariſt. libris de anima, duo viuere dicit, animalia & plantas. ad plantas quidem reducũtur ſemina & fructus. Cæterum Plutarchus in proble. proble. 73. non reluctatur ignem eſſe animatum. & hac ætate ſunt qui tradiderint lapides viuere. quod de magnete lapide conceſsit Thales. vt autor eſt Ariſt. lib. de anima. capite. 2. Cæterum & ſub ſeminibus dicet aliquis Gale. non ſolum intellexiſſe ſemina plantarum ſed etiam ſemina animalium; magis quidem videtur ſplendere vis vegetandi in ſemine animalis quàm in tritico vel alio ſemine. qua vi vero interfectus homo interfectori iraſcatur, ſi verum eſt quod lib. 9. de legum latione dixit Plato & Gulielmus Pariſienſis lib. de vniuerſo, non parua difficultas eſt. credo id non fieri, quia humores ſint animati, ſed quia Deus vult oſtendere ſigna quibus dignoſcatur interfector; nec interfectus proprie iraſcitur, ſed aſtantibus videri debet quodam modo iraſci.

Sed corpus tabe abſumi totum affirmantes, de ſingulis nomen id ferre partibus non conſueuimus.

¶Et pupillam tabe affici, dixit Aetius: ſed citra maraſmum poteſt hic morbus pupillæ accidere: quare hęc tabes diuerſa eſt ab ea de qua tractat Gale.

Errant illi, qui viuentium calorem cum flamma comparant.

¶Quia flamma ex corruptione fomitis oritur, ſemperq; fomitẽ molitur depopulari, innatus vero calor nutrit & auget corpus, licet vero hoc ille faciat nõ eſt abnuendũ, per accidens ab innato calido fieri humiditatis natiuę defluuiũ. quod. 1. lib. de ſani. tuen. & 6. lib. vulga. cõmen. 4. & 60. aph. 7. ſectio. Gal. dixit. nã cũ à primo ſtatim ortu, animalis ſubſtantia humida ſit, & nondũ integrũ vigorẽ mẽbra ſint adepta, vernaculus calor nõ quieſcit quouſq; ea perficiat, debitamq; ſubſtantiam illis reddat, quod cũ fit humidæ ſubſtantię non nihil amittitur: poſtquàm vero animal integrum vigorem habet calor quodammodo eſt redditus aſcititius, vt quarto lib. de præſagatione expulſi. dicit Gale. quo fit vt excitando fluori non deſiſtat.

A co-

UVA. BHSC. IyR_342

A cognitione ſtatim, valente adhuc robore, gelida eſt præbenda.

¶Hoc videtur repugnare ijs quæ dicit. 9. Metho. vbi ait hecticæ febres non perinde eam quæ prorſus ſit gelida deſiderant. ſed ſi aduertis nulla eſt repugnantia, in Metho. enim in ijs hecticis quæ ad abſolutionem peruenerunt in quibus exiguus eſt ſanguis gelidam inhibet, in hac vero parte in ijs hecticis quæ ad abſolutionem non peruenere, ſed tunc quando ex ira vel ex aliqua manifeſta cauſa habuere ortum gelidę exhibitionem laudat.

Liber de Comate.

Somnolentum vero coma his quidem ideſt phreniticis non eſt proprium aliquando autem fit.

¶Non vult quòd fiat aliquando ſomniculoſum coma phreniticis, ſed quòd aliquãdo eis fiat coma, quæ enim ſubſequuntur clare oſtendunt, illum noluiſſe coma ſomniculoſum comitari phreneticos, quod primo Prohe. tractans de archecrate docet, neq; ijs obſtat quod tertio vulgar. non negat ſopiri phreniticos, nam per phreniticos delirantes intelligit, nõ eos qui inflammationem calidam in cerebro habent vel per ſoporem intelligendum eſt vigilans coma.

Liber de Palpitatione, rigore, & tremore, cum commentarijs.

Aves enim non modo ſurſum verſus deorſum ve volant, ſed quæ locum iam habitum non mutant, tunc etiam mouẽtur.

¶Valleriora impoſsible eſſe dicit, quòd auis non mutet locum, & moueatur. qui ſi beneuole dicta Gale. interpretatus fuiſſet, non eſt cur illum contradictionis arguiſſet. parum quidem infra Galen. ſe ipſum exponere dicit, quòd ſi motum ijs concedere nolis, ſaltim vtiq; concedas actionem, & ſimplicis actionis duplicatum eſſe robur: vult quidem, quòd iam quòd nolis auem vel brachium tentum moueri fateri teneris, illis eſſe actionem, ideſt niſum ad ſuperiora.

Tremor inuoluntarius ſurſum & deorſum motus motarum partium abinuicem.

¶Inuoluntarium dicit, quoniam contra voluntatem membra ſic mouẽtur, quod vero infra dicit, quòd tremor non fit contra mouendi voluntatem, dictis non repugnat, vult quidem non poſſe membra tremere non interueniente facultate animali. alias male vſurpaſſet nomen volũtatis, cum brutæ animantes quibus non eſt voluntas ſed appetitus tremore corripi ſoleant.

Ego nanq; vel luce clarius, non modo palpitare cenſeo arteriam, ſed conuelli multoties videri.

¶Non vult quòd conuellatur arteria, ſed quod videatur conuelli, ad inſinuãdum quidem, quod vehementer ſolet palpitare arteria, annotata parte voluit, quòd tantum palpitat arteria, quòd videtur conuelli: hoc totum dicit ad probandum quòd palpitatio non ſit ſolum paſsio lacertorum, vt quidam volebant.

Affirmant nanq;, in triteis & ardentibus febribus, rigorem ei eſſe parem qui à ſagittis acutiſsimis, tenuibuſq; carnem trãſſigentibus, pluries ſentitur.

¶Si rigor ad hunc modum in tertianis febribus ſentitur claret non eſſe audiendum Ioannem Fernellium qui lib. de febribus dicit rigorem in febribus fieri qua bilis tranſit per membranas ſepientes præcordia quæ ratione neruorum quos ex ſexta coniugatione ſuſcipiunt trahunt in cõſenſum

UVA. BHSC. IyR_342

totum corpus, ſi enim ex ſolo conſenſu membra rigerent non afficerentur ac membrã quæ à ſagittis acutiſsimis & tenuiſsimis tranſfiguntur, accedit quòd in febribus continuis & in hepatis inflammatione bilis mordaciſsima ad oſtium ventriculi fluitare ſolet ſine totius corporis rigore; ſed de ijs ſupra diximus.

Natura atq; anima nihil præter calorem eſt.

¶De ſententia Hippoc. hoc dicit, qui libro de carnibus calidum eſſe immortale, & cuncta intelligere dicit, quibus verbis putat Fernellius. 2. lib. de abditis cauſis cap. 4. Hippocra. de anima hominis loqui, ſed ego id non video. Gale. vero cum animam dicit eſſe calidum loquitur de anima vegetante & ſenſitiua, illam vocat naturam, hanc animam: quòd vero voluerit rationalem animam extra aduenire colligitur ex ijs quæ dixit libro q; animi mores: huius animæ ſubſtantiam dixit lib. de ſubſtantia facultatum ignorare, nam ſubſtantiam animę ſenſitiuæ eſſe temperamentum vel calorem non ſemel aſſeruit. Cæterum & calorem naturalem eſſe animam, videtur inſinuare Ariſtot. ſectio. 27. problem. proble. 10. quærens cur metuentibus alui funduntur, reſpondet an quia calor inſitus nobis quaſi animans eſt, hic ergo rem quancunq; timuerit defugit. ſi timorem eſſe calori naturali aſſerit, conſequens eſt quòd aſſerat illum eſſe animatum, de ijs vide quę diximus. 2. lib. de decretis & libro quòd animi mors explicantes quod dicit Gale. de Ariſtote. quòd dixerit animã eſſe mortalem apertius hoc dixit Plin. 8. lib. cap. 55. quem video ſibi nõ conſtare, cum de Auguſto tractans. 7. lib. cap. 45. ait in ſumma Deus ille. cęlumq; neſcio adeptus, magis an meritus hærede hoſtis ſui filio exceſsit. hæc ille, animæ porro mortalis non eſt cęlum indipiſci.

Tendi nanq; lacertum, & ad initia propria conuelli.

¶Lacertorum hic & non neruorum conuulſionem eſſe affectum dicit. porro muſculorum conuulſio eſt palsio, ſed præcipua pars muſculi quæ in conuulſione laborat, neruus eſt: ſi hęc annotaſſet Argenterius non arguiſſet Gale. contradictionis, qui dicit libro de differentijs morborum conuulſionem neruis tribuit Gale. libro de conſtitutione artis medicę ad muſculorum fibras conuulſionem ſpectare dicit; cõuulſio quidem licet ſit muſculorum, de ijs vide quæ diximus quinto aphoriſ. aphoriſ. primo.

Quæ vero plenitudine conuulſiones, aut inflammatione fiunt.

¶Cum duplex ponat genus conuulſionis, vnum à plenitudine, ab inanitione alterum, mirabitur aliquis, cur conuulſionem quæ fit ab inflammatione ab ijs ſeparet. porro conuulſio quæ fit ab inflammatione, vel reducitur ad eam quæ eſt ex plenitudine, vel ad eam quæ conſortij lege cerebrũ afficit. vehemens quidem dolor qui in inflammata parte eſt, in conſenſum cerebrum trahit.

Liber Primus de difficultate: reſpirationis illuſtratus commentarijs.

Neq; omnino Græcos aut Latinos ſequi dignatus, imo nec manifeſtę interpretationis curioſus, illi permittendum eſt vt eadmeam victoriam vincat.

¶Cadmea victoria frequenter ſumitur medicis, pro ea quæ ſimul & morbus & natura pereunt, hic cadmea victoria à Galeno ſignificatur, quæ dedecus potius quãm decus adfert vincenti, vide chiliades Eraſmi.

Parum enim abeſt, vt pulmo ſenſus ſit expers.

¶Non prorſus eſt pulmo ſenſus immunis, vt quarto libro de locis affect. Gale. docet, à ſexta coniugatione dicit pulmonem neruos tenues recipere, qui intrinſecus non penetrant, ob quod dicit pulmonis dolores eſſe remiſſos, quare ſi alicubi legeris, quod pulmo non ſentit, eſt quia illi exiguus eſt ſenſus.

Relatum eſt de arterijs, quòd ob facultatis debilitatem pulſuum inæqualitas fieri poſsit.

¶Contra-

UVA. BHSC. IyR_342

¶Contrarium videtur hoc ijs quæ dicit lib.2. de præſagatione ex pulſ. cap. 4. vbi ait ex facultatis imbecillitate nulla pulſus adeſt inęqualitas, niſi quando ipſum etiam corpus cordis inęquali intemperie detineatur. dicit in eodem capite Gale. facultatem eſſe comparandam contentis in ipſo corde cum ipſo arterijsq; ita vt robore ijs cedat, videtur quidem indicare, nūquàm ex ſe virtutem imbecillam, pulſum inæqualem reddere, & hoc modo poſſumus dirimere difficultatem. quòd lib. de difficultate reſpirationis dicens virtutem imbecillam pulſum inæqualem ædere, non intellexit ſolū ex ſe, ſed comparata cordi & arterijs & humoribus in eis contentis. ſed certe extra rem videretur dictum, quòd ſi cor ſit expurgatum ab humoribus, corpuſq; cordis vitium non habeat, quòd pulſus inæqualitas facultati imbecilli non tribuatur, quę vt hoc libro Gale. dicit, præimpotentia arterias vna vice dilatare non poteſt. quare melius quadrat, quòd dicamus, quòd inæqualitas pulſus nunquàm atteſtatur ſupra ſolam imbecillitatem, quia licet imbecillitas facultatis illam inæqualitatem per ſe efficere valet, ſemper tamen quòd tanta imbecillitas eſt, vt pulſum inęqualem faciat, nō poteſt non eſſe aliquod vitium in corde, vel arterijs, vel quæ in eis continentur.

Vitalis autem facultas nullum ſuperiorem habet dominium, ſed libera penitus exiſtit.

¶Liberam vocat facultatem vitalem, non quia ex voluntate procedat, ſed quia non tenetur alterius facultatis auſcultare imperio. *ſed influxui a cerebello.*

Liber ſecundus de reſpirationis difficultate.

PEr inflammationem autem nunc intelligendus eſt durus & calidus & dolens tumor.

¶Inflammationem non eſſe durum tumorem, ſed renitentem ſcripſit. 6. Vulg. commen. 2. hac igitur parte qua durus legitur, renitentem intellige.

Liber tertius de difficultate reſpirationis.

SVnt autem morbi acuti, qui omnino cum febribus continentibus fiunt, velut ipſe in lib. de victu acutorum oſtendit, ſunt itaq; hi acuti, quales veteres nominarūt pleuritim, & peripneumoniam, phrenitim & cauſum.

¶Proprie continens febris dicitur, quæ à ſanguine proficiſcitur, atq; cum aliqui morbi quos hic recenſet non ſemper febrem ſanguinis comitem habeant, pro continentibus melius leges continuis, aduerte vero quòd iuxta antiquorum conſuetudinem dixit morbos acutos ſemper eſſe cum febribus continuis, nam ex propria ſententia. 29. apho. 3. ſectionis, tertianam febrem numerat inter acutos, &. 5. apho. 29. apho. apoplexiam & epilepſiam morbos febrium expertes inter acutos numerat.

Ex ijs autem eſt ſtrangulatio vteri appellata, & omnino omnes ſpiritus interceptiones, quæ mulieribus quidem aſsidue, raro autē aliquando & viris.

¶Sub ſpiritus interceptione complectitur vteri ſtrangulatus, at quia ſpiritus interceptio quæ viris accidit vteri ſtrangulatus non poteſt nominari, ideo non ſatis illi fuit dicere, ſtrangulatum vteri niſi adderet ſpiritus interceptionem. mirum vero quòd. 6. lib. de locis patiētibus, referens mala quę ex cohibito ſemine proficiſcuntur non meminerit ſpiritus interceptionis quæ viris accidit.

UVA. BHSC. IyR_342

Meminisse oportet, quòd interceptionibus spiritus, omnem respirationem perfecte perisse, neq; suspicari possibile est, neque sic habere apparet.

¶Sexto lib. de locis patientibus cap. 5. non negat quòd pereat respiratio in vteri strangulatu, ait quidem nõ difficile fuerit estimare, paucum illum calorem in ipsis derelictum arteriarum cordisq; offitio conseruari considerans vero, quòd hæc non omnibut arrisura essent, subdit quin & adeo potest esse exigua respiratio, vt sensum omnino effugiat, hoc porro est nimis consentaneum ijs quę hac parte quam exponimus docet.

Liber de multitudine cum scholijs.

AT secundum cerebrum, per quam manifestam sui sensuũ grauitas dum excitat, atqui sensu videntur carere nonnulla ossa.

¶Non negat hac parte Gale. quòd cerebrum sentiat, quod Aristo. 2. de partibus animalium cap. 10. negauit. Cæterum si perpendis quæ hac parte dicit Gale. videbis illum non diffiteri, sensu prædita esse aliqua ossa, quòd lib. de elementis & lib. de articulis noluit fateri; at tam exiguus debet ijs esse sensus, quod ob id omnia ossa sensus esse immunia dentibus exceptis ille fuit ꝓfessus.

Poterit tumor tandem venarum sanguinariq; signum esse multitudinis; sanguine, nunc per præualescentiam dicto.

¶Gale. hac parte docet fieri plethoram, auctis omnibus humoribus, vel si mauis aucto sanguine. nã. vt dicit, idem erit, sanguinem ipsum augeri, ac si etiam omnes humores dixeris, in hoc sensu possumus intelligere quod dicit. 2. lib. medic. localium, vbi ait, fit plethora quatuor humoribus ex æquo auctis aut etiam sanguine solo; vult quidem, fieri plethoram auctis quatuor humoribus, vel si placet more aliorum loqui aucto sanguine solo. quod idem est, vt lib. de multitudine ipse Gal. docuit, difficile quidem videtur, quòd sanguis syncerus in ijs qui inculpatos humores habet augeatur, reliquis humoribus non auctis; hoc considerans. 2. lib. de sani. tuend. plethoram dixit fieri auctis quatuor humoribus, non explicans, quòd sanguis in tantum augeatur quòd faciat plethoram alijs humoribus non auctis, quòd si vis asseuerare, quòd sanguis potest eo peruenire, quòd plethorã producat, alijs humoribus non auctis non multum contendam; videtur tamen, quòd iam ꝓ hoc possibile sit, quòd antequàm hæc plenitudo sit in venis, quòd magnopere dominabuntur in venis humores calidi, pituita & melancholia non auctis, & sanguine multum aucto. quo fiet vt antequàm sit plethora, sit aliquod in humoribus vitium. intelligens porro Gale. nil interesse sanguinem vel ꝓ quatuor humores dicas dixit lib. artis medicinalis in fine, plethoram fieri à sanguine, nõ exprimens ꝓ à quatuor humoribus ex æquo auctis proficiscatur, aliquando exprimit, quòd fiat à quatuor humoribus, & non exprimit quòd à sanguine solo; videbatur quidem illi, quod si in generatione sanguis humores non seruassent proportionem, quòd non possent humores aliud quàm plethoram non facere.

Cæterum non omnes cibum auersantur, sed & eorum aliqui fame conflictantur, nimirum hi quibus atra bilis qualitatem acidam superantem obtinet.

¶Videtur hac parte Gale. velle melancholiam naturalẽ quando non est acida superanter potius deijcere appetitum quàm illum conciliare, quod est contra illud quod. 5. lib. de vsu part. diximus, sed nil minus hac parte voluit Gale. melancholia ex se appetitum excitat, sed quando est in multa quantitate in ventriculo concoctionem impedit, cuius quidem ratione aceruari solent multa excrementa pituitosa, quæ appetentiam deijciunt, ratione horum excrementorum sunt saliuosi hi quibus hæc melancholia abundat. cum vero superat acida qualitas in melancholia canina appetentia producitur, nisi alios humores asciuerit hæc melancholia, qui maiorem vim habeant deijciendi appetitum quàm illa concitandi.

Liber

UVA. BHSC. IyR_342

Liber de tumoribus præter naturam, expositus.

TErtia quædam constitutio est, media est inter corpora sana, & ea quæ se habent præter naturam.

¶Ex propria sententia neutram affectionē admisse Gale. liquido patet, quare Antonium Musam, & alios in hoc fuisse lapsos manifeste apparet.

Ab inflammatione incipientes solent Græci hoc nomen dicere de partibus quæ in maiori tumore sunt, carnosis, intentis, renitētibus, pulsatili dolore dolentibus. §

¶Gale. non consueuit sumere nomen inflammationis vt antiqui, nam non solum partes carnosas, sed & venolas inflammatione capi dixit. 2. lib. ad Glauco. cap. 2. & arteriolas etiam, nec voluit, ꝙ pars inflammata necessario sit intenta: dixit quidem secundo vulg. sectione prima comment. trigesimo phlegmonem non duram sed renitentem partem efficere. Cæterum neq; omnes inflammationes pulsus comitatur sed magnas. 10

Partium vero corporis vel humorum nihil aliud est rubrum præter carnem & sanguinem. 15

¶Per carnem etiam quæ dicitur parenchyma, est intelligenda, nam caro hepatis rubra est. Cæterū quod de humoribus dicit de naturalibus tolū est intelligendum, nam esse bilem rubram dixit Gal. primo lib. de natura humana comment. sexto.

Et sanies quanto tenuior est sanguine, tanto aut etiam magis crassior est spiritu. 20

¶Dicit Celsus. 5. lib. cap. 28. ex vulneribus exijt sanguis, sanies, & pus: sanies tenuior sanguine: pus crassissimum albissimumq; : qua parte insinuat, saniem solum esse rem præter naturam: at Aristot. dicens primo de part. ani. cap. 4. saniem esse dilutiorē partem sanguinis, & tertio de historijs cap. 2. saniem esse corporis partem, rem naturalem esse saniem insinuat.

Gangrenæ quidem & carbunculi, cum qui veluti efferbuit sanguis, propeq; inflammationem est cutem peruserit, quapropter & cum crustra fiunt. 25

¶Non semper carbunculum cum crustra incipere dixit. 13. Methodi.

Cum igitur bilios⁹ fluor decubuerit, qui exactus quidem est cutem vicerat, qui vero aquosa sanie sanguineue mistus minus est acer, magisq; in tumorem attollit partem quam vlcerat, hoc quidem Erysipelas nominatur, alterum herpes. 30

¶Et à sanguine feruescente, & tenuissimo Erysipelam proficisci dixit. 2. ad Glauconem cap. primo. Cæterum & à bilioso humore sanguinis vel saniei nulla facta mentione. 13. Metho. dixit Erysipelam proficisci, quod quomodo sit intelligendum, ex textu quem exponimus iam claret.

Syderationem corruptionem solidorum corporum omnē, vt ipsis quoque ossibus insit, gangrena vero mortificatio est solidorum corporum, sed nec ossibus ineſt, magnasq; id flammationes sequitur. 35

¶Ossibus inesse gangrenam putant aliqui voluisse Aetium, qui sermone secūdo quartę partis cap quinquagesimo sexto ait, at vbi iam pars mortificata penitus sensum amisit, non amplius gangrena sed sphacelus malum appellatur, accidit autem hæc affectio etiam ossibus; hæc ille sed hoc vltimum non ad gangrenam sed ad sphacelum est referendum. 40

Ipsum sanum corpus perrodentia, hæc omnia vocātur phadegenica.

¶Phade

UVA. BHSC. IyR_342

¶Phadegæna pro vlcere corodente capi hic dicit Gale, sed quòd aliqui phadegænam sumpserint pro immodica ciborum appetentia Gale.dixit.6. vulg. parte tex.34. Cæterum & inter cancri species ponit phadegænam Celsus.6.lib.nec cuiuscunq; partis,sed solum colis esse videtur indicare.

Scabies quoq; & lepra melancholici affectus sunt solius cutis,vt si quoq; & carne fiant cancer nominatur.

¶A scabie differre lepram dicit Aetius, quòd in scabie furfuracea quædam cuti inhærentia apparent.in lepra vero quædam velut magnorum piscium squammæ. quibus verbis scabiē ficcam esse, vt lepram sentit cui hac parte fuit adstipulatus Gale. Celsus porro.5. lib. non omnino ficcam esse scabiem sensit.exire quidem ex scabie sanies dixit, huius opinionis fuit Aristo.sectio.5.problema. probl.4.qui dixit scabiem manare humore glutinoso,& non lepram.Cæterum scabiem aliam esse a plora colligunt alij, ex ijs quæ dicit Plin.20. lib.cap.1. vbi ait: arida cum resina impetiginem,& scabiem quæ lichenes,& ploras vocant sanat. sed ex hoc loco potius contrarium colligitur, vult quidem impetiginem & scabiem vocari sporam & lichen, & debet litera esse inuersa debet legi, quæ lichen & ploram vocant,vt velit impetiginem dici lichen,& scabiem ploram.Fernellius nulli autoritati annisus dicit scabiem differre à plora sed autoritas Plinij illius errorem ostendit.

Melancholica affectio & ipse elephas est, primam quidem generationem ex sanguine melancholico trahens,spacio vero temporis ipsius nigrę plus sanguine fit: hanc affectionem cu incipit,satyrias nō vocāt.

¶Ex ijs quæ hac parte,& libris de atra bile dicit Gale. patet illum non sentire,elephantum esse canerum,de qua re vide id quod libro de atra bile diximus; ex ijs quæ dicit Gale. etiam patet, satyriasmum non omni elephantię,sed incipienti conuenire.

Notus est furunculus, mitis quidem,cum in ipsa cute constituitur,malignus vero cum alte exoritur,tuberculo enim similis est,solaq; duritie à tuberculo distans.

¶Presisius sumit furunculum Gal.quàm Celsus,hic enim omnem furunculum esse tuberculum sentit,otio deditos hoc malum plurima ex parte inuadit, vnde natum est prouerbium,in ædes diuitum furunculi.

Sunt qui dicant,in inguinibus & alis solis phigetla fieri,quæ adenum quæ ibi sunt inflammationes sunt.

¶Hac parte dicit phigetlon esse inflammationem,sed secundo ad glauconem dixit esse inflammationem participem erysipelatis vel erysipelam participem inflammationis. Cæterum Celsus non solum in adenibus dixit fieri phigetlon,sed etiam in vertice.

Videtur autem Hippocrates non omnem gargareonis inflammationem vuam nominare,sed vnam solam speciem,qua gargareonis terminus similis acino vuæ est.

¶Id videtur dicere Hippocrates.2.lib.de morbis,sic quidem ait,si vua morbus in faucibus fiat,summa gurgulionis pars aqua impletur,& rotunda fit,ac pellucida.Cæterum non abs re quis arbitrabitur hac parte nolle Hippo.quòd solum summitatis gurgulionis vua sit morbus.signa quidē gurgulionis inflammati tradidit. licet porro totus gurgulio sit inflāmatus,eius summa pars rotūda fit ac pellucida,sed hic liber Spurius est vt secundo de ratione victus dixit Gale. quare ex ijs quæ hac parte habentur,nil certi Gale.poterat probare.Cæterum libro de affectionibus & vuam esse partem nostri corporis & non morbum insinuat Hippocrates, ait quidem si vua dependerit,& suffocarit,quidem hoc gurgulionem vocant, huic sententiæ fuit Galen.adstipulatus vndecimo libro de vsu parti.vt ibi iam annotauimus.

Annotationes in librum de morborum temporibus.

Quippe

UVA. BHSC. IyR_342

QVippe cum tertiana febrium deterrima ſit, tamen in declinatio nem quibuſlibet manifeſtam peruenit.

¶Libro de arte curatiua dixi hunc textum eſſe deprauatum, legendumq; eſſe ſemitertiana febrium deterrima ſit, quod conſideranti quę Gale. hac parte vult probare, non poterit nõ eſſe perſpicuum.

Annotationes in librum de totius morbi temporibus.

AT cum ipſa concoctio maxime conficitur, vigor.

¶Repręhendit Argenterius Gale. eo quòd dixerit tempora diſtingui penes concoctionem humorum, dicit multi ſunt morbi, qui habent tempora, in quibus non eſt humor, dicit etiam abſurdum eſt in vulneribus, obſtructionibus, & ictero, ex humorum coctione diſtingui tempora. cauillationes ſunt hæc: nam Gale. non in omnibus morbis, ſed in inflammationibus & febribus, & alijs huiuſmodi explicat, quòd tempora penes coctionem humorum diſtinguãtur, habere ſua tempora epilepſiam, & apoplexiam dicit, non tamen quòd à coctione humorum illa ſumantur inſinuat.

At temporis interuallo poſtea iam affuſio aquæ contingit, tumore ſcirrhoſo videlicet nunquàm ex tactu ſignificationem præbente, qui poſt illa conſpicuus apparens prioris nos ignorantiæ cõmonefecit.

¶Dicit Gale. latuiſſe illum ſæpenumero tumores ſcirrhoſos, qui cauam iecoris partem afficiebãt, progreſſu vero temporis fuiſſe illi conſpicuos. vnde prioris ignorantiæ fuit commonefactus. vt laudo virum tam inſignem & in re medica omnibus numeris abſolutum, qui non dedignatur ignorantiam quam aliquarum habuit ægritudinum ingenue fateri: ita illum demiror, qui arroganter libro primo vulg. comment. 3. dixit, nunquàm prædicendo ſe offendiſſe. Cæterum ſi medici qui vix ſi cum Gale. conferuntur merentur dici medicinę tyrones, conſiderant illum non pro dedecore habuiſſe omnium ægritudinum breui non habuiſſe notitiam, non tanta ſibi tribuent, quòd putent in dignoſcendis morbis eos non poſſe hallucinari.

Commentarius de typis cum Annotationibus.

QVotidianum typum comitatur pulſus magnus, rarus, & laxus: (parum infra) pulſus tertiana laborantibus exiguus ſuperuenit.

¶Quæ de pulſibus febris quotidianæ & tertianę hoc lib. dicit videtur contraria ijs quæ dicit. 1. lib. de febribus ad Glauconẽ: vbi ait, pulſus quotidianarũ minores ſunt pulſibus quartanarum, iſtarum pulſus pulſibus tertianarum. hanc controuerſiam in Enchiridio diluimus, quòd lib. de typis loquitur Gale. de pulſibus qui febribus accidunt in initio acceſsionum, & lib. ad Glauconem de pulſibus qui accidunt ſublato frigore vel rigore. Cæterum ex ijs quæ Gale. in libro de typis parum infra dicit, colligi videtur, illum aliud ſenſiſſe. ſic ait: pulſus tertiana laborantes non adeo exiguus magnitudine comitatur, quantum quartana occupatos, neque vſq; adeo in tumorẽ attollitur, quantum quotidianę febri accedit. nam pulſuum mediocritas in hoc typo inuenitur, interim etiam per initia acceſsionum vehementior, quàm naturalis conditio cogat apparet. in hac parte inſinuat non ſolum loqui de pulſu qui in principio acceſsionum accedit, nam tunc pulſus in tumorem non attollitur. poſſumus dicere pulſum in febribus tertianis ſi ad omnes dimenſionis ſpecies attendas, maiorem eſſe quàm in febribus quotidianis, ſed conſiderata dimenſione quæ ſit

in

UVA BHSC. IyR_342

in altitudinem vel in tumorem plurima ex parte esse altiores vel (vt ita dixerim) tumidiores pulsus febrium quotidianarum, nam eo, quòd ijs pulsus non est tam longus nec siccitas arteriæ reluctatur, contingit parte qua arteria eleuatur maiorem magnitudinem repręsentare, quàm in febribus tertianis. sed in ijs longitudine & frequentia pensatur si quid in eleuatione diminutum est.

Porro non semper semitertiana continua est, sed etiam intermittens reperitur.

¶Contrarium est hoc ijs quę dixit comment. 1. de morbis vulg. & multis alijs locis, vbi hemitritæũ inter febres continuas numerat. porro lib. 2. de differentia febrium docet, q̃ hemitritęus non vnoduntaxat modo à medicis accipi solet, sępe capi solet pro febre ex febre assidua & intermittente mixta, quo significatu semper est assidua, solent etiam aliqui medici febres intermittentes hemitritęum vocare. Agathinus quidem (vt autor est Gale. citata parte de differenti. febrium) omnes tertianas quæ protenduntur hemitritæos vocauit. ad hunc modum dicit Gal. esse aliquos hemitritęos ex febrium intermittentium genere.

Quartum typum comitantur rigores validi, pituitosi vomitus, lienis inflammatio, & tumor.

¶Non semper comitatur lienis inflãmatio, licet id aliquando contingat. quadrabit vero melius si pro inflammatione, obstructionem legas.

Difficulter solui potest quartana, vt etiam ad biennium vsq̃ proroguetur.

¶Et vsq̃ ad octo annos prorrogatã quartanam vidi, quare non est perpetuum, quod sexto vulg. sectione sexta dicit Hipp. post pilorum defluuium quartanam non esse vltra annum.

Fiunt nõnunq̃ quartanæ periculosæ ob accidentia ipsis implicata.

¶Primo vulg. comment. 3. dicit quartanam sua sponte periculo vacare, sua natura non est periculosa quartana, sed solet ascisĉere accidentia vel morbos qui sua natura sunt periculosi, vt phtisim vel hydropem & alia id genus.

Liber de causis procatarticis.

REpentè desteræ naris effluxit sanguinem, & quoniam sudorem prædixi, & prouenit sic, & per ventrem euacuationem multam, & coma.

¶Inter frigidos affectus numerat coma Gal. tertio libro de temperamentis, hac parte vero non negat & à sanguine illud proficisci posse, ad quem modũ dixit Posidonius (vt refert Aetius) comatis causam esse vapores calidos & humidos.

Quis non iubeat vino madefacere pulmonem.

¶Videtur hoc esse dictum ad mentem Platonis, qui potum ad pulmones ire in thimæo fuit professus. porro licet reuera ad vẽtriculum potus descendat, illo etiam pulmones madefiunt; adde quòd vt lib. 8. de decretis Gal. dicit, portio potus transfunditur ad pulmones.

Deijciat igitur mulier pileum, & bubulcus, & quicunque alius pastor viridis plantę coronam deponat, nullus vero viator ferat in capite cooperimentum.

¶Multi volunt antiquos non consueuisse pileum capiti imponere, at Gal. satis indicat suo tempore pileorum vsum frequentem fuisse, & ante Gal. Varro qui (vt autor est Plinius. 28. lib. 6. cap.) ĉripsit à maioribus fuisse institutũ, vt valetudinis gratia capita aperirentur coram magistratibus, vt firmiora vtiq̃ fierent. nec mirum quòd tunc bubulci pileum capiti nõ imponerẽt, sed ad aduertẽdum æstum viridis plantę coronam, vt hic insinuat Gal. nam & nostra ætate & multis huius sortis hominibus videmus id fuisse ex vsu.

Accu-

UVA. BHSC. IyR_342

Accusatus fuit medicus qui dedit pharmacum deleterium, sed qui emit id famulus erat mulieris.

¶Insinuat, medicū vendidisse pharmacum, ex qua parte sumunt aliqui occasionem assuescendi tempore Gale. medicos parare pharmaca & vendere in vsu habuisse. porro quòd antidota aliqua confecerint, & non venderint sexto vulga. declarauimus. hoc tamē ad medici munus non attinet, quando (vt ille dixit sexto vulga.) medicus est naturę minister, & non pharmacopola. vnguentarios etiā inter medicorū ministros ponit sexto vulg. coment. 5. debuit igitur ille medicus, qui fuit accusatus extra communem medicorum morem facere, vel eo fuit accusatus, non quòd vendidit pharmacum, sed quia modum propinandi venenum adhibuit, sub nomine etiam medici aliquando fuit Gal. cōplexus herbarios, & pharmacopolas, vt sexto de locis affectis & parte citata de vulg. declarabimus.

Liber primus de morbis vulgaribus cum Annotationibus.

AT pestes appellant omnes homines, sciuntq; exitiales morbos esse, & sępe ad Deos quoq; referunt de curatione eorum consulentes.

¶Quod ad Deum sit referenda pestis indicat Salomon lib. Ecclesiastici cap. 29. sic inquiens, ignis, grando, fames, & mors omnia hæc ad vindictam creata sunt. per mortem pestem quę vitam depopulatur intellexit, atq; q pestis à deo sępe immittatur colligitur ex secūdo regum. 24. ca. & ex Ezechiele. 7. cap. & ex alijs multis locis. Cęterum quòd de peste consulere antiqui suos Deos consueuerūt ostendit Valerius Maxi. primo lib. titulo. 8. quòd etiā pestis & alij morbi à Deo sępe immittantur. 1. lib. &. 2. odisseę (quod in procœmio sui lib. annotauit Celsus) dixit Homerus.

Tempestate prima; Atqui cani vniuerso syderi est nomen, illi vero qui in eius est mandibula caniculæ, quam recte anticanem non canem appelles.

¶Fuerunt qui ex ijs quæ hac parte dicit Gal. sumpserunt occasionē, ad credendum, quòd in aphorismis non scripsit Hipp. sub cane & ante canē difficiles esse purgationes, sed sub cane & anticane. Cæterum cum canis complectatur anticanem nō est cur quis credat sub anticane ab Hipp. scriptū esse, adde quòd aliquot dies ante canis ortum sic viget calor, quòd merito eo tempore sunt difficiles purgationes.

Veris autem tempus non habet quidem duos solidos menses.

¶Cum vix duobus mēsibus temperies illa quæ veri est propria seruetur, cōsequium est, quòd ver nō habeat duos integros menses, vnde claret errare illos, qui in quatuor æqualia tempora annum diuidunt.

Qui astronomiæ imperitus est, hunc celatum nolim, ipsum haud quaquàm obsequi Hippo. ad illam ob prædictorum vsum cohortāti.

¶Vtilis est medico astrologia, præsertim ad grauium philosophorum & medicorum scripta intelligenda, non tamen medicus tanquàm ad scopulos syreneos in ea consenescat: nec decet illum sic de astrologorum iudicijs ac de re indubitata asserere vt apud Xenophontem dicebat Socrates, qui lib. de scientia apud Platonem, vt reprehenderet eos qui nimium astrologię indulgent Thaletis philosophi ancillę narrat dictum facetum: thaletē dum cælum suspiceret intentus syderibus in foueā cadentem thracensis quædam eius ancilla facete niminm carpsisse dicit Socrates, quòd quę in cælo sunt peruidere contenderet, quæ vero proxima & ad pedes non videret. Cęterum contra eam partem astrologię quæ de natiuitatibus tractat disputat diuus Augustinus. 5. lib. de ciuitate dei, & magnus Basilius in Examero, fuleq; Ioānes Picus lib. cōtra astrologos, & ante hos omnes Marcus Cicero. 2. lib. de diuinatione, à quo multa fuit mutuatus Picus.

UVA. BHSC. IyR_342

Annotationes

Anno quarto tertium menſem triginta dierum faciunt, vt ſinguli anni tricenum ſexagenum ſint dierum præterquàm quadrantis.

¶A Romanis obſeruari hoc dicit, iuxta quorum norman nos anno quarto ſecundo menſi vnum diem addimus, vt ſinguli anni habeant trecentos & ſexaginta & quinq; dies, & quartam vnius diei, hoc forſan voluit Gal. ſed ex ſuis ſcriptis res longe diuerſa colligitur, videtur quidem legendum iuxta computationem quam tradidit, vt annus ſit tricenum & ſexagintaquinq; dierum, illud vero quod additur prę terquàm quadrantis ſic eſt intelligendum, vt vltra dictos dies ſit adijciendũ quadrans. an vero pars maior quadrante ſit adijcienda, vt tertio prog. & tertio de diebus decreto. voluit, ibi diſcutietur. Cæterum quia hac parte fit mentio anni biſſextilis, notandum eſt, quòd putat vulgus hunc annum eſſe infelicem quod inepte credidit Sabonorola medicus ſuo tempore non malus tracta. de balneis, ſuperſtitio eſt hæc & latis vetus, nam illius facit mentionem Diuus Auguſt. epiſtola ad Ianuarium, ſed & nunc aſſeuerant aliqui arbores anno biſſextili plantatas minus eſſe fertiles, ſed inepte debet id illis eſſe creditum.

Sabonarola taxat.

Ibi habes temporum anni temperamentum, quorum fere mutatio fit paulatim, vt à nemine toto tempore ſentiatur.

¶Contrarium ijs videtur docuiſſe Hipp. lib. de aere & locis, qui tempus maxime mutari ait cum adſunt æquinoctia, vel ſoliſtitia: qui dicit periculoſa eſſe ambo ſolſtitia, ſed maxime æſtiuum & periculoſum eſſe vtrunq; æquinoctium. ſed maxime autumnale: porro licet tempore quo fiunt æquinoctia, & ſolſtitia, mutatio ſenſibilis non appareat, nõ eſt diffitendum, præcipuas mutationes naturales quæ in anno accidunt tunc fieri: quoniam ſol tunc præſertim mutari videtur. Cæterum aſtrologi & ab alijs ſyderibus magnas fieri mutationes ſcribunt, quibus fauet Hipp. qui prædicto libro in canis ortu & arcturi & pleyadum, & arcturi occaſu, tempora vehementer commutari dixit. Aetius porro non ſolum ex illorum ſyderum ſed ex aliorum multorũ ortu vehementes ait fieri mutationes, quibus ſi quis attenderet, vix dies in anno eſſet, quem ad medicinæ vſum non formidaremus. tantum quidem has ſyderum mutationes timet, quòd eo quòd magnam turbationẽ dicit fieri tribus diebus ante æquinoctium autumnale, dicat ſermone tertio primę partis cap. cẽteſimo ſexageſimoquarto non eſſe ſecandam venã, neq; purgandum à decimoquinto die ſeptembris vſq; ad vigeſimumquartum eiuſdem menſis. Cæterum cum in tempore ſolum conſideretur temperamentum (vt tertio Metho. dicit Galen.) ſi menſe ſeptembri non viget æſtus vel frigus, non eſt quicquid dicat Aetius, cur tunc magis timeas venæ ſectionẽ vel purgationem quàm alijs temporibus. neq; verum reperimus quod ille dicit, quòd pro ortu ſtellarum quas deſcribit vehementer mutetur aer. an vero canis ortus agat ad aeris magnam mutationem vt ex dictis Hipp. & Gal. colligitur, diſputent Aſtrologi. Homerus quidem. 22. iliadis ijs quæ ex Hipp. citauimus adſtipulatur, cum de cane loquens ait, & fert multam febrem timidis mortalibus, ſed non extra rationem ab aliquibus eſt creditum, quòd canis ortus potius eſt aeris ſcandeſcentis nota, quàm cauſa.

Neq; enim in quibuſlibet cooriuatus partibus corporis febrem poteſt humor hic excitare ardentem, verum circa vẽtriculum, & huius præcipue os, circaq; iocinoris partes ſimas.

¶Contrarium videtur hoc ijs quæ ſcripſit. 4. lib. de ratione victus, comment. cauſus, qui ſic ait: nẽpe in vna corporis parte quęuis illa ſit interdum cauſus gignitur, interdũ & toto in corpore, verum in toto corpore ſitim parit. cum vero in vna parte non de neceſsitate, niſi pars ipſa ſitim pariat, omnium autem primum maxime id facit os ventriculi, deinde ventriculus, atq; ab eo ſtomachus poſt pulmo, & ſubinde ieiunum inteſtinum, hęc ille: quibus nõ negat, quòd in alijs partibus à ventriculo & iecore non poſsit bilis generare febrem ardentem, reſpõdebis quòd hac parte non negat, quòd in alijs partibus à ventriculo & iecore bilis non producat cauſum, ſed vult quòd in ijs præcipue. Cæterum ex alijs partibus à vẽtriculo & iecore inflammatis poteſt febris ardens excitari: ſed citra inflãmationem rariſsimum eſt, quòd bilis aliquã partem occupans gignat febrem ardentem, excepto ventriculo & iecore: nã difficile & impoſsibile videtur, quòd tãta copia bilis pulmonẽ vel aliam partẽ affluat, quòd poſsit citra inflammationem febrem producere. cum igitur dixit

quarto

UVA. BHSC. IyR_342

quarto de ratione victus in vna corporis parte, puta in pulmone gigni cauſum, intellexit pulmone inflammationem vel erysipelam patiente. hic vero a bile citra inflammationem dicit cauſum proficiſci, quam non in quamlibet partem cooriuatam dicit cauſum producere, ſed in ventriculū & in ſimas iecoris partes. ad omnes vero has partes quodammodo attinet ieiunum inteſtinum.

Commentarius ſecundus primi vulgarium.

Decimooctauo oſtenſum eſt conſtitui phrenitides, vbi cerebri calefiunt regiones.

¶Non vult hac parte, quòd quomodocunq; calefiant cerebri regiones producatur phrenitis, ſed vt indicaret, quod ſtatus frigidus non facit ad gignendas phrenitides dixit: ex calore & non ex frigiditate illas exoriri, gignit illas calor ſed adiuncta inflammatione, vt tertio de ſymp. cauſis expoſuimus.

Decimonono etenim ſi febres ardentes ſint, in venis abundat flaua bilis, præcipue iecinoris & ventris, tertianæ ſunt cum totius corporis carnes affluant flaua bile.

¶Hinc ſequitur, errare eos, qui credunt ſenſiſſe Galenum, in febribus intermittentibus humores putrere in venis & tempore acceſsionis ex illis egredi, ſequitur ſecundo, quod in febribus ardentibus multa cura eſt habenda in infrigidando iecur & ventrem: ſolent porro aliqui Galenum impugnare, quòd ſi tertianę fiunt affluentibus totius corporis carnibus flaua bile, quòd in ictero affectis ſemper eſſent tertianę, ſed tacere illis præſtaſſet, quia non ſemper quòd carnes affluunt bile flaua dicit Gale. fieri tertianas, ſed quòd quando tertianæ fiunt bile flaua carnes debent affluere. ſi enim bilis non contrahit putredinem, febris non excitatur.

Trigeſimoquarto, vbi multa ſit humorum crudorum copia, abſceſſus fiunt, qui ſi parui ſunt nihil conducunt, ſin autem magni vires ijs non ſunt pares.

¶Hæc dicit Gale. exponens illud Hippocra. cum autem diu hæc durarent, ſcribunt aliqui de peſte inguinaria non feciſſe mentionem antiquos, quæ vero hac parte ſcribunt Hippo. & Galen. ſat indicant illos loqui de febre peſtilenti cui abſceſſus fiebant qui plurima ex parte fiunt in adenibus: ex ijs porro quę hac parte dicit Gale. colligitur, quod ſi virtus magnopere eſt imbecilla non eſſe multum in modum procurandam ad partes quibus abſceſſus ſunt attractionem. ſiquidem vires nō erunt ferendis magnis abſceſsibus pares, tantus vero humor in vna parte non collectus non ſic vires imbecillas extinguere poterit.

Trigeſimoſeptimo papulæ paruæ, quæ non eſſent excernendis morbis ſtatim euaneſcebant.

¶Textus quem expoſuimus eſt Hippocratis, quem ſic exponit Gale. omnium quæ tunc inciderent incommodorum cruditas humorum erat caput, quòd ſi quando per vim natura ad aliquos excernendos aggreſſa eſſet, nihil proficiebat, imo vero ab ijs ſuperata aut in profundum recurrere permiſit, aut propter paucitatem excretionum abſceſſum moliebatur. febres porro quæ ſympthomata id genus habuerunt per totam fere Hiſpaniam anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo octauo diuagarunt, tabardillo illis erat impoſitum nomen, rubus vocant Hiſpani vardas, forſan placuit illis hoc nomen, quia papulę apparebant, ac ſi quis rubos vel vardas præteriſſet. ſed vulgus indoctum nomen impoſuit, quid ad nos, ad nomen Latinum regrediamur. Porro colligitur ex Celſo, quòd id quod nos vocamus tabardillo papulas non ſit referendum, ſed ad puſtulas. ſic ait

UVA. BHSC. IyR_342

quinto lib.cap. vltimo: puſtularum plura genera ſunt, nam modo circa totum corpus partemue alpredo quædam fit ſimilis ijs puſtulis quæ ex vrtica vel ex ſudore naſcuntur, exanthemata Græci vocant:id genus certe hæc ſunt quæ nos tabardillo vocamus, nam ſi in papulis (vt autor eſt eodē lib.Celſus) vel cutis roditur vel exulceratur, non eſt cur noſtrum vocatum tabardillo ad illas reducamus,ſed ſunt hæc per tranſennam.circa medellam harum puſtularum nota, quod ſi illa accidunt ob crudos humores venæ ſect. non tam frequenter eſt adhibenda,vt multi faciunt, nec vero medicamentum purgans niſi ſatis concoctis humoribus eſt propinandum.multi vero iuuare naturam conantur,adhibendo quę ſudorem proliciant.at cum humor crudus eſt, vix ijs medicamentis paret,& agitatus ſolet incommodare, laudo vt exhibeātur quæ malignitati humoris repugnent, quæ illos attenuent, quæ virtutem roborent, & vt mitibus medicamentis quæ exagitare non valeant,fiat vacuatio.ita vt paulatim humores coquamus & vacuemus.

Tempeſtas tertia Commentarij ſecundi primi libri vulgarium.

Sexto:errant qui ſexto die morbo regio afficerentur,ſed ijs purgatio profuit per veſicam.

¶Ex ijs quę hac parte Hippo,& Gale.dicunt,colligitur non eſſe perpetuum,quòd icterus ante ſeptimum diem ſit malus,neq; tanquàm perpetuum illud in apho.enuntiauit Hippo. quare non eſt cur Plini.26.lib.cap.2.in hac re Hippocra.ſugillare voluiſſet. Cæterum ſi quæ hac parte Hippocra.dicit conſideras, videbis non illum voluiſſe, icterum qui ante ſeptimum in febribus accidit,neceſſario ex hepatis inflammatione (quicquid in aphoriſmis Leonartus voluerit) proficiſci,ſed de ijs iam libro de arte curatiua.

Decimoſexto erant ijs vrinæ tenues nigræ & paucæ.

¶Contrarium videtur ijs quod dicit autor de vrinis, & Aetius, qui dixerunt,nunquàm cum vrina tenui eſſe nigrum colorem.porro ſi quæ graues autores dixerunt aduertis,videbis non eſſe contradictionem,exacte quidem tenuis non poteſt eſſe cum nigro colore,bene tamen vrina tenuis. id colligitur ex ijs quæ dicit Gale. quarto de ratione victus comment. textus vrinæ deterrimę,qui ait quod exacte tenue eſt,id aquoſum eſt, quapropter & album,in hac parte indicat Gal.quod vrina quę exquiſite eſt tenuis eſt alba. adeo quòd de ratione exquiſite tenuis eſt eſſe peruium, quod infuſione nigri tollitur,exquiſite tenuem dixit inſinuans quę ſic non eſt, bene poſſe eſſe nigram.

Vigeſimo: nanque glabros & qui cute ſunt albida, item qui capillis rectis, capillis nigris,nigris oculis, oſtendimus cum in alijs commentarijs,tum in ijs qui de temperamentis conſcripſimus minus digerere habitum,quòd frigidiori ſunt temperamento.

¶Nigrorum pilorum & frequentium pilorum prouentum æqualis in cerebro temperamenti notam eſſe dixit lib.2.de temperamentis,qua parte indicatur.pilos nigros in iuuentute potius atteſtari calido temperamento quàm frigido.capillos etiam nigros atteſtari ſupra calorem dixit lib. artis medicinalis.vt hæc intelligantur ſunt notanda, quæ libro de temperamentis ante ſcripſerat:ſic ait Aetiopibus & arabibus omnibus deniq; ijs, qui ad meridiem incolunt naturam cutis ex ambiētis æſtu & naturali calore foras acto vſtam,duram,ſiccam & nigram reddi, toto corpore. naturalis quidem caloris exiguam exigēte portionem.iuxta hæc dicemus, quòd capilli nigri quales ſunt Aetiopum,& Arabum atteſtantur ſupra frigidum temperamentum, ideſt ſupra corpus quod exiguum calidum natiuum habet,nam ab ambiente calore digeritur & foras agitur calor natiuus: color

UVA. BHSC. IyR_342

lor vero niger eorum qui temperatas vel frigidas regiones habent, supra calidum temperamentum atteſtatur: indicatur quidem, non à feruente aeris calore cutem & pilos eſſe denigratos, ſed à calore intus vigente. porro quòd hac parte quam exponimus dicit capillis rectis non eſt coniungendum cum capillis nigris. nam nigredo capillorum (quæ ſupra frigiditatem atteſtatur) qualis Aetiopibus eſt cum creſpitudine eſt coniuncta. recti vero capilli in regionibus temperatis vel quę non nic feruent ſupra humiditatem præcipue & ſępe ſupra frigiditatem atteſtantur. Cæterũ Aetiopes & qui capillos nigros & cutem nigram (qualem diximus) habent, minus digerunt habitũ, non quia deſit calor, qui ad digerendum ſufficiat (nam ad digerendum vel reſoluendum non minus valet calor aſcitius quàm vernaculus) ſed quia ex nimio ambientis calore, tantam ſiccitatem membra contraxerunt, quòd difficulter digeruntur. ob quod dictum eſt à Galeno vndecimo de vſu partium, quòd ijs parum capilli creſcunt, nec facile caluefcunt, compacta quidem caro difficile digeritur, quo fit vt capilli non facile fluant.

Vigeſimo contra iracundi puſillanimi.

¶Calidi temperamenti alibi eſſe dicit iracundos, libris de Hippocratis & Platonis placitis hanc controuerſiam diluimus.

Commentarius tertius primi libri de morbis vulgaribus.

PRimo, phrenitim autem, & lethargum periculoſos eſſe & acutos, duritiem lienis pernicialem & diuturnam.

¶Per duritiem lienis ſcirrhum inueteratum intellige.

Primo ſi caliginoſa cernere, aut in locis eſſe caliginoſis flatus indicat.

¶Non quoſcunq; flatus ſed qui ab atra bile proueniunt hæ inſomnia indicant.

Nam ſi iecinoris inflammationem aut lateris, aliuſue partis febris conſequatur, pleuritim vel peripneumoniam vel hepatitim nominant.

¶Hippocrates lib. de oſsium natura, nomen hepatitis ad venam refert non ad morbum.

5. Febrium vero adintegritatẽ venientiũ lethalem eſſe nullã, ijs verbis febres quę nõ intermittẽtes tertio die ingraueſcunt ſunt periculoſæ.

¶Non de omnibus febribus intermittẽtibus ſed ſolum de tertianis intelligit, vt diximus primo lib. ad Glauconem cap. de indicijs febris continuę.

Decimoſeptimo, nos quod Deo approbante dicam, nulla re vnquàm prædicenda offendimus.

¶Supra hominum fidem videntur eſſe hęc quæ dicit Gale. cum in acutis morbis incerta ſint ſalutis & mortis præſagia, & in febribus longis quas nõ ſynceri humores ſed ęterogenei producunt, incerta eſt prędictio in ſe ipſo fuit lapſus Galenus, cum correptus vehementi dolore putauit cauſam eſſe renum calculum, qui frigidus & vitreus erat humor, vt ſecundo de locis affectis dicit, & nulla re prædicenda ſe offendiſſe vnquàm gloriatur. forſan raro prędicebat, ne famam quam ex aliquibus prædictionibus comparauerat, ſermonum ſedulitate denigraret.

Trigeſimo, iam illud meminiſſe par eſt, fœtum trimeſtrem & quadrimeſtrem, præter cæteros iniurijs reſiſtere.

¶Contra hoc videtur eſſe quod dicit Aetius ſermone quarto quartæ partis cap. decimooctauo, qui tradens modum quo aborſus ſit prouocandus, ait: ſecundus menſis ac quartus vitandus eſt eũ in vtroq; naturalis quædam difficultas ac mora, vnicum itaque tertij menſis tempus deligendum

UVA. BHSC. IyR_342

eſt,in hac parte inſinuat Aetius ſecundum menſem magis reſiſtere iniurijs quàm tertium, colligitur ſane hoc ex Aetio,qui certe non loquutus fuit ad Hippocratis mentem,qui quarto lib.aphoriſmorum apho.primo dixit primis tribus menſibus fœtationis nexus quibus pendet fœtus non eſſe ſatis firmos,propter quod facile dirrumpuntur, ſed dices videtur & huic ſententię reluctatũ fuiſſe Gale.hac parte,qui dixit fœtum trimeſtrem iniurijs maxime reſiſtere. dixi arte curatiua trimeſtrem fœtum qui mas eſt ſatis iniurijs reſiſtere non item fœminam,etenim minori ſpacio perficitur mas,quàm fœmina, minoriq; temporis interuallo nexus ex quibus pendet mas indurantur quàm hi ex quibus pendet fœmina,quod licet nõ ignorauerit Hipp.prudenter monuit,vt à quarto meuſe vſq; ad ſeptimum porrigeretur pharmacum (tertij menſis nulla facta mentione) quia incertum eſt quicquid externa ſigna ſignificent,an marem an fœminam geſtet mulier. ſed videbitur alicui ex ijs quæ hac parte quam exponimus dicit Gale.quod ille voluit, quod conſideratis omnibus offenſis quas vtero gerente febriente ſentit fœtus, minus imprimere poſſunt hæ offenſæ trimeſtrem & quadrimeſtrem fœtum, quàm minores vel prouectiores. nam inediam magis poſſunt quàm prouectiores ferre,& vincula in ijs non tam facile dirrumpuntur vt in minoribus.porro iam quòd fateamur hoc voluiſſe Galen.non eſt abnuendum,quod primum diximus, quòd non minus poterit reſiſtere fœtus trimeſtris mas,quàm fœmina quadrimeſtris.

Commentarius primus tertij libri Hippocratis de morbis vulgaribus.

SEcundo:oportebat Hippocratem cum hominem aduertere in præcepiti eſſe, ad ſanguinis ſe miſsionem conuertere, aut primo die ſi nullum contineret venter cibum crudum, aut certe altero die.

¶Vide quantum obicem ſanguinis miſsioni ponat cibus crudus, qui vigente ſanguinis miſsionis neceſsitate illam poteſt inhibere.

Quarto:rurſus in ſexto ſcribit viro abſente feriatam illo membro mulierem,ſublatis ad os menſibus barbam produxiſſe, quod quid eſt aliud quàm fœminam in virum mutatum.

¶Viſa eſt in Hiſpania mulier luſitana,quæ habebat barbam promiſſam, non parum pecuniæ hoc ſpectaculo qui illam comitabantur corraſſerunt: audiui in oppido apud Bilbilim Aragoniæ eſſe mulierem huiuſmodi, quid mirum porro quòd mulier barbam produxerit, quando ab aliquibus ſcriptum eſt,mulieres in viros fuiſſe cõmutatas.7. quidem lib.cap.4.dicit Plin. non eſt fabuloſum fœminas in viros mutatas,Volateranus etiam.24.lib.ſuorum cõmentariorũ,narrat tempore Leonis decimi quandam virginem nuptiarum die ſubito erupto genitali virum apparuiſſe, idem vidiſſe in ſuis centurijs narrat Amatus luſita.tãquàm prodigia videntur hæc quę alio tempore quàm die nuptiarum non contingere. Cæterum non videtur à ratione alienum poſſe calorem partium genitalium in aliquibus mulieribus tantum roborari,quòd illo auctо erumpant genitalia, nam vt lib.de vſu parti.dixit Gale.eadem ſunt membra mulieribus quæ viris. ſed in illis præ inopia caloris deliteſcunt.

Ibi.quòd ſi à venere ſe contineat exercitetur tamen,more athletarũ foſſorum,aut meſſorum,aut artem agentium aliquam manuariam.

¶Non omnis ars manuaria inhibet venerem, ſed quæ ſimpliciter manuaria eſt, nam ars textoria manuaria eſt, ſed requirit crurum genus exercitationis, quod venerem ſtimulat, quod indicauit Athæneus adagio illo.texens pallium mulier cucumerem deuoret.

Septimo:ac in cerebrum ſe ſuccum contuliſſe pituitoſum vndecimo die non eſt rationi conſonum,in morbo qui ſiccus & calidus à primo ſtatim impetu fuit.

¶Quæ

UVA. BHSC. IyR_342

¶Quę apposuimus scripsit Gal. exponens textum Hippoc. topor cœpit: ex ijs porro quæ ex Gal. citauimus, videtur colligi, id quod lib. de arte curatiua diximus, Gale. non voluisse, quòd vera phrenitis tranſeat in lethargum: nam si non est consonum, quòd in morbo qui siccus & calidus à primo statim impetu fuit, in cerebrum se contulisse succum pituitosum, videtur rationi non esse consonum, quòd in cerebrum phrenitide occupatum qui morbus calidus & siccus est, qui febres ardentes plurima ex parte sequitur, succum pituitosum se contulisse. arbitrandum est igitur, soporẽ qui potè phrenitidem sequi consueuit, non enasci à pituitoso humore, sed propter infirmitatem virium adeo iam emorientium, vt apertas genas seruare non valeant. hoc etiam colligitur ex ijs quæ dicit primo prorrhet. de archechrate loquens. non me latet tamen, quod tertio vulga. cõmen. sexto insinuat phrenitidem posse cõmutari in lethargum, sed credo pro lethargo intelligendũ esse soporem, qui ex infirmitate virium procedit. Cæterum nec video si sopor oboriretur a succo pituitoso cur esset malum phrenitidem mutari in lethargum.

5. Ac eorum quæ alias demõstrauimus reuocanda memoria, de quibus hoc est, tria esse prima febrium genera vnum earum quæ diarię appellantur, alterum hecticarum, tertium earum quas acutas vocãt comites putridorum humorum.

¶Non omnis febris ab humore producta est acuta. assidua debet esse, & breuis terminationis, vt multis locis diximus, quare credo legendum esse hac parte, tertium earum quas humorales vocãt.

7. Solidum scripsi librum, interpretans significationem huius dictionis sopor, in quo indicatur propensionem in somnum sic appellasse Hippocratem.

¶Et soporem Hippocratem sumpsisse pro caro dixit. 4. lib. de locis patientibus, in hac significatione vsus fuit Plin. 21. lib. cap. 18. huius semine somnum allici sed modum seruandum, ne sopor fiat. dixit vel intellexit per soporem omnem profundum somnum. alij Latini autores fere semper vtuntur sopore pro somno, Cice. primo de diuinatione sopore placans artus languidos.

14. Poterat meminisse brassicæ & buxi, nam manifesto vicinus aer ab horum inficitur consuetudine.

¶Si ex buxi consuetudine tantum inficitur aer, nescio cur ad depellendam indicam luem eius decoctum à multis tanti penditur, nam non posset buxus aerem tantum inficere si vapores vel humiditatem prauam nõ aspiraret, at quæ veneream luem depellere debent, prauę humiditati illius luis seminario debent opponi, non illam augere, nec sat est dicere, quòd buxus specie à ligno gaiaco non differt, sed quòd soli natura euenit vt buxus in Hispania eandem faciem quam gaiacum non habeat, nam esto quòd ita esset, sicut soli discrimine tantum in figura variant & in viribus mutari possent, nam calida regio potest absumere retrimentitias humiditates, quarum ratione putrilaginem solet aspirare buxus, sed certe nulla re buxus & gaiacum videntur conuenire, nigricans est gaiacum, pallet buxus, resistit scobine illud, hoc facile in ramenta scinditur, cæterum cum hæc ipse promo, non inficior, multa esse in nostris hortis, quæ ęque sudorem mouere & veneream luem extirpare ac gaiacum possent, nam arcanę gaiaci qualitati non fido, assero tamen non esse cur hoc potius à buxo quàm ab alijs stirpibus, qui pauca humiditate non abundant, hoc velimus spectare, est agrimonium, quod hepar mire in lue indica læsum respicit, quo sudorem mouere poteris & iecur corroborare, est quinq; follium, quod hanc operam ęgregie poterit factitare, est scabiosa herba cuius decocto mire aliquos lue indica læsos ego iuui. sed de ijs alias.

Commentarius secundus libri tertij de morbis vulga.

UVA. BHSC. IyR_342

6. Cũ ſit omnis periculoſus voluulus, qui in inteſtinis ſublimibus cõcedit his ſunt deteriores, qui in craſsis, vtqui cõtagio iecur afficiãt, & lienẽ.

¶Ileon tenuium inteſtinorum affectum dicit eſſe Gal. 6. lib. de locis affectis, hac in parte & craſsorum eſſe non negat, cui ſententiæ ſubſcripſit Aetius, ad ſimilitudinem vero ingentis doloris qui inteſtina præhendit, vehemens ſtomachi dolor paſsio voluuloſa à quibuſdam dicitur (vt exponit. 8. medica. localium Gale.) ad quem modum dolorem ingentem ventriculi voluulum vocauit Paulus. omnia hæc ſic à nobis ſunt explicata lib. de arte curatiua. Cæterum in vſu nunc eſt Ileõ vocare ſolum inteſtinorum tenuium vehementem dolorem, Dioeles vero caryſtius (vt refert. 4. lib. Celſus) plenioris inteſtini morbũ vocauit Ileon, ex dictis claret Ileon non eſſe nomẽ inteſtini, ſed morbi, quod alibi annotauimus. Diolco. tamen Ileon inteſtinum nuncupauit. cap. de omphatio.

7. Appellant enim homines infantes pueros non ita pridem natos.

¶Non ſolum pueros recens natos erat in vſu apud Romanos infantes vocare, ſed etiam omnes filios, vt dicit Hyer o. in Scolijs quæ fecit in Geneſim ſic enim ait, verum eſt illud Hebrẽorum linguę idioma, q̃ omnis filius ad comparationẽ parentum infans vocatur & paruulus, nec miremur Barbarã linguam habere proprietates ſuas, cum hodie Romæ omnes filij vocentur infantes: hæc ille, porro ex hac conſuetudine credo dimanaſſe, q̃ regum filij per antonomaſiam dicerẽtur in Hiſpania infantes, ad comparationem ſcilicet regis, mortuo vero rege primogenitus qui in patris locũ ſuccedit alios fratres habet veluti filios, vnde euenit vt hj ad illius comparationem, & mortuo patre dicantur etiam infantes.

Commentarius tertius, in tertium librum de morbis vulgaribus.

QVadrageſimoſexto: erant aliæ febres de quibus iam acturus ſum: nam ijs verbis febrium eſſe ſpeciem febrem ardentem, & phrenitim oſtendit.

¶Videtur hoc contrarium ijs quæ dicit. 6. vulg. com. 1. quippe qui exponens illũ text. febres quidẽ aliæ mordaces, dicit febriũ enumeratio nunc in præſenti ſermone propoſita cõtineri poteſt, phrenitica non poteſt, cum non vt alijs ita & Hipp. mos ſit, febris ſpeciem phrenitim aſſerere. hæc ille. multi vero in expoſitione horum textuum laborarũt, ſed neminẽ ſenſum Gal. aſſequi video. porro. 6. vulg. non diffitetur Gal. quòd Hipp. febrem phreniticam vocauerit, nam ſi hoc negaſſet, plane ſibi ipſi contradixiſſet, voluit tamen, quòd non fuit mos Hipp. phreniticã febrẽ ſumere à differentia caloris, vt alijs medicis fuit, nam licet ille febrem phrenitim vocauerit à ſympthomat. hanc differentiã ſumpſit, nõ à caloris eſſentia, qui dicta Gal. bene perpenderit, videbit hanc eſſe dicti textus genuinam expoſitionem.

57. Cum mortales vel citra febrem peſtis corripiat.

¶Putant quidam textum eſſe vitiatum, qui ſibi perſuadent, non poſſe eſſe peſtem citra febrem, ſed certe illa peſtis cuius meminit Gal. 3. de vſu partium, quę in pedes graſſabatur, neceſſario non alcifebat febrem. vidi ego peſtilentes dyſenterias citra febrem.

67. Horrebant & ſub mortem delirabant ex Hippocrate.

¶Hunc textũ exponens Gal. dicit, cum prauitas humoris ex putredine parta increſceret, horrore corripiebantur. ex ijs quæ hac parte Hipp. & Gal. dicunt colligitur, horrorem ſolere inuadere in febribus aſsiduis, neq; eſſe perpetuum, febres quę horrent eſſe intermittentes, nam ob humorũ prauitatem venæ ipſæ quibus id genus humoris continetur, poterunt offenſam ſentire, quòd horrere membra corripiantur. ſicut tam mitis poteſt eſſe humor in febribus intermitẽtibus q̃ & per ſenſibilia membra delatus non moueat horrores.

68. Conſentaneum erat, non cæſios ſed glaucos oculos potius dicere, quòd ij frigidi illi humidi.

¶Diſcri-

UVA. BHSC. IyR_342

¶Discrimen ponit inter Cæsium & Glaucū colorem Gal. at Gelli. 2. lib. atticarū noct. cap. 26. quod Græcis Glaucū dicitur, dicit Latinis dici Cæsiū. sed Gal. quòd nos vocamus Cæsium colorem leonis colorem dicit repręsentare, Gellio vero aliud cęsium significatur.

70. Dicunt interpretes autoritatem esse asclepiadis, parios maximū consequi à sanguinis missione emolumentum.

¶Hoc non probat nec refellit Gal. scimus porro in aliquibus regionibus frequentes esse sanguinis missiones, quæ vt vtiliores quàm in alijs regionibus sint facit consuetudo. accedit quod regionis temperies & ratio victus hortari vel dehortari possunt sanguinis missionem.

Ibi, nos vero pinguedines fluitates vidimus frequenter, verum nunquàm excretam talem vrinam, neq; in medio pinguia pendere.

¶Natura comparatum est, vt hac parte dicit Gale. vt pinguia fluitent, & non subsideant, quod si considerasset Auicen. cap. de vrinis non posuisset sedimen pingue & adiposum, sumpsit credo hoc ab Actuario. sed ambo fœde sunt lapsi.

71. Est vero etiã mẽstrua vacuatio, nõ solũ vacuatio sed etiã purgatio.

¶Cum 3. lib. de sympto. causis à Gal. dictum sit, sanguinem menstruũ sola quantitate esse noxium, non videtur menstruam vacuationem esse purgationẽ, sed solum vacuationem, purgatio quidem (vt. 2. prog. dicit Gal.) est alienæ materiæ per qualitatem: hanc difficultatẽ diluimus lib. de arte curatiua, castigantes Gal. textum, vbi enim legitur est menstrua vacuatio, nõ solum vacuatio, sed etiã purgatio, legi debet sit menstrua vacuatio, non solum vacuatio, sed purgatio. vult quidem Gal. hac parte, quod etiam si prauã qualitatem habeat sanguis menstruus, tantam prauitatem sicut cum est à partu non habet, non asserit quidem sanguinem menstruum habere prauam qualitatem, sed vt noxam sanguinis qui à partu cohibetur ostendat, illa desserendi vtitur norma.

Ibi, neq; pari spacio menstruis circuitibus congeritur.

¶Non abre quis arbitrabitur, quòd Gale. hac parte vellit, quòd sanguis menstruus sensim per totum circuitũ menstruũ ad venas vteri deferatur, quod ita esse in Enchiridio contra multos asseruimus. porro lib. de natura pueri aliud visus est sentire Hippocrates.

74. Neque fouere quidem & leniri ante corporis vacuationem partes dolentes licet.

¶Si plenitudo est causa doloris, quòd ante vacuationem partes dolentes lenire non liceat docet Gal. & monet ratio, quare turpiter errant medici, qui dolorem pleuriticũ vel alios dolores, quos plenitudo comitatur, ante vacuationem fomentis demoliri curant, qua in re tantum abest, quòd dolorem expellant quòd illum adaugent.

84. Sane videtur hæc delirij speciem, ex melãcholia & phrenitide habuisse mistam.

¶Ex hac parte colligitur, posse esse melancholiam cum febre, quare cum apud autores legis, melancholiam esse alienationem citra febrem, non intelligas quòd melancholia non potest esse cum febre, sed q; non est de natura huius affectionis ascisere febrem, melancholia enim quæ alij morbo non est mista citra febrem est.

Comentarius primus sexti

libri de Morbis Vulgaribus.

VInto, comitialis affectus, aut à naturali intẽperie prouenit, cũ humidum valde cerebrũ est tũcq; morbus iste puer appellatur.

¶Non obstant hæc ijs quæ dicit 3. lib. de locis affectis, vbi à crasso humore proficisci comitialem morbum dicit, nam naturalis intemperies si humorem non ascisit, non gignet morbum per interualla inuadentem.

Sexto

UVA. BHSC. IyR_342

Sexto dolores eo tempore potiſsimum in renibus excitari dicit, quo replentur cibo.

¶Huic Hippocra. & Gale. ſententię ratio adſtipulatur, quare errauit Auicēna, qui ponens diſcrimen inter dolorem coli & dolorem renum illum tempore cibi augeri, hunc minui ſcripſit.

Vigeſimo: ſanguinem profecto emanantem omnibus id genus vitijs prodeſſe ſæpius iam didicimus. in infantibus autem de quibus ſermonem habet, ab initio neq; ſanguis apparet, præterquàm raro.

¶Si ſanguis emanans aliquando prodeſt infantium ægritudinibus, liquido colligitur, licere aliquā do medico naturam imitanti ex infantibus ſanguinem extrahere, nam hac ratione aduerſus erraſtrateos ſanguinis miſsiones inhibentes vtitur Galen. quare Galenum mirari ſubit, quòd pueros prorſus cohibuit à ſanguinis extractione, quòd enim extractionem ſanguinis ſiue ſit per venę ſectionē ſiue per ſcarificationē illos cohibuerit nemo eſt qui ambigere poſsit, de qua re in Enchiri.

Vigeſimonono, veteres à diuerſis membris accenſas febres ab illis cognominabant, lateralem febrem aliquam vocātes, & iecorariam, & lienariam.

¶Contrarium videtur hoc ijs quæ ſcribit. 42. aphor. 7. ſectionis, qua parte ait: hepaticam autem febrem, vel lienoſam, aut pulmoniam, aut lateralem nemo dixit. dilues ſic contradictionem, quòd in citato aphoriſmo ſolum vult Gale. quòd nemo hepaticam vel lienoſam vel pulmoniam ſcripſit eſſe febrium differentias; cum quo conuenit, quòd aliqui vocauerint febrem hepaticam, & lienoſam, non tanquàm hepatica vel lienoſa ſit febris differentia. maioris tamen lucis nomine, à partibus quæ afficiebantur nomenclaturam febri tribuebant antiqui, qua in re minime volebant, quòd pars læſa differentia febris quæ à calore ſumitur commutaret. licet non repugnabant, quòd pars poſſet peculiare nomen febri tribuere.

Commentarius ſecundus in ſextum librum de morbis vulga.

Decimotertio: ſiue guttur, aut gula, aut pulmo, aut pectus, aut cor, inflammata ſunt, mortifera ægritudo eſt; at membris infra iecur inflammatis, pauci admodum pereunt.

¶Non tanquàm perpetuum hoc ab illo eſſe traditum, liquido colligitur ex ijs quæ dicit ſecundo comment. porrheticorum, vbi exponēs illum textum: febres ex hipochondriorum doloribus ait, quinimo, neq; vbi in iecinore, vel ventre, vel ſepto tranſuerſo, phlegmone oriatur, febris hæc cōtinuo maligna eſt, ſed acuta forſitan fuerit, quāquàm ne hoc quidem perpetuo, nondum vero maligna, quòd autem neq; acutam perpetuo fieri dicam teſtatur experientia & ratio demonſtrat. porro ſi contingit, febrem ex inflammatione ſepti tranſuerſi ortam non eſſe malignam, neq; acutam. conſtat minime perpetuum eſſe, quod hac parte quam exponimus dixit, pectore inflammato mortiferam ægritudinem eſſe, ſed & pleura inflammata non eſt ægritudo mortifera, ſolent eſſe mites pleuritides, quę & citra ſanguinis miſsionem breui curantur.

Vigeſimooctauo, recludentibus & fiſtulas aliquas ſatis longo tēpore vſitatas, ſed aliqua cauſa obſtructas.

¶Ex hac parte colligitur, quanto errore verſentur, qui fiſtulas antiquas prorſus occludere nituntur, reuertere quidem faciunt humorem noxium per fiſtulas purgari ſolitum, ad aliquam principem partem, vnde grauis noxa poteſt ægrotanti irrogari.

Trigeſimooctauo, timiditatem pituitæ ſerum facere poteſt, non tamen vigiliam.

¶Dixerat libro primo de natur. hominis ad morum cultum nihil facere pituitam, hac parte inſinuat

UVA. BHSC. IyR_342

nuat posse timiditatem facere, si vero timiditatem facit, videtur posse agere ad mores, ibi diximus quòd pituita grauando, & non incitando potest mores commutare. Cæterum ex hac parte quam exponimus sequitur, non semper timorem prolem esse humoris melancholici, etenim pituita debilitando calidum genuinum pauidos potest homines reddere.

Inquiunt neq; dexter oculus plusq; siniſter cernere cognoscitur.

¶Nec probat nec refellit Galen. quòd dexter oculus non plus cernat quàm siniſter. Aristo. tamen 31. sectio. problem. probl. 12. huius fuit opinionis, quòd sensus dextri non sint sinistris præstantiores quod proble. non expendens Ioannes Manardus quarto epist. 14. lib. dixit, Aristotelem dixisse fere in cunctis hominibus oculum dexterum esse siniſtro imbecilliorem, quod certe Aristot. nunquàm asseruit. Cæterum contra id quod dixit Aristo. quòd in sensibus dextera non sunt perfectiora siniſtris est Lactantius firmi, qui lib. de opificio Dei cap. 12. dixit, in toto corpore partem dextrã esse masculinam, & siniſtram fœmininam.

45. Quin etiam inter omnes fere medicos marem quàm fœminam non solum figurari, sed etiam moueri citius, constat.

¶Neq; ijs videntur contraria quæ dixit Plinius. 7. lib. cap. 4. vbi ait fœminas gigni celerius quàm mares, sicut celerius senescere, nam per gigni augeri & integrum complementum suscipere Plin. debuit intelligere, quousq; homo adolescit, quodammodo gigni dici potest. quare non est quòd Pincianus, & alij hunc locum castigatione egere dixissent.

45. Facultas est in animantibus naturalis quæ ipsorum incrementi effectrix est, propter quam imbecilliorem quidem plus augescunt, sed citius crescere ob eius imbecillitatem mulieres desinunt.

¶Non quadrat rationi, quòd imbecillitas facultatis quę augmenti effectrix est, plus augescere corpora faciat, quare legendum puto, prius augescunt, & non plus augescunt. Etenim quibus facultas est imbecillis, minùs augendi tempus habent, quo fit vt breuius suam peragant metam, quàm ij quibus augendi tempus est longius. quo fit vt illi prius augescant. Cæterum quatenus prius augescunt quodammodo dici potest, & illas plus augescere.

Commentarius tertius in sextum librum de morbis vulgaribus.

Secundo motus roborat, otium tabefacit.

¶Auicẽna male interpretans, dixit relinquens exercitium incidit in hecticam. neq; dictis obstant quę dixit commen. primo. 3. epidem. vbi otiosis corpus repleri dixit. innumerę sunt partes vbi Gale. dicit exercitium euacuare, & otium prohibere superfluitatum vacuationem. Exercitium quidem membra roborat, si immoderatum non est, quod ob nomẽ bono succo corpora implet, si est immoderatum extenuat: otium est causa quominus membra nutriantur & hac causa prohibet augmentum humiditatis genuinæ, sed eadem ratione facit abundare pituitosa excrementa & ijs excrementis intellexit Gale. corpora eorum qui in otio viuunt repleri. expendat textus Lacuna, & in Gal. dictis non reperiet contradictionem.

12. Igitur alati exiguum cor habentes secundum quoq; huius proportionẽ & calorẽ ab ipso in omne corpus emanantẽ imbecillũ habẽt.

¶Ex ijs quæ hac parte dicit Gale. liquido colligitur, exiguũ cor potius esse pauidi hominis, quàm animosi. quod videtur contrarium ijs quę dicit Aristo. 3. lib. de partibus animali. cap. 4. vbi ait: pauida sunt, quibus cor grandius, audentiora fidentioraq; quibus minus, aut mediocre: tradit causam, affectus enim qui accedit ex metu iam in ijs præest. quoniam calorẽ proportione cordis nõ habent, sed parum caloris in magno conceptaculo exolescat. porro hæc ratio minime satisfacere videtur, quando non sequitur, in ijs qui magnum cor habent calorem non esse proportione cordis, immo amplum pectus & magnũ cor ex vi innati caloris genita esse dicit Gale, dixi ego in meis quinquagenis

UVA. BHSC. IyR_342

genis,quòd animalia quę ſua natura ſunt pauida, quo maius cor habent,eſſe pauidiora.cõtrarium accidere animalibus, quibus vis animoſa robuſta eſt. ſed certe hoc non eſt ad mentem Ariſto. qui ſimpliciter dixit pauida eſſe animalia, quibus cor grandius.dicere igitur præſtat, quòd paruũ cor ſemper vitio eſt tribuendum, vt paruum cerebrum: mediocre cor quia vt plurimum calorem ſua proportione habet eſt laudabiliſsimum, grandius vero vt magnum cerebrum aliquando eſt vitio dandum,aliquando virtuti quando ob facultatis formatricis robur & ex materiæ vnde creatum ex virtute genitum, eſt virtuti eſt adſcribendum. ſi ſolum vero ex abundantia materię humidę creatũ eſt, non fortium ſed pauidorum eſt animalium.

Decimonono de cauſis quas ante incipientes,& quas ante graſſas & quas contentiuas vocant.

¶Eſſe cauſas contentiuas,nõ ſolum ſympthom.ſed etiam morborum Gale.voluiſſe, ex ijs quę hac parte dicit colligitur,nec eſt certe cur quis neget,illas eſſe in multis morbis ponẽdas,ſed de ijs plura lib.ſecundo Methodi.

27. Atqui ego cuidam extenuatiſsimę mulierculę,iam octo menſes purgationis mẽſtruę ſuppreſsione laborãti, extenuatiſsima cum eſſet haud exiguo extracto ſãguine,breuiſsimo tpe propriũ habitũ reſtitui.

¶Si inter ſcopos mittendi ſanguinis pręcipuus eſt virium robur,mirum alicui videbitur,quomodo mulieri huic extenuatiſsimę, cui robur virium credibile eſt defuiſſe, tantum ſanguinis extraxiſſet Gale.at in ijs qui ob obſtructiones extenuantur,vis vitalis robur vigere poteſt,quare in ijs ſępenumero ſine periculo extrahitur ſanguis.

23. Cum venere vti incipiunt,aut hircire.

¶Alex.Aphrodiſeus ſectione.1.proble. probl.8.exhibet cauſam,cur pubeſcentes hirciſcent,dicitq; ob vocis aſperitatem raucam ab hircis ita vocem efferentibus, productam eſſe verbi rationem.

42. Si morbi magnitudo vrgeret,ad ſecandę venę auxilium accedere auſus eſſem,ſed cũ morbus lateralis mitis admodũ foret,neceſſe nõ fuit.

¶Quantum illi ſcopo qui eſt morbi magnitudo attenderit Gale. hinc liquide colligitur, quòd in pleuritide ex ſanguine orta,eo quòd erat mitis,à ſanguinis miſsione abſtinuit,longe aliter hac ętate fit, quando in omni pleuritide, turpe putant ſanguinem non mittere.

Commentarius quartus
ſexti vulgarium.

NOno: veſtis medici neq; valde ſumptuoſa ſit, vt arrogantiã indicet, neq; ſordida & nimiũ vilis, niſi æger ipſe immoderatius aut pręcioſa veſtimenta amet, aut ſordidis delectetur.

¶Difficile certe eſſet,ad omnium ęgrotantium votum,medicum ſe componere,nõ eo enim quòd quis è plebe ęger ſordidis delectetur ſordidas veſtes debet induere medicus,faciet quidem illud cum vir ſupremæ notæ tali melancholiæ genere eſt correptus, quod nullatenus medico viles veſtes nõ induto vult parere,quòd ſi idipſum medicus facit cũ vir è circulo eadẽ ratione morbi captus eodẽ tenetur deſiderio,laudandũ quidem eſt.Plato porro.3.dialogo de Iuſto reprehẽdens Pindarũ,quĩ dicebat ęſculapium auro fuiſſe indutum,manifeſte reprehendit ſumptuoſum medicorum cultum, idem etiam libro de decenti ornatu Hippocrates fecit.

Nono: Antonino commodi patre imperante, omnes eius familiares ad cutem vſq; erant detonſi, Lucius vero eos mimos appellabat, idcirco qui cum ipſo verſabantur comam nutrierunt.

¶Vnaquęq; regio ſuos habet mores, ſolentq; homines plurima ex parte viuere ad regis vel gubernatoris exemplar, apud laconas comam nutrire laudabile erat, vt primo rethori.ad theode-

ctem

UVA. BHSC. IyR_342

ctem cap.9.dixit Aristo.autore porro Hieronymo super Ezechielem comam nutrire indiciũ erat vitæ luxu diffluentis.

9. Morbum articularem medicum pati turpissimum est.

¶Si viro sexagenario turpe erat manum medico porrigere,vt autore Plutarcho dicebat Tyberius imperator,quia id intemperantiam indicabat, turpissimum est medico tam intemperanter se gere re,vt grauibus morbis affligatur.solet tamen articularis morbus non tam ob intemperantiã,quàm ob articulorum ex vtero contractam imbecillitatem inuadere,cum vero hac causa obrepit, non est cur medicum dehonestet,& infamet.Cæterum & erunt multi arthritide laborantes, qui à medi co sic afflicto congruentius putent implorare opem , voluentes animo illud Platonis tertij lib.de iusto,quòd tunc optimi medici euaderent, si omne fuissent experti morborum genus.

9. Odor porro totius corporis & oris præcipue nonnullis quidem putidus est,sicut alijs quibusdam suauis.

¶Aristot.13. sectio. problema. proble.4. nullum animal suauiter olere dixit, cui adstipulatus fuit Theophrastus.6.libro de causis plantarum cap. 26. quibus videtur dissentire Gale . qui aliquibus odorem corporis esse suauem dicit, suauemq; odorem ex corpore Alexandri Macedonis effundi, dicit Plutarchus sua vita.mirum quòd tam suauiter oleret,si erat vini studiosissimus.

10. Eadem ratione, & aquam prius elixatione permutantes.

¶Cum experientia ostendat, & Galeni autoritas doceat, aquam quæ malum saporem habet,vel quę cruda est,elixatione melioresce re,culpandus est Ioubertus,& alij qui contendunt,aquam nõ esse elixandam , attenuatur quidem elixatione aqua , parteſq; impurę & terrestres expurgantur, quòd si in diplomate aqua elixatur , magis erit ex vsu,quia sic fumantem vt ita dixerim non accipiet saporem.Cæterum non debet esse elixatio multa nam aqua quæ multum elixatur, salledinem acquirit,autore Galeno.3.lib. de alimentorum facultatibus cap.31.

14. At hieme calore in penitiora se condente, ventriculus & reliqua viscera calidiora,subcutaneæ vero partes frigidiores redduntur,quemadmodum terræ profunditas hyeme calida apparet,propter quod & fontes calidiores sunt.

¶Hippoc.libro de natura pueri, quia æstate spiritus copiosius penetrat interiora terrę quàm hieme,ob id sensit tunc calidiores esse fontes,in spiritu esse vitalem calorem quo esse omnia plena nititur probare Cicero.2.lib.de natura deorum debuit sentire Hippocrates.

Calido natura refrigeratio,potus,aqua,quiescere.

¶Gale.8.Metho.videtur mirari,quòd in acutis febribus vinum exhibuerit Hippoc. & natura calidis aquam porrigendam dixerit, tollens contradictionem dicit, nisi forte copiosius vtendum esse aqua quàm vino eiusmodi naturis suadere eum dixeris,quemadmodum nonnullis placet.Cæterum cum ab ipso Hippocrate & Galeno habeamus,magnam esse cõsuetudinis vini,ob hoc forsan Hippocrates acute febrientibus vinum permisit,cum enim cõsidero,quòd tertio de ratione victus tex. trigesimo octauo dicit,in febribus acutis si timetur capitis grauitas detur vinum, & aquæ exiguum superbibatur,suspicor tunc in illa regione non esse tam frequens diluere vinum , & aquã potare, vt postea in alijs regionibus fuit.Si enim vinum diluendi multa esset consuetudo, audacter ad præcauendam capitis lęsionem vinum poterat diluere. Cæterum ijs vino tantum assuetis difficile est, licet febricitent vinum interdicere , sanis vero leges possunt præscribi,quibus paulatim vinum dimittatur,& immutetur natura,quod faciendum dicit in his qui calido sunt temperamento.

10. Inuenies itaque picata, atq; gypsata dolia diutius vina syncera conseruare.

¶Quòd gypso vel pice oblinãtur doliorũ opercula monet Gal. Cęterũ vt vina diutius cõseruent, iuuat dolia intus pice oblinire,vel gypsum in ipsum doliũ immittere , gypsum quidẽ sua siccitate

UVA. BHSC. IyR_342

absumit vini partes aquosiores, quarum ratione solet vinum acorem contrahere, id porro satis ex pertum est Nauarrę & Aragoniæ: auersantur multi id genus vinum, iuxta illud Plinij quis quanuis validus gypsata vina non expauerit: officit quidem illud neruis & caput aggrauat, ac vesicę auersatur, vt autor est Dioscо. sed citra periculum videmus multos illo vti, nam esto, quòd gypsum offendit vino eius noxa qualitas potest edomari, mirari vero subit, quòd Dioscо. contra venena dicat esse gypsatum vinum, cæteris aptius. sed ille de venenis intellexit, quæ frigiditate offendunt, ad quæ generatim omnia laudat vina, sed non video cur sit contra venena frigida aptius vinũ gypsatum, cum ex calidioribus rebus solet parari vinum. forsan debuit velle Dioscо. vinum gypsatum esse aptius ad resistendum noxis quas contrahit vinum, nam non sic acescit gypsatum vinum ac quæ gypso non sunt condita, quid mirum enim quòd noxæ quibus vinum est obnoxium venena dicat. quòd si de venenis quæ offendunt corpus humanum dicit non est cur illi credamus. Cæterũ quòd gypsum sit remedium ascescentis vini, efficatius quàm faciat vinũ aduersus acorẽ, habemus ex Columella. 12. lib. cap. 26. qui in sextarios septem musti, heminam gypsi miscere monet, nullũq; remedium dicit esse potentius.

17. Semper enim somnus humectat, sicut vigilia semper exicat.

¶Reprehendit Argenterius Galenum, libro de somno, dicens somnum non semper humectare, dicit enim, quòd vbi intus est humor, aut paucus subest, quem cito calor depascitur, tum siccari corpus per somnum esse necesse. sed certe si deest humor, antea vigilia dissipabitur, quia enim vigilia reddit acrem calorem, & spiritus absumit sua natura exiccat, contra vero somnus quia calorem mitiorem reddit spiritumq; effluuium cohibet, quanuis sit paucus humor, comparatione vigiliæ humectat.

19. Summe vero munda tenuisq; est temporaria aqua elaborata inter hanc autem & nimbalem tonitrualis est.

¶Aquam pluuiam quæ mense Maio effunditur, communiter medici laudant, at Galenus temporariam omnibus pręferendam dicit, quo sermone etiam reprehendendus Auicenna, & Oribasius, qui inter pluuiales tonitrualem maxime commendat. forsan hoc sumpsit Auicenna, à Paulo, qui æstiuam & tonitrualem procellosę prætulit. sed dicens Paulus æstiuam & tonitrualem non vnam differentiam, sed duas posuit, æstiuam vnam, & tonitrualem alteram.

At si somno capti quiescamus, reliquum tempus vigilemus, vires debilitantur.

¶Argenterius libro de somno dicit esse falsum, quod hac parte dicit Galenus, quòd debilitentur scilicet magis vires ijs qui aliqua parte noctis dormiunt, & reliquum tempus vigilant, quàm ijs qui totam noctem insomnem traducunt. quod in excubijs vult ostendere. sed Galeno satis est, quòd si quis somnum inchoat, breui post inceptum somnum excitatur, cogiturq; vigilare, quòd redditur languidus, & quendam torporem in membris contrahit. quem non contraxisset, si dormire non cœpisset. paucus ille somnus, corpus humectauit, aliqua retrimenta ad intima reuocauit, spiritus crassos reddidit, vnde quædam grauitas in toto corpore oboritur. & certe experientia id frequentissime ostendit. sunt alia in hoc capite quæ poterat notare Argente. nam Gale. comparãs eos qui aliqua parte noctis dormiunt cum ijs qui tota nocte vigilant, concludit languidiores esse qui aliqua parte noctis dormierunt quàm qui bene dormierunt, hoc lippis est notum, & nil facit ad id quod proposuerat.

22. Exercitatio salubris, non saturitas cibi, promptitudo ad labores.

¶Plutarchus præceptis bonę valetudinis dicit, prędare dictum est, vetci citra saturitatem, impigrum esse ad labores, vitale semen conseruare, res esse longe salubertimas.

Commentarius quintus

Sexti libri.

Medicus

UVA. BHSC. IyR_342

MEdicus erga miniſtros ſuos gerit, iſti vero ſunt herbarij, vnguentarij, coqui, & cataplaſmata adhibentes.

¶Etiamſi herbarij ſint miniſtri medicorum, decet medicum herbarum habere notitiam, ne ab indocto imponatur herbario, ex ijs porro quæ hac parte dicit Gale. colligitur, antidotos olim medicos parare ſolitos, nam inter miniſtros medicorum numerat vnguentarios & cataplaſmata adhibentes, & nō illos qui antidotos componunt, legimuſq; lib. primo, de antidotis. Theriacam Antonino Demetrium medicum cōficere ſolitum fuiſſe, hancq; prouinciam (Demetrio vita defuncto) Galeno fuiſſe delegatam.

2. Conniuere igitur, ſic autem dicitur, cum quis clauſas palpebras cito iterum aperit.

¶Ariſtot. primo de hiſtoria animalium cap. 10. dicens: modicus tamen ſitus nota eſt morum optimorum, & aut nimium conniuent aut rigidi intentiq; conſtant, aut modice nutant inſinuat, conniuere dici de ijs quibus claudere & aperire oculos eſt nimis frequens.

5. Hominis anima ſemper producitur, vſq; ad mortem Hippoc.

¶Lucretius vt autor eſt Lactātius lib. 7. de diuino prę̄mio. animam creſcere in pueris, vigere in iuuenibus, in ſenibus minui dicebat, quia intelligentia augetur, vel minuitur, pro ætate. cui multum refragatus fuit Hippoc. qui animam ſemper produci dixit, ſed vnus & alter lapſi ſunt, anima enim hominis in ſtatu ſuo ſemper eſt. Cæterum ſi iuxta Hippoc. anima calor naturalis eſt, non ſemper producitur, in ſenibus quidem minui fateri debebat.

5. Stoici humidiorem eſſe naturæ ſpiritum, ſiccum animæ ſentiunt.

¶Quid de naturali ſpiritu dixerit Gale. lib. 12. Metho. excutiemus.

12. In vulneribus ſanguis concurrit ſubueniendum, vt vacuum impleatur, ex Hippocrate.

¶Obſcuram inuolutamq; huiuſmodi locutionem dicit Gale. non mirum vero quòd quis arbitretur, voluiſſe Hippocratem, in vulneribus ſanguinem concurrere ad ſubueniendum, vt vacuum impleatur, ideſt vt vacuum vitetur & ad ſubueniendum imbecillitati partis vacuæ, iuxta vero hæc dicemus in venæ ſectione ſanguinem ob has cauſas effluere, vt ſcilicet vacuum vitetur, atq; etiā quia ad partem læſam natura ſupetias mittit, ſanguine porro ad venam effluente, vis venæ expultrix ſanguinem expellit, ſed de ijs libro de ſanguinis miſsione.

Magis etiam abſurda illi dicunt, qui in ſenecta huiuſmodi affectiones ſedari aiunt animæ quidem, iracundiam auaritiam ve.

¶Tm̄ abeſt, q; in ſenecta ſedet auaritia, q; ſolet ſenectus auaros efficere, vt dicit Ariſt. 4. Aethi. ca. 2. regnat hac ætate melācholia, quę homines auaros facit, mitto q; cū ſenes ſuis viribus nō fidāt, totā ſuam ſpē in pecunia collocāt. adde q; experientia didiſcere, ſępe in iuuēta male collocaſſe bñficia.

13. Quemadmodum in inteſtini laxioris doloribus antidota ex apio & altereo mandragora & ſtyrace compoſita.

¶Videtur hac parte ſtyracem inter medicamenta ſtupefactiua ponere Gale. id porro lib. 5. de ſimplicium medicamentorum facult. declarauimus.

19. Hominibus ſordes in auribus dulcis quidem mortifera, amara autem non, ex Hippocrate.

¶Hanc ſententiam probat Gale. vnde patet erraſſe Auicennam qui ſecunda quarti dixit ſi ſordes aurium dulceſcit eſt ſignum malum apud Galenum, apud priores mortale.

20. Solum patrium vertere in longis morbis conuenit.

¶In alienam regionem migrare q; conueniat exponit Gale. q; ſi exponis, quòd ex aliena regione conueniat ad patrium ſolum tanquàm maxime naturæ familiare non deerrabis.

21. Cum adſunt cedmota, venæ in auribus poſteriores ſunt ſcarificandæ ex Hippocrate.

UVA. BHSC. IyR_342

¶Non in auribus sed circum aures esse scribendum dicit Gale.forsan vero scribendum est venę in auribus sunt vrendę.nam experientia monstrat,ischiadicis dolores magnopere leuari,impresso in ea aure quæ è directo partis laborantis respondet cauterio.nec diffiteor venas retro aures sectas etiam auxiliaturas. sed est scrutatione dignum, quod ob nomen ex harum venarum sectione vel vstione tantum coxendicis morbo laborantes iuuentur. porro Ioannes Fernellius.16.cap.libri de morbis dicit:partes capitis externas extra caluariam positas arthritidis esse originem,ex quibus superuacaneum humorem per summa dicit deorsum decurrere. porro si omnis arthritidis hæc esset origo:facilis est causa,iuxta quam non solum in dolore coxendicis sed in omni arthritide oportunum esset venas secare,vel vrere.sed certe licet non sit abnuendum,sępenumero arthritidem modo quo dicit Fernel.generari, absurdum est putare, semper arthritidis hanc esse causam & originem.multi enim quos caput bene habet hunc morbum incurrunt, si euim à capite malum originem duceret, non posset aliquam noxam illud non sentire, adde quòd ostendit experientia hunc morbum sæpe inuadere eos qui ociosam vitam ducunt, & multo cibo se ingurgitant,quia ijs humorum redundantia non digeritur, vt in ijs qui exercitio indulgent, hæc vero humorum redundantia non solum è capite,sed ex vniuersi corporis venis deffluere solet,quare vniuersali facta vacuatione,solet arthritis cessare.teneamus igitur aliquando fieri arthritidem & coxendicis dolorē vt dixit Fernel.quo tempore illæ venarum sectiones vel vstiones poterunt iuuare. sed fieri etiam arthritidem ex humoribus ab alijs partibus ad articulos defluentibus non est abnuendum quo tēpore parum iuuabunt dictarum venarum sectiones, vel vstiones.non est porro hic silentio inuoluendum,quòd Dioscorides.6.lib.cap.73. vstionem ad sanandum coxendicis dolorem in eo intestitio vbi pollex brachiali committitur faciendam dicit. quis sit consensus vnius ad alteram partē non video,vicit tamen in hoc sicut in multis experientia.

Nonnunquàm de industria excitetur ira.

¶Quòd in frigidis vitijs prosit aliquando excitare iram,hac parte dicit Gale. resq; ipsa docuit,aliquos quartana febre affectos ab ira magnopere esse iuuatos. iuuitq; neruorum resolutione correptos excitata ira.

Vigesimotertio: Venus à pituita morbis remedio est.

¶Aristo.4.sectione problem.probl.16. venerem immodicam morbis pituitæ nonnullis commodam esse dicit.Cæterum cū & viri sani viribus pollentes immodicam venerem vix ferre possint,eā non ferent ægri quorum calorem pituita imbecillitat.

Vigesimussextus. Vesicæ calculus non ætatis lapsu, sed manuum opera duntaxat curari potest.

¶Manuum operam sectionem intellexit Gale.secundo libro ad Glaucon.capite de canero, manu etiam curari suffusionem dixit Celsus cum curatur acu. porro si ad hunc modum intelligit Galen. claret inutilem esse operam, quam in atterendo vesicæ lapide multi admouent.sane sæpenumero inutilis est ille labor vt lib.de arte curatiua dixi,sed hac parte Gal. non dicit quòd sit inutilis cum dicit enim lapis vesicę manuum opera tantum curatur,quòd sola arte valeat curari intellexit,vult quidem beneficio ætatis non curari,sed sola arte.& certe vbi habetur manuum opera melius legeretur sola artei sed in arte medicinali in fine quòd sola manu curetur lapis vesicæ insinuauit, vt ibi declarauimus.

Nam cum frigidus aut mordax succus in ore ventriculi insederit, ex corruptis cibis,aut praua qualitate, vel etiam confluxu ex corpore contractus initium rigoris inde capitur.

¶Ea quæ Hippocrates & Galenus hac parte dicunt,dederunt occasionem Fernellio opinandi, quòd rigor in febribus oriatur ex humore obsepiente membranas viscerum, & non eo quòd attingat musculos partium externarum. qui certe ad sua firmandum non debuisset subticere dicta Hippocratis, & Galeni. hi porro viri licet considerauerunt quòd rigeant aliquando membra, morso ventriculo ipsa ratione ducti considerarunt,quòd musculi partium externarum maiori ratione

UVA. BHSC. IyR_342

tione rigerent,bile illos attingente,quàm ex sympathia quàm cum ventriculo habent.

Vigesimonono,nunc vero & huic parti addidit cibum sumere, aut eo scilicet tempore,quo & veratrum homo deuorauit, aut etiam superiore victus ratione.

¶Licet medicamenta purgatoria vacuo stomacho sint,ex medicorũ præscriptis exhibenda.quod ex ijs quæ tertio de ratione victus Hippocra.& Galenus docent colligitur,permittitur tamen elleborum cum cibo exhiberi,vt cibus scilicet corpus humectando,præcaueat noxam quam sua siccitate ille potest adhibere.porro quia aloe multum exiccat quando adhibetur ijs qui sunt sicco temperamento,non abre poterit præberi pauco transacto interuallo à cibo. sed de ijs multa alibi.

Trigesimotertio, nam quemadmodum cucurbitæ. sic & cum ipsis attriplex beta lactuca certisime refrigerare noscuntur. contrario autem pacto lens se habet.

¶Qua ratione dicit non esse simpliciter pronuntiandum de temperatura lentis, quia ex diuersis partibus constat,videtur nec de temperatura betæ illi esse pronuntiandum.ex partibus quidem calidis & frigidis constat.

Trigesimusquintus:infantulos enim purgare volentes, aut matri infantium lactanti,aut capræ huiusmodi aliquid esui dantes,sic purgabimus.

¶Ad purgãdos infantulos exhibere matri vel capræ eleterium vel cucumerem syluaticum monet Hippoc.& Galen.at si mater incolumis est,à ratione est alienum,hęc medicamenta fortia illi præbere.quando sana habentes corpora medicamentis purgantibus vti est difficile. porro nec pueris videtur tam fortem purgationem conuenire,cum tenuiora sint eorum corpora, quàm vt tam fortia medicamenta ferre possint. maxime quòd habemus nos tutiora medicamenta, quibus tutius hanc operam poterimus explere. Cæterum nec mirum, quòd velitetur quis iuxta Galeni decreta, pueros nullatenus esse purgandos,nam si pueri (eo autore quarto de ratione victus) sanguinis interdicuntur detractione,quia insitam naturalemq; habent vacuationem, videtur etiam & purgatione esse infantes prohibendos,quando insita & naturali vacuatione purgari quod nocet spera bimus.sed dispar est ratio,primo quia sanguinis missio tollit eam humidam substantiam, quæ facile dissipatur in pueris,purgatio tollit bilem & alium humorem cui calor natiuus nõ subsistit. sed certe licet magis permittatur infantes purgare quàm eis venam tundere,non nisi magna necessitate premente idest faciendum. quia medicamenta purgatoria etiam faciunt euaporare substantiam humidam,quæ in pueris facile affluit.

Ibi.in doride & boetia,& thessalia,multi ex coturnicũ esu musculorũ distentionibus correpti sunt.quoniam veratro scilicet illę vescantur.

¶Non in qualibet regione sed in ea qua elleborus abundat coturnicũ esus est timendus. porro si vis ellebori in coturnicis mẽbris sic affixa manet, videtur has carnes vim purgatricem habituras. quare merito eis quibus ellebori purgatio est vtilis, porrigi deberent,magis attẽperata quidẽ erit vis ellebori in illis carnibus, quàm in ipsa planta.Plin.vero.10.lib.23. cap.dicit,veneni semine vti coturnices,quapropter dicit,à mensis esse abdicatas, sed ab illo esset scilcitandum, cur ille dãnat coturnices,qui.25.lib.laudat mithridatis inuentum, qui sanguinem anatum ponticarum antidotis miscere inuenit,quoniam illæ veneno viuerent:si enim eo q; veneno viuant coturnices, sunt mensis abdicatæ:& anatis sanguis in quo vim veneni esse est suspicãdum,propinari non debuisset.nisi quis credat,maiorem vim ad vincẽdum venenum habere anates ponticas,quàm coturnices ad vincendam vim ellebori.

Commenta.sextus sexti lib.vulgarium.

UVA. BHSC. IyR_342

Annotationes

QVintus, appellantur enim Græco vocabulo alexipharmaca, ideſt medicamentorum auxilia, quæ medicamentis mortiferis aduerſantur, theriaca vero quæ ferarum morſibus medeatur.

¶Longe autem ijs vocibus vtebantur, qui barbaram ſectabantur medicinam. vt in inchiri. iam dixi.

Neque aconitum, neque argentum viuum in corpus accepta vllum nobis afferunt emolumentum.

¶Aconitum autore Plinio ſi venenum in corpore inuenerit iuuat, quia cum eo colluctatur, argẽtum viuum ſuo modo paratum & deuoratum magnam opem prẽſtare credunt multi: puluerem quidem ex argento viuo exhibent aduerſus morbum gallicum & alios morbos.

Sextus. nonnulli morbum comitialem herculeum vocarunt, non quòd eo Hercules vexaretur.

¶Ariſtot. trigeſima ſecti o. problem. probl. primo, morbum comitialem Herculeum priſcos nominaſſe inſinuat, quia comitiali morbo atrę bilis vitio laborauerit Hercules.

6. Alij falſa deceptione decepti epilepſiam ſacrũ morbũ appellarũt.

¶Ariſt. trigeſimo problem. proble. primo epilepſiam ſacrum morbum eſſe nuncupatam inſinuat, quia Hercules qui fuit magnus inter heroas, hoc morbo fuit correptus. Cęterũ quia ſacram occupabat partem hunc morbum aliqui vocabant ſacrum. à qua opinione Plato in Thimęo non abluſit. Hippocrati porro in lib. de ſacro morbo & Gale. hac parte non placet, quòd ſacer morbus dicatur, ſi vero dicitur ſacer quia magnus eſt (vt dixit Cælius Aurelianus ſua arte medendi,) & Plutarchus lib. de induſtria animali, non abre videtur dictum ſacrum morbum eſſe. ſed hac ratiõe magis quadrat apoplexiam morbum ſacrum vocari, quàm epilepſiam. niſi dicas, quòd epilepſia eſt morbus magnus vehementia & duratione. quòd ſi ſacer dictus eſt hic morbus, ob cauſam quam ex Ariſtot. retulimus, non eſt cur Hippocrati & Gale. diſplicere debuiſſet hæc nomenclatura. ſternutamentum vocauit ſacrum Ariſtot. 1. de hiſto. cap. 11. dicitq; eſſe ſignum augurale vnde credo dimanaſſe quòd ſternutantes ſalutent.

Non vtiliter phrenitis vertitur in veternum.

¶Quomodo hoc ſit intelligendum tertio vulgarium à me dictatum eſt, qua parte dixi proprie phrenitidem non verti in lethargum, ſed phrenitide altas agẽtes radices ob imbecillitatem virtutis phrenitide apprehẽſum in ſoporẽ incidere. ſopor quidẽ & ex facultatũ lãgore põt obrepere.

Lateris phlegmone pulmonariam.

¶Quòd pleuritis non curet pulmonariam, ſed phlegmon lateris quod in parte externa eſt, declarabimus. 6. lib. aphor. apho. 11.

Galeni ars medicinalis
cum ſcholijs.

QAp. primo, tres ſunt omnes doctrinę quę ordinii inhærent, prima quidem ex notione finis, quæ per reſolutionem fit, ſecunda conſtat ex compoſitione eorum quæ ex reſolutione fuerint inuenta, tertia ex diffinitionis diſſolutione cui nunc incumbimus.

¶Ex cognitione finis artes prẽcipue conſtitui, colligitur clare ex ijs quę dicit Gale. libello an ars tuendę ſanitatis ad medicinalem artem vel gymnaſticam ſpectet, & ex ijs quę dicit libro de conſtitutione medicinę: de hac re ſcripſit Leonicenus fuſiſsime quęſtione de tribus doctrinis: quam qui multorum autorum cupit opiniones videre legere poterit: illud vero non eſt prætereundum, errare eos qui dicunt doctrinam reſolutiuam ad demonſtrationem quia attinere, attinere quidem ad demonſtrationem propter quid clare colligitur ex ijs quæ dixit in phedro Plato. & ex ijs quæ

nono

UVA. BHSC. IyR_342

nono libro de decretis Hippocratis & Platonis dixit Gale. vbi ex ſententia Platonis diuidendi & componendi artem ad artium conſtitutionem maxime neceſſariam eſſe dicit, quam vero diuidendi artem lib. de decretis appellat, vocat reſoluendi artem hac parte quam exponimus. ars vero reſoluendi ſiue videndi à maxime generali ad id quod nullam ſectionem admittit deſcendit, contra vero ars componendi ab ſpecialiſsimis ad maxime generale aſcendit; vna ſiquidem in vtrunq; eſt via, iter vero duplex ab altero extremo ad alterum viciſsim tranſeunti. Cæterum notandum eſt q; hac parte dicit Gale. quòd definitio à recentioribus per excellentiam finis dicitur, iuxta quæ aliquis poſſet dicere, Galenum in hoc textu quem exponimus velle, primam doctrinam ſumi ex cognitione diffinitionis artis vel ſcientiæ quam volumus attingere: exempli gratia, in medicina ex cõgrua medicinæ definitione, non videtur circa quę medicina verſetur, & quomodo illa conſtituatur: ſi enim medicina eſt ſolum ſalubrium, aliter cõſtituitur medicina, quàm ſi eſt ſolum inſalubriũ. Vno quidem modo ars tuendæ ſanitatis attinebit ad medicinam, alio vero modo nõ. Cæterum cognitio definitionis per reſolutionem fit, dicendo quidem medicinæ præcipuus finis eſt ſanitas, ſanitas vel habetur, vel deſideratur, quòd ſi habetur conſeruationem expoſcit, & ſic eſt medicina ſalubrium, quòd ſi deſideratur vel quatenus illa amiſſa eſt, vel neutro modo ſe habet corpus & ſic eſt morboſorum vel neutrorum. per hanc reſolutionem indipiſcor medicinæ definitionem, per hancq; reſolutionem ars conſtituitur. ſed dices hæc eſt doctrina diffinitiua, nam fit ex diffinitionis diſſolutione, ſed ſi attendis multum hæc ab illa differt, nam ea quæ fit ex notione diffinitionis diffinitionem ex reſolutione venatur, & ex illa reſolutione conſtituit artem, quæ vero dicitur diffinitiua à iam conſtituta definitione exordium ſumit.

Ibi, Neminẽ tamẽ antenos, eam quę oritur à notione finis ſcripſiſſe cõperimus, ex qua omnes artes via quadam atq; ordine cõſtituuntur.

¶Neminem medicorum intellige, nam omnes quos numerat, qui conati ſunt eam doctrinam facere, medicinæ erant profeſſores. id vero quod dicit ex qua omnes artes via quadam conſtituuntur, non eſt intelligendum, quod ex doctrina reſolutiua omnes artes conſtituantur, ſed ex cognitione finis quem quęlibet ars intendit vel ex propria artis diffinitione vt expoſuimus.

Hic vero diffinitiuã faciemus doctrinam, quæ quãtum ab ea quæ ex reſolutione conſiſtit & dignitate & ipſo dicendi ordine linquitur, tantum ad totius cõpendiũ, & ad ſingulorũ memoriã præſtare inuenitur.

¶Iacobus Acontius ſuo libello de Metho. non probat hanc ſententiam Gale. dicitq; ad compendium commodam eſſe methodum reſolutoriam, ſi confirmationes confutationeſq; omittantur, & ad memoriam dicit vtiliſsimam, cum hæc methodus intelligentiæ maxime ſeruiat, & nil magis memoriam adiuuet, quàm ſi res optime intelligatur, ſed conſideraſſe illi præſtitiſſet, quòd in ipſa reſolutiua metho. quæ artem conſtituit, neceſſum eſſe confutare, & confirmare, alias ars non conſtituetur. hoc nomine non facit methodus reſolutoria ad compendium, compendium porro quod eſt methodi diffinitiuæ maxime facit ad memoriam.

Medicina eſt ſalubrium, morboſorum, & neutrorum; nomen autẽ ſcientiæ communiter, & non proprie accipere oportet.

¶Communiter debet accipi nomen ſcientię, nam ſi preſſe capitur ad homines non venire poſſe dixit Gale. in introductorio, cui ſententiæ acceſsit Lactantius Firmianus. 3. lib. inſtitutionum cap. 3. qua parte ait ſcientia ab ingenio venire non poteſt, nec cognitione comprehendi, quia in ſe ipſo habere propriam ſcientiam non hominis ſed Dei eſt. tam anguſte capit nomen ſcientiæ Plato, q; lib. 7. de iuſto non dignatur geometriam ſcientiam vocare, inquit enim geometria ſcilicet eiuſque comites circa ipſam eſſentiam quodammodo ſomniant. ſyncere autem ab illis cernere impoſsibile eſt, tantiſper dum ſuppoſitionibus hærent, eaſq; ratas adeo ſeruant, vt illarum rationem reddere nequeant, nam vbi quidem principium ponitur, eſtq; id ignotum, finis autem & media ex ignoto tractata inuicem cõnectuntur, collectam inde aſſertionem quonam pacto ſcientiam vocemus. hęc ille, qui prędicta parte ſolam dialecticam dicit eſſe ſcientiam. Ariſt. porro fuſius ſumit nomen ſciẽtiæ iuxta cuius interpretationem non eſt negandum, multa eſſe in medicina quę ad ſcientiam attineant, circa vero illud quod dicit neutrorum, eſt notandum, quòd Muſa contendit ſecundo libro

UVA. BHSC. IyR_342

aphorismorum aphorismo.8.neutram affectionem ex propria sentẽtia non posuisse Gale. sed certe alijs locis quàm arte medicinali hanc affectionem admisisse Gal.clare colligitur, ex ijs quæ dicit libro de tumoribus præter naturam cap.1.huic vero sententiæ non adstipulatur Plato.lib. de voto, nec Aristo.in cathegorijs.Cęterũ nec fuit Gal.primus qui hãc affectionẽ admisit,nam ante eum fuit hæc quęstio agitata,quod colligitur ex ijs quæ dicit Dioscо.6.lib.cap.34. nõ diffiteor tamen quòd Gale.6.lib.de sanitate tuenda sub dubio ponit,an neutra affectio sit ponenda. dicit quidem iam si tertia corporis affectio est, quam neutram Herophilus appellat sed de ijs,sint hęc satis.

Octauus:vitiorum vero genera eadem sunt ijs quę virtutem perficiunt,temperatura quidem in consimilibus,numerus autem,& formatio,& magnitudo,& situs in instrumentarijs.vtrisq; vero cõmunis vnitas,quam & ipsorum continuitatem appellamus.

¶Hac parte voluit mea sententia Gale. id quod fuit professus lib.1. metho. quód in eodem genere in quo ponitur sanitas ponitur & morbus,multi vero dicta Gale. non considerantes,dixerunt hac parte voluisse tot esse numero species morborum quot sanitatis. quibus non dissentio,modo cõcedant, vltimas species morborum esse malam temperaturam, & malam compositionem, & vnitatẽ,infra has quidem non descendit Gal.2.metho.quòd si febris humoralis differt specie ab hectica differentia nõ sumitur ratione intemperaturæ, sed ratione subiecti.sed de ijs alibi fusius. Cæterũ solutionem continui dicit esse morbum communem, quod non placuit Argenterio,qui dixit solutionem continui non esse morbum, sed causam morbi, & instrumentarium partium duntaxat esse propriam.cuius opinionem quinto libro methodi cap. secundo excutiemus.

Cap. nono. quæ autem à seipsis gubernantur sunt cartilago,os,copula,membrana,caro simplex.

¶Vim naturalem omnibus partibus esse innatam dixit.1.lib.de locis patientibus, idipsum vult hoc loco, quòd hæ scilicet partes nec sunt ex partibus principibus neq; ex ijs quæ ab ijs oriuntur, sed sunt partes quæ à se ipsis gubernantur,ideſt quæ solum gaudent virtute naturali quę illis vt cæteris membris innata est.pleniorem vero expositionem videbis primo libro de locis patientibus.

Nono, capillorum autem & vnguium neq; regimen vllum est, sed generatio tantummodo.

¶Contrarium videtur hoc ijs quę dixit.2.lib.de anatomicis administrationibus, vbi ait.cęterum in radicem ipsam vnguium.non modo neruus,sed etiam arteria & vena porrigitur,vnde sensum vitã & alimentũ, sicut aliæ partes accipiunt. dices quòd radices vnguiũ quæ sub carne sunt sensum & alimentum nihilosecius quàm cæteras corporis partes accipere. quod vero vnguium reliquũ est pilorum modo augetur, vt Gale. citata parte satis clare explicat. Varro porro vt autor est Diuus Augusti.7.lib.de ciuitate Dei cap.23.capillorum esse regimen sensit, capillos enim viuere asseruit. huius etiam fuit opinionis Tyrius Maximus sermone,quomodo quis se vindicet à dolore.

Decimo, & quidem totius capitis dispositio ex magnitudine sumitur,& figura,atq; capillis.

¶Videtur quòd & dispositio capitis exploretur ex tactu. vt si apparet calidũ vel frigidũ sumitur quidẽ ex hac parte signũ, sed non semper.respondet cutis capitis tẽperatura temperaturæ cerebri. sed hoc non sat est ad diluendum nodum,cum ipsemet Gale. parum infra tex. 28. ex tactu sumit dignotionẽ temperaturæ cerebri, vel textus hic est mutilus,vel Gale. per eam quæ extrinsecus aduenit alterationem, notam illam nos intelligere voluit.

11. Paruum igitur caput vitij constitutionis cerebri proprium est indiciũ,magnum vero non necessario indicat cerebri bonã compositurã.

¶.6.Vulga.commen.1.parua capita semper esse praua,magna vero raro esse bona dicit,ijs videtur contraria quæ dicit Arist.30.sectionis probl.3. vbi hominem prudentissimum esse dicit, quia proportione sui corporis parui capitis est: dicunt aliqui Aristo.locutum fuisse de mole ossium & carne capitis, & nõ de substantia cerebri.sed certe in problem. hoc non indicatur, & ipse Arist.2.lib. de

UVA. BHSC. IyR_342

de parti.animali.cap.10.Platonem reprehendit,qui putauit caput hominis esse macilẽtum, vt homo maiori sensu polleret.credo ego Arist.huius proble.non fuisse autorem, quòd si fuit forsam ad id credendum fuit impulsus,videns homines paruos vt plurimum esse ingeniosiores, quàm qui statura sunt procera, quod Alexan.problem.25.quartæ sectionis dictis Homeri voluit confirmare. q̃ si paruitas corporis ad prudentiam facit, multomagis videbatur paruitas capitis quod ingenij domicilium est.videtur quidem ex materia ficciori vt plurimum gigni caput paruum,quàm magnum. animam vero prudentem siccam esse dixit Heraclitus.cui lib.quòd animi mores.Gale. fuit adstipulatus.videtur etiã in capite paruo agiliores gigni spiritus nec ille qui in probl.dixit paruũ caput esse prudentiæ notam tam paruum voluit,quòd animalibus functionibus nõ sit locus, sed paruum in ea mensura quæ terminos sanitatis non egrediatur.

12. Ingenium quidem substantiam tenuem cerebri indicat, tarditas vero intellectus crassam,dicendi vero facilitas formarum facile susceptiuam, memoriam autem stabilem formam.

¶Plato lib.de scientia ingenium facile attestari supra cordis carnem mollem dixit,& ingenium difficile supra carnẽ cordis durã.quę autoritas videtur facere pro ijs qui cõtẽdũt,Plat.opinionẽ esse, vt cor sit mentis sedes, sed de corde animę per quandam translationem ibi loqui dices. sed esto q̃ hoc fateamur, videtur quòd si Plato sentiebat,cerebrum esse mentis domicilium, quòd translatio nõ erat facienda ad cor, sed ad cerebrum. sed quia quodammodo omnium membrorum cor principatum obtinet,ideo non immerito ad illud fit translatio.mitto quòd quandã analogiam habent cor & cerebrum, ob id etiam ingenium indicat cordis mollitudinẽ. atq; quia exterior caro analogiam cum visceribus habet, ob id cum mollis illa est ingenij indicat perspicaciam, & cum dura est ingenij duriciem.iuxta illud Aristo.2. lib. de anim.molles carne aptos esse ingenio dicimus, duros carne ingenio duro. Cæterum Aristo.2.lib.de partibus anima.non ex carnis mollitudine,sed ex sanguinis tenuitate iudicat de ingenio, dicit quidem vim sentiendi intelligendiq; obtinet pleniorem sanguis qui frigidior & tenuior est,porro cum ex sanguine membra suum ducant ortum, quo ille fuerit tenuior tenuius erit cerebrum tenuiorq; erit caro, vnde ex quadam proportione qui ingenio valent sanguinem tenuem & carnem tenuem & cerebrum tenue habent. nec obstat quod dicit Plinius,quòd elephantus qui ingenio valet duro tergore est, nam non tergus sed caro quæ sub tergore est,est consideranda,quòd si tergus considerandũ dicit,sat est,quòd inter elephantos ille magis sensu polleat, cui tergus vel caro mollior est, sed id quod dixit Aristo.molles carne esse aptos mente non de omni genere animalium, sed de homine tantum dictum est.

13. Talibus igitur capilli capitis, cum adhuc sunt infantes subrufi, cum vero pueri subflaui, cum iam adoleuerint flaui fiunt.

¶Superflue posuit Leonicenus cap.nam si capillus est capitis est.Cæterum huic textui videtur contrarium. quod dixit.2.lib. de temperamentis, vbi nigrorum & frequentium pilorum prouentum æqualis in cerebro temperamenti notam esse dixit. ibi contradictionem diluimus.

14. Sed pręterea magis si non solum natura calida sed etiam humida corpora extiterint, breuibus autem somnis huiusmodi temperaturæ contentæ sunt.

¶Non refertur hoc ad tẽperaturã calidam & humidã,sed solũ ad calidã cuius signa exequebatur.

18. Compositæ autem primum calida & sicca, secundum quam & superfluitatibus carent,& sensibus vigent.

¶Sensibus externis,qui calida & sicca sunt temperatura vigent,ex quo nõ sequitur,quòd sensibus internis etiam polleant,nam certe multi qui visu sunt hebetes, solent esse ingenio perspicacissimi, contingit quidem hi nimis tenuem habere humorem crystallinum.Vt etiam & cerebrum.sunt ingenio faciles ob cerebri substantiam tenuem,sunt hebetes visu,ob nimis tenuem oculi humorem, qui nisi paucam lucem ferre non potest.

19. Si vero humiditas adiungitur caliditati,parum vtriusq; qualitatibus,

UVA. BHSC. IyR_342

tatibus ſuperantibus, color bonus & quæ circa oculos calidiora, venæ magnæ & plura excrementa, & mediocriter cocta.

¶Videtur quòd parum ſuperantibus ijs qualitatibus, quòd non gigni habeant multa excrementa, ſed comparatione temperatę naturæ vel calidę & ſiccæ quæ præceſsit, plura ſunt ijs excrementa: reſpectu vero naturæ multum calidę & humidæ excrementis non dicentur abundare. Cæterum cũ color faciei non ſolum ex cerebri temperatura, ſed ex omnium principum partium temperatura & ex cutis tenuitate quę dictorum membrorum naturam ſequitur naſcatur, non videtur ex colore ſatis poſſe de cerebri temperatura iudicare.

20. Huiuſcemodi temperaturæ venis carentes habent oculos.

¶Ideſt non habent venas conſpicuas, qui hanc temperaturam habent.

21. Senſus autem eorum in iuuentute quidem omnes vigent, atque omni vitio carent, ſed progrediente ætate marceſcunt.

¶De frigida & ſicca temperatura loquitur, non videtur porro, quòd ſenſus ijs in iuuentute ſint acres, quia licet ratione ſiccitatis cerebrum eſt expurgatum, ratione frigiditatis & in iuuentute ſolent aſciſcere retrimentitiam humiditatem. adde quòd acrimonia viſus vehementiorem calorẽ requirit, quàm habent hi qui huius ſunt temperaturæ. melius eſt igitur vt intelligas ſenſus in iuuentute ijs eſſe integros, quàm acres, & in ſenſibus interioribus qui huius ſunt temperaturæ progrediẽte ætate debilitentur, itaq; qui multum frigida & ſicca temperatura eſt, ſenex minus ſapit quàm iuuenis.

24. Magnitudo oculorum vbi concinnitas adſit, & operationum virtus, multitudinem bene tẽperatæ ſubſtantiæ oſtendit, quæ ſi deſint multam quidem ſubſtantiam, non tamen bene temperatam oſtendũt.

¶Videtur hoc non ſemper eſſe perpetuum, poteſt quidem eſſe vt ex bene temperata ſubſtantia oculi ſint facti, & ſit vis videndi imbecillis ob aliquem defectum, qui ſit in neruis opticis, vt ſilicet non ſint ſatis caui, vel aliquid ſit in eis genitum, cuius quidem ratione in operationibus oculi erit vitium. ſed certe quando oculi non illuminantur vt decet, in eis non adeſt concinnitas.

27. Glaucus igitur oculus fit propter magnitudinem, vel ſplendorem humoris qui à Græcis cryſtalloides nominatur.

¶Contrarium videtur hoc ijs quæ dicit Ariſtot. 5. lib. de generatione animalium cap. 1. qui cæſios oculos dicit fieri propter paruitatem humoris. ſed vt eum cum Galeno conciliemus, dicemus Ariſtotelem intellexiſſe de humore albugineo, cuius paucitas ad glaucum colorem facit. ſed videtur quòd ſi paucitas huius humoris ad hunc colorem faceret, quod infantium oculis non eſſet hic color tam proprius. dices infantium oculos plurima ex parte eſſe glaucos, quia horum oculis nimis tenues ſunt humores, hinc enim fit, vt facile à luce perfundantur, ſed hac ratione videtur, quòd ſenibus non fieret oculorum color glaucus, in hunc vero colorem oculos ſenũ mutari docuit Auicenna. ſed errauit certe nam oculis ſenum fit glauconia morbus, qui fit propter ſiccitatem, vt citato loco dicit Ariſtot. non tamen inde ſequitur vt oculi glauci illi fiant. Cæterum ad glaucũ colorem facit coloris inſiti abundantia, quo enim ille magis pollet magis poterit oculos illuſtrare, ad quos reſpiciens Ariſto. 14. ſectio. problem. probl. 14. dixit, eos qui ad Septentrionem habitant. plurima ex parte habere cęſios oculos, nigros vero qui habitãt ad Meridiẽ. qa illis caloris genuini maior copia eſt. Cæterũ ex ijs quæ dicit ſect. 10. prob. 13. aliud reſpõſum colligitur, q̃ color ſcilicet oculorũ cõſequitur totius corporis colorẽ, cũ vero qui ad Septentrionẽ cõmorant albi ſint, eſt & etiã eorũ oculis color qui huic maxime accedit. in ijs porro videt Ariſt. ſentire ad oculorũ colorẽ facere mẽbranarũ colorẽ. Cæterũ de alio oculorũ colore qui caprinus dicitur, qui medius eſt inter glaucũ & nigrũ Gal. nihil dicit, ſed ex dictis facile quis poterit intelligere ſuum ortum habere partim à cauſis quæ faciunt colorem glaucum partim à cauſis quę colorem nigrum faciunt. quo vero vnę aut alterę ſuperauerint ſic magis accedet colori glauco vel nigro. oculos caprinos inter alios laudat Ariſtot. ſed videtur quòd quando oculus eſt glaucus propter cryſtallini ſplendorem, hunc caprino non eſſe inferiorem. quomodo vero ſit intelligendum illud Galeni tertij vulgarium commenta-

UVA. BHSC. IyR_342

ment.3.quo discrimen videtur ponere inter cæsios & glaucos oculos.ibi iam explicauimus.

19. Quòd si multum in caliditate excesserit tunc furibunda quędã iracundia,& temeritas adsunt;est autem ijs Thorax hispidus, & prę ser tim pectus.

¶Quod sedes irascitiuæ potentiæ sit cor, à Plato.& ab Aristo. & fere ab omnibus Philosophis est traditũ. sed vt libris de placitis Hippo.& Plat.diximus, fuere qui locũ irę esse hepar & qui esse vesicam feleam docuerunt.ibi ex citatis autoribus & ex Seneca lib.de ira annotauimus,irę radicem & incitabulum esse calorem,diluimusq; contradictionem quæ in aliquibus Gale.dictis reperitur.insinuat quidẽ.3. vulg. iracundiores esse qui sunt frigidioris temperaturæ,omnia quæ ibi scripsimus faciunt ad huius textus expositionem. notandum porro est quòd ad significandum de cordis temperatura non de alio affectu quam de ira & timore mẽtionem facit: nam gaudium & tristitia & alij huiusmodi affectus quos alij ad cor referunt non sunt cordi peculiares.gaudium quod ex opinione boni honesti proficisci dixit Pla. in protagora ad mentem attinet:id vero quod ex appræhẽsione boni delectabilis gignitur ad voluptatem attinet,quæ maxima ex parte attinet ad hepar, habentq; omnes exteriores sensus suas peculiares voluptates:circa vero illud quod dicit Thorax hispidus & prę sertim pectus est notandũ,quòd aliter nomen thoracis sumit Gale.quàm Aristo.Gale.quidẽ.8. lib.de anatomicis administrationibus Thoracem dicit nominant, quod à costis compræhenditur. Aristo.porro.1.lib.de natura anima.cap.7. Thoracem dicit appello eam partẽ quæ à collo ad pudenda vsq; trunca pertẽdit.hęc vero quæ in textu quem exponimus dicit Gal. magis accedunt nomenclaturę Aristo.nam si Thorax est quod costis compræhenditur,ad quid subiungit & prę sertim pectus. nam non est quod pro parte posteriori hæc addat quæ in nemine est hispida vt Thoracis anterior pars.sumendo vero Thoracem vt Aristoteles non citra causam additur pectus.

30. Tales timidi natura sunt, & sine audacia & segnes.

¶Frustra videtur addidisse sine audacia,quia videtur,q; qui timidi sunt,non sint audaces, sed cõtingit aliquos primos timere aggressus,qui postquàm ira accensi fuerint magna audacia cõgrediũtur.

32. Cor autem siccius pulsus efficit duriores,& iram non promptã quidem sed feram,& quæ nõ facile sedari queat, cordis vero humidioris signa pulsus molles & mores quidem ad iram procliues.

¶Cum ira fiat ex caloris quæ circa cor est efferuescentia,vt.2.lib.de sanita.tuen.dixit, non videtur quòd sint promptiores ad iram qui cor humidum quàm qui cor siccum habent. quo enim siccius fuerit cor.citius efferuet calor,quo vero citius calor efferuet citius incipit ira:nisi ad cõcipiendam iram magis faciat cordis mollitudo & teneritas,quę brevi suscipit impressiones,quàm quòd ad facile inflammandum potest prębere siccitas. ira quidem prius in ipsa substantia cordis imprimitur, cum vero illud iam causas irę concepit scãdescere facit sanguinẽ,qui in eo continetur, ita vt prius sit causas iræ in corde imprimi,quàm sanguinem cordis ebullire:quare si Seneca qui lib.2.de ira dicit, quibus plus humidi est paulatim crescit ira veluti mulieribus & pueris voluit, quòd tardius hi iram concipiant non est audiendus. experientia quidem ostendit, pueros & fœminas facile irasci, sed ad omnia hæc multum facit prudentia & educatio.multi enim prudentia vel educatione animi affectibus dominantur.Cæterum vbi Leonicenus interpretatur ad iram procliues, nõ intelligas q; facile in irã propẽdantur qui cor humidũ habẽt,sed q; facile ab ijs quæ iram excitãt hi moueãtur.

34. Ad actiones autem prompti sunt, ac iracundi & impudentes.

¶Impudentia non solũ atteſtatur supra tẽperaturã cordis,sed proles solet esse tẽperaturæ cerebri. est enim pudor prudẽtiæ comes,atq; vt prudẽtia ad vires animalis attinet sic quodãmodo pudor.

37. Qui sunt frigidi & sicci cordis, præ omnibus minime ad irascendum prompti, cum autẽ coacti fuerint irasci, quibusdam retinent irã.

¶Proprium irę iuxta Gale.2.lib.de sanitate.tuen.est caloris feruor,qui est circa cor, accessoriũ est vltionis appetentia.porro hi quibus cor est frigidum & siccum,licet retineant vltionis appetentiã non retinent illum caloris feruorem, qui veram iram comitatur. quare verius hi retinent quendã affectum qui dicitur odium.sed aliqui & odium vocant inueteratam iram.quibus.4.lib.tuscularã-

tum

UVA. BHSC. IyR_342

rum quęstionum adstipulatus fuit Cicero. Arist. porro. 2. retho. cap. 4 aliter sumpsit odium, ira dicit inferre cupit dolorem, odium vero affligere potius, vtcunq; sit si proprium irę iuxta. Gal. est caloris inflãmatio, claret secundum illum, odium proprie non esse iram.

37. Non de optimis moribus aut vitiosis, qui ex philosophia hominibus adueniũt, sed de insitis vnicuiq; ac naturalibus nos exposuisse.

Quòd Gal. voluerit virtutes aliquas esse ingenitas, & aliquas acquisititias diximus lib. 1. de sanita. tuen. de qua re Plato in protagora.

45. De hepate, frigidius & siccius hepar cum pauco sanguine & venarum angustia efficit corpus atq; frigidius.

¶Signa siccitatis nõ expresit in hac coniugatione, quia cum frigidum & siccum hepar est, generat prę caloris imbecillitate sanguinem tenuem & dilutum. potius referens naturam pituitosam quàm siccam.

47. De testibus: temperatura vero testiculorum calida quidem ad venerem procliuis, & masculorum generatrix, & fœcunda.

¶Videtur hac parte: affectus venereos testibus tribuere, q; si illi sunt vis cõcupiscibilis sedes, nõ debuisset illã hepati tribuisse: quãdo omnium voluptatum maxima est venerea. & certe si testes venereę voluptatis sunt sedes, non est cur finxisset poeta vultures arrosisse titij iecur. quia cum Iatona adulteriũ tentauit: potius quidem finxisse debuisset, quòd arrodebant testes. Gal. porro ad suę sententię corroborationem lib. de decretis poetę adducit testimonium vel figmentum. ad hæc dices, quòd hepar quatenus nutriticis facultatis est origo, est concupiscentię, quæ alimentum quodammodo pro obiecto habet sedes: quod enim titilat voluptatem, quę ad sapores attinet cibus est, q; venerem excitat, quod illam corroborat cibus est. vel si mauis alimentum: quare ad iecur tanquàm ad fontẽ facultatis nutriticis primo concupiscentia refertur. secundario ad testes tanquàm ad partes quibus alimẽtum vltimo elaboratur, & tãquàm ad partes quæ venereo actui maxime seruiunt.

52. Moderatę temperaturæ indicia, secundum totum animalis habitum color quidem ex rubro albo commistus.

¶Color albus mulierũ est potius quàm virorum vt colligitur ex ijs quę dicit Gal. 6. vulg. com. 2. tex. 44. quare non debes intelligere, quòd color hominis temperati sit exquisite albus.

52. Aequalis Polycleti regula ad summũ totius veniẽs mediocritatis.

¶Plinius. 34. lib. cap. 8. dicit Polycletum quem canona artifices vocant lineamenta artis ex eo petentes, velut à lege quadam. ad hoc alludit Gale. in hac parte, facit huius Policleti mẽtionem Arist. 6. hecticorum ad Nicomachum cap. 8.

58. De habitu totius corporis nigri vero eis qui calidam & humidam temperaturam habent capilli, & caro pinguedine caret.

¶Iuxta ea quę ex Aristo. retulimus. 2. lib. de temperamentis, qui calidam & humidam temperaturã habent, non debent habere carnem minime pinguem, non enim pinguedinem à frigido, sed à calido fieri sensit Aristo. cui adstipulatur experientia, homines certe calidi & humidi & carnis & pinguedinis habent multum.

61. De ventre, ventriculi indicia eius quidem qui natura siccior existit, si celeriter sitibundi fiant.

¶Si qui ventriculum natura siccum habent sitibundi sunt; videtur quòd illę aues quibus ventriculi natura sunt sicciores, quòd deberent esse magis sitibundę q̃ contrariũ esse dixit Gal. 6. vulga. com. 4. cui experientia astipulatur. ibi enim Gale. eo quòd aues sunt natura siccæ pauco potu illas esse contentas dixit. & sues quia sunt humidi assidue immodico potu repleri dixit. dices ad hęc, ex natura sua auibus conuenire quòd sint siccę, quare siccitas quam illæ habẽt tanquàm illis maxime naturalis est conseruanda: conseruatur porro rebus siccis, homini porro tanta siccitas ex vsu non est,

UVA. BHSC. IyR_342

eſt, quare qui admodum ſunt ſicci potius exoptant id quod redundantem ſiccitatem emendare poſsit, quàm quod illam conſeruet: quòd ſi homo ad tantam ſiccitatem quanta aubus eſt deueniret (ſi id fieri poſſet) grauiter ægrotaret.

Ibi. Male vero temperaturæ quæ morbi ratione ventriculum occupant hoc differunt ab ijs quæ naturales exiſtunt; quoniam contraria non ſimilia appetunt.

¶Contra id videtur quod in mulieribus quæ citiſant videmus, hæ eñ appetunt multa naturę aliena, ſicut eſt humor qui in earum ventriculis detinetur, ſed certe quatenus hæ appetere ſolent rem quæ poteſt diuellere & ſcindere humorē illū viſcidū. vti ſunt carbones & teſtas cōtraria appetūt, appetunt nonnunquàm edere carnes vel piſces crudos, vt aliquando ego vidi, ſed hic appetitus & alij qui ſunt huiuſmodi, ex praua oritur imaginatione, ex prauo quidem humore qui eſt in ventriculis earum quæ pica laborant leuantur vapores ad cerebrum, qui imaginatricem ſolent nihilo ſecius quàm in ijs qui vexantur melancholia lędere, læſa vero imaginatio mouet appetitum ad hæc aliena.

64. Frigidus vero natura ventriculus ad appetendum quidem plurimum viget, ad coquendum autem minime.

¶Frigiditatem nulli functioni eſſe ex vſu dixit Gale. lib. 3. de ſympto. cauſis, quare videtur quòd frigiditas non faciat ad naturalem appetentiam, dicere aliquis poſſet, quòd ad actiones mere naturales frigiditatem non eſſe ex vſu dixiſſe Galenum appetentiam vero ad animales functiones quodammodo attinere. ſed venter qui dicitur frigidus in quo dicitur vigere appetentia abſolute calidus eſt, licet reſpectu ventriculi temperati dicatur frigidus, non vero viget appetentia quia dominantem frigiditatem habeat, quia hanc certe non habet, quam ſi haberet, ad omnes functiones eſſet ventriculus ineptus, neq; in ijs qui frigidum ventriculum hãbent abſolute viget appetentia, ſed viget collata ad concoctionem, non ſeruant quidem in ijs appetitus & concoctio proportionem. Cęterum & quando dicit qui calidum ventriculum habent bene concoquere ſimpliciter non eſt intelligendum, ſed facta collatione ad eos qui frigidum ventriculum habent, vel collata concoctione ad appetentiam.

65. Non ſolum enim ventriculus ſitibundos & minime ſitientes facit, & frigidi calidiue potus appetentes, ſed quoq; viſcera vt cor & pulmo.

¶Cum poſt ventriculum dicat quarto libro de ratione victus membrum quod magis ſitim inducit eſſe illam partem per quam cibus deſcendit, quę proprie gula vocatur, mirari ſubit, quòd nō expreſſerit ab hac ſitim poſt ventriculum pręcipue excitari. mirari etiam ſubit, cur tacuerit ieiunum inteſtinum, quod maxime ſitim inducere citato loco dixit, dices quòd plurima ex parte in hominibus ſanis gula & ventriculus & ieiunum inteſtinum reſponſum habent, quare ſi ventriculus natura eſt ſiccus eſt & gula & ieiunum inteſtinum, ſumptiſq; ſignis ab vna parte ſumuntur ab alijs. non vero ſic eſt in pulmone qui ſimile reſponſum cum ventriculo nō habet. mirari latis poſſum pleroſq; Gale. expoſitores qui in rebus facilibus multam operam inſumunt, quod ſi quid difficile eſt, fugiunt veluti angue conſpecto.

65. Et cum potauerint non ſtatim ſedatur ſitis, & magis cum frigidum hauſerint, quàm cum calidum nimis.

¶Quòd magis ſedetur ſitis pauco potu frigido, quàm multo calido in ijs qui pulmonem habent calidum videtur indicare Galen. ſic dicit acachia, quòd in ijs plus ſedat ſitim pauca aqua frigida quàm multum vinum, ſed certe ſi vinum eſt frigefactum plus ſedare ſitim vinum multum quàm aquam paucam crederem, de frigiditate actuali loquitur, vult quidem quòd quę actu ſunt frigida licet in pauca exhibeantur quantitate, magis ſedant ſitim quàm eadem ſi hac frigiditate non participant licet in multa quantitate ſumantur, quod in omni ſiti quę non fit inopia humidi, ſed caloris copia fieri ego arbitror. quare febre ardente captis frigidiſsimus potus eſt exhibendus.

UVA. BHSC. IyR_342

64. Vidi enim aliquos & quidem quàm plures, quibus venæ erant angustæ, & totum corpus colore priuatum, quòd si pluſculum cibi aſſumpſiſſent, velut pondus quoddam inſidens ſentiebant in dextro hypocondrio.

¶Ex ijs iudicabat Gale. hos habere hepar paruum, ſed licet paruum non eſſet, ſi nimis angustę eſſent venæ id illis poterat contingere, ex nimia etiam hepatis frigiditate vel imbecillitate videtur idipſum poſſe accidere. etenim cum non recte coquit hepar flatus gignuntur, qui illam tenſionem vel dolorem parere poſſunt. ſed ſi ſic hepar lęſum eſſet in toto corpore lęſio ſentiretur, & licet cibi mediocri quantitate exhiberentur, noxam parerent.

75. Quare coniectura quadam comprehendi, eum meatum qui bilioſum egurgitat humorem, non minimam eiuſdem partem ad imum ventriculi locum, quem oſtiarium vocant effundere.

¶An bilis naturaliter effundatur in ventriculum, lib. de atra bile & alijs multis locis declarauimus.

76. Quæ autem viſum effugiunt vt ſummatim dicam, ex operationum læſionibus aut ijs quæ excernuntur, aut doloribus, aut tumoribus præter naturam, aut horum quibuſdam vel omnibus.

¶Ex ijs dicit agnoſci partium internarum affectus, ad quæ etiam faciunt color, & ſitus, de ijs copioſe Gale. libris de locis patientibus.

77. Aut horum qui cerebro eueniunt dolores differentijs.

¶An cerebrum ſentiat, declarauimus lib. de multitudine, & primo libro de medica. localibus.

78. Quæ vero in corde fiunt ex difficilis anhelitus ſpeciebus, & tremulis motibus, qui ipſis contingunt.

¶Palpitat proprie cor, tremore vero non corripitur, quia voluntas nõ eſt ſeparabilis à tremore, vt dixit Gale. ſecundo libro de ſympto. cauſis, & libro de tremore, qui lib. quarto de differentijs pulſuum, eos arguit qui tremorem cordi tribuerunt, quare vbi interpretes hoc textu vertunt tremulis motibus, melius quadrat palpitationis motibus.

81. Alteratur vera ſubſtantia à caliditate, frigiditate, ſiccitate, humiditate.

¶Licet hac parte tradens cauſas doloris dicat, ſubſtantiam alterari ab humiditate, non exprimit, quòd hæc alteratio ſola ſit ſufficiens dolorem gignere, quòd enim humiditas ſola dolorem nõ efficiat, alijs locis dixit, cuius ſententiam. 2. lib. de ſymp. cauſis explicauimus.

Ibi. Lædítur autem ſubſtantia tripliciter, aut quòd debiliter, aut quòd vitioſe, aut quòd nullo modo fit.

¶Eo quòd abundanter fit, dixere aliqui operationem lędi, vt in peruigilio & appetentia canina, ſed hæc ſympthomata ad ea referri quæ vitioſe fiunt clare ex libris de ſympthomatum cauſis colligitur, vbi & etiam hoc diſcuſsimus.

82. Dictum eſt in tractatu de membris paſsis, quem nullus ante nos aut in artem redegit, aut ad abſolutam perfectionem reduxit.

¶Scripſit & de membris paſsis Archigenes, & non omnino male, vt colligitur ex ijs quæ libro ſecundo de criſi dicit Gale. ſed non in artem redigere debuit, aut ad abſolutam perfectionem opus reducere.

83. Plures aut pauciores ſudores his qui ſunt opportuni.

¶De ſignis quæ futuram ęgritudinem nunciant loquitur Galenus, porro ſi ſudores pauciores his qui ſunt opportuni morbum præſagiunt, claret hac parte Gale. non accedere Diocli, qui omnem ſudorem eſſe præter naturam docuerat, ſed iam ipſi Gale. libro de differentijs ſymp. viſum fuit duram eſſe opinionem Dioclis, de qua re. 2. aphoriſmorum.

Ibi.

UVA. BHSC. IyR_342

Ibi. Non ægrotare dicuntur qui capite grauantur, aut dolent, aut vigilant, cum nõdum in consuetis impediuntur operationibus, hic em in huiusmodi dispositionibus terminus est.

¶Licet homo ijs leuibus incommodis proprie nõ dicitur ægrotare, non videtur porro cur ipsum caput & ventriculus qui dolent non ægrotent, nam licet homo à consuetis operationibus propter harum partium leuem dolorem non ferietur, caput vero & ventriculus dolens aliquo modo in suis operationibus sentiunt læsionem.

86. Quot igitur numero sint ea quæ ex necessitate corpus alterãt distinguentes. proprium in singulis eorum salubrium causarum genus inueniamus, inest igitur vnum quidem ex salubrium causarum adhæsu, alterum vero ex motu & quiete, tertium ex somno & vigilia, quartum ex ijs quæ assumuntur, quintum ex ijs quæ excernuntur & retinentur, sextum ex animi affectibus.

¶Argenterius dicit magis esse probandam illam distinctionem quam libro de sanitate tuenda Gale. posuit, vbi quadruplex genus ponit eorum quæ habent vim mutandi corpus, est distinctio in ea quæ assumuntur, geruntur, educuntur, retinentur, & foris adhibentur, dicit quidem lotiones, & vnctiones, non comprehendi in diuisione quam ponit in hoc artis medicinalis textu, dicit etiã superflue animi affectus esse positos. cum ad motum referantur, sed frustra in ijs cauillis se exercet Argente, quia animi affectus aliud in corpore faciunt quàm calfacere & infrigidare, vnctiones vero & lotiones non necessario alterant, citra hasc; potest quis sanitatem tueri, & pauci nunc sunt qui ad sanitatem tuendam eis vtantur, neq; libris de sanitate tuenda Gale. expresit, quòd sine illis sanitas conseruari non posset, sed quia ibi de conseruanda sanitate tractans multa inserit, quæ faciunt ad prẹcauendos morbos, ob id venę sectionis & purgationis, & aliorum quæ ad salubrium causas non attinent facit mentionem. quòd vero affectus animi & somnum & vigiliam in numero causarum quas non naturales vocant, non posuerit Galenus, libro de pulsibus ad tyrones, ibi declarauimus.

Ibi. Venereorum vero iuxta Epicuri sententiam nullus est vsus salubris, re vera autem confert, si tantum interualli in eorum vsu adhibeatur, vt neque resolutio aliqua sentiatur, & ipse seipso homo quodãmodo leuior factus, ac melius spirare videatur.

¶Mirantur multi, quomodo Epicurus philosophus voluptatis assertor venerem cuius voluptas cæteras antecellit abdicandam senserit. atqui licet multi credant, in voluptate finem boni collocasse Epicurum, longe aliter se res habet, in indolentia enim finem boni ille posuit, vt colligitur ex ijs quæ libris de finibus dicit Cicero, idq; etiam illum voluisse colligitur ex quadam Epicuri epistola ad moeniceum, in eius vita à Diogene Laertio scripta, in qua habetur, cum itaque dicamus voluptatem finem boni esse, non luxuriosorum, & nepotum, voluptatesq; eas quæ in gustu & ingluuie sunt positæ vt quidam ignorantes aut à nostra sententia dissentientes, aut male accipientes arbitrantur, sed non dolere corpore, animoq; tranquillum esse, & pertui batione vacare dicimus. hæc ille, sed longe aliud de Epicuro sensit Athenæus, qui duodecimo libro Dipnosophistarum, ait Epicurus inquit si ad labra spectantes voluptates auferrem, si rei venereæ voluptatem adimerem bonum ego cognoscere non possum, huic Athenæi opinioni astipulantur quæ secundo libro de prẹparatione euangelica dicit Eusebius Pampili: vbi ait Epicurus finem boni voluptatem statuit. Democritus in totum veneris vsum abdicauit, vt scribit Plinius trigesimooctauo libro cap. sexto, huius etiam opinionis fuit Pytagoras vt autor est Diogenes Laertius libro de vitis philosophorum.

UVA. BHSC. IyR_342

Ibi. Calidiora ſiquidem corpora calidioris victus rationem expoſcunt, frigidiora autem frigidioris.

¶Libro de ſanitate tuenda ſatis fuſe hunc locum explicauimus, vbi diximus corpora quæ parum ſunt à temperamento deducta ſimilibus eſſe conſeruanda, corpora vero quæ à temperamẽto multum diſtant contrarijs eſſe gubernanda, quod cum facimus non tam intendimus præſentem diſpoſitionem tueri, quàm illam corrigere & emendare, ne ad peiora ſcilicet labatur: in Enchiridio etiã ſatis fuſe id ex Galeni dictis colligi contra eos qui dicta Galeni non expenderunt probauimus.

Ibi. Veluti quòd motus & defectus alimenti, vigiliæ, excretio, & omnes animi affectus corpus exiccant.

¶Immodicos affectus animi intellige, nam lætitia ſi non excedit non exiccat.

88. Deficientes vero partes quæcunque ex ſanguine ortum habuerint corrigi quidem non eſt impoſsibile, quæ autem ex ſemine prope modum impoſsibile.

¶Quomodo hoc ſit intelligendum diximus iam libro de ſemine.

Quam ſcilicet continuitatis ſolutionem quiſpiam forte ſanis adeſſe negaret.

¶Cum tam leuis aliquando ſit ſolutio continui, quòd operatione non lædit. non eſt dubitandum quòd nonnunquàm ex morborum non ſit ambitu, puntura acus vel leuis cutis ſcoriatio cur morbi ſunt dicenda.

89. Talis vero diſpoſitio cauſa antecedens appellatur, facta autem ægritudo curabitur ſoluta ea diſpoſitione à qua primum ſecundum naturam læditur operatio, quam quidem & ipſam morbi eſſentiam dicimus eſſe.

¶Facit hic mentionem de cauſa antecedente & de cauſa coniuncta quicquid multi neoterici garriant, vocatq; cauſam coniunctam eſſentiam morbi, vt libro aduerſus Iulianum vocauit. vult igitur hac parte, quòd facta ægritudo curabitur ſoluta ea ſcilicet diſpoſitione, ideſt ſoluta cauſa continente à qua primum gignitur morbus. quam quidem diſpoſitionem vel cauſam coniunctam morbi eſſentiam dicimus eſſe, non enim quadrat quòd hic legatur quòd facta ægritudo curabitur ſublata diſpoſitione quæ primo lædit operationem, nam illa diſpoſitio morbus eſt, inepte vero videtur dictum, quòd morbus curabitur ſublato morbo; quòd enim Gale. negauerit, quòd cauſa primo lædat functiones. patet ex ijs quæ dixit lib. 2. de natura humana, & lib. 2. methodi. miror interpretes & expoſitores id non aduertiſſe.

90. Euacuationes autem fiunt & per ſanguinis miſsionem, & clyſteris vſum, & per vrinæ vias, atque eam quæ per cutim fit tranſpirationem.

¶Mirum vero, quòd euacuationis quæ fit per pharmacum ſubductorium & per vomitum non meminerit, nam vno & altero modo ſolemus in febribus purgare, ſed per has euacuationes, quas poſuit Gale. alias nobis dedit intelligere.

95. Per ventrem educuntur ab ijs quæ attrahendi aperiendi ora vim habent.

¶Quæ vim referandi habent, non ex ſe ſed ex accidenti faciunt vt venter ſubducatur.

Quæ à lapide fit, in veſica integræ ſanitatis cauſa inciſionem, & extractionem requirit.

¶Non

UVA. BHSC. IyR_342

¶Non meminit, quòd lapis veſicę curetur cum medicamentis lapidem atterentibus, ſola etiã manu dixit curari hunc lapidem. 6. vulga, commen. 6. de qua re ibi.

Immodica repletio immodica euacuatione curatur, vt cum ſanguis intra venas redundat.

¶Quod per ſanguinem conſueuerit intelligere omnium humorũ, qui æqualiter redundant quantitatem, lib. de multitudine explicuimus.

96. Nam cum non tantum ſe ipſum regere natura aptum ſit hepar, vt pleræq; animalis partes, ſed venis præterea virtutem largiatur.

¶Contrarium videtur hoc ijs quę dixit. 1. lib. de locis patientibus, vbi virtutem naturalem membris innatam eſſe dixit, ibi & alijs locis hanc difficultatem enodauimus.

100. Euacuatur ſatis calidis medicamentis, & purgationibus, & clyſteribus.

¶Reſoluuntur ſatis calidis medicamentis, deinde adde euacuantur pharmacis purgatorijs & clyſteribus.

Ibi. Quæ autem in ijs quæ in hepate ſunt per vrinæ meatus.

¶Quæ gibba hepatis parte ſunt intellige, nam quę ſunt in parte caua per aluum recte euacuantur.

3. Vinum quod ſubflauum vel album exiſtat, atq; ſuauiter olens, guſtu vero neque aqueum omnino neq; cum aliqua inſigni qualitate ac dulcedine, id quod conualeſcentibus ſenibus adhibetur.

¶Ea vina quæ vrinas mouent, ſenibus eſſe vtilia dixit lib. 5. de ſanitate tuenda, dulcia vero vina vrinas non mouere dixit, hoc verum certe eſt, de vinis dulcibus vehementer craſsis, ſed ſi ſunt vina dulcia non multum craſſa, qualia Nauarræ reperiuntur, non videtur cur ſenibus interdicantur: quinto de ſanitate tuenda non vituperat quòd vina melle condita exhibeantur ſenibus, cur vina mediocriter dulcia ſunt interdicenda, quæ ſatis poſſunt aperire, & viſcera roborant, & commodũ præſtant alimentum.

Comment. in primum librum de patientibus locis Galeni per Lupeium.

1. Væ vero partes in imo corpore latent, exercitatæ cogitationis virum deſiderant, cum in partium actionibus & vtilitatibus.

¶Cum. 17. libro de vſu parti. dicit ob eam ſane cauſam cogimur, & ipſi partium omnium vſus examinare. quæ etiam ſi nihil ad effectuum dignotionem, aut futurorum prænotionem conferant: fructum tamen ex hoc opere medicus ad curationes maximum percipiet: non vult quòd vſus partium non conferat ad dignoſcendos affectus, ſed quod etiamſi ex aliquarum partium vtilitate affectus dignoſci non poſſent, medicus ex illo opere maximum ad curationes fructum percipiet. quòd enim vſus partium conferat ad dignoſcendos affectus eodem libro parum ſupra dixerat.

1. Scripſit Hippocrates ſi ea quæ cum vrinis excernuntur, lamarum ſpeciem referunt, in veſica vlcus eſſe ſcire licet, ſi vero caruncułis ſimilentur, id erit in renibus.

¶Ibi paruę caruncułæ ſubſtantiæ renum vlceratorum re vera partes exiſtunt, vt quarto lib. apho. apho. 76. Gale. fatetur. nunquàm vero huiuſmodi renum diſpoſitionem ſe vidiſſe citata parte dicit. vidit tamen veluti caruncułas in febribus in quibus & quę ſunt ſimilia orobis ſedimina conſpiciuntur.

UVA. BHSC. IyR_342

ciuntur.hæ vero quę in id genus febribus excernuntur,licet sint veluti caruncułæ minime caruncułæ sunt:illę vero quę ex substantia renum excernuntur veræ sunt caruncułæ. quare magnum est discrimen inter has & illas,licet vero Gale.dixerit has veras carunculas non vidisse,minime abnuit illas posse excerni.

Si prius meminerimus,quomodo per bonam valetudinem nobis vrina excernatur, musculus ceruicem vesicæ circundans ab actione quiescit.

¶Contrarium videtur quod dixit.5.lib.de vsu parti. vbi ait:musculus meatus vesicæ priori ratione est formatus, vt contractus vndiq; depellat quicquid in ipso continetur, posteriore autem vt ipsum claudat.hæc ille. in quibus si attendis, nulla est contradictio.musculus quidem ceruicis vesicæ nil agit ad excretionem vrinę quæ est in vesica. iuuat tamen ad excretionem eorum quæ in meatu vel collo vesicæ habentur.sic dilues contradictionem,quæ multorum cruciauit intellectus. ex ijs etiam patet quod dixit.6.lib. de locis patientibus, vbi musculum vesicæ qui fluores cohibet dicit quiescere:verum est quòd quiescit ad expulsionem vrinæ quę vesica continetur, non tamen quiescit in expulsione eorum quæ collo vesicę continentur.

Ibi. Nanq; in comment. de naturali facul. in omnibus fere particulis esse vim,quia excremenra secernantur declaratum est.

¶Cum dicit fere non insinuat, quòd sit aliqua particula immunis à facultate expultrice, sed dicit quòd hanc vim esse in omnibus partibus membratim fere per omnes corporis partes se declarasse vix quidem citato loco partem dimisit, in qua non ostenderit habere illam omnes facultates naturales,quare non est cur hic locus sic exercuisset Fuchsium.

Quòd si ita nil profeceris,à causa qua resoluta vis esse putabatur, desistere,atq; vrinæ fistulam constipatam esse suspicari oportet.

¶Citra resolutionem vis vesicę,& citra constipationem vrinæ fistulę,vrina potest cohiberi,nimirum ob fistulæ cōtinuentiam quæ ex multa fit siccitate, vt tertio de sympth. causis ipsemet autor dicit,suo igitur modo est inquirendum,an siccitas præcesserit,vt affectus causa dignoscatur.

Ibi. Sic etiam,ob caruncułam aliquam ab vlcere innatam vesicæ ceruicem obstructam esse putamus.

¶Quantum iuuerit inuentum de carunculis colli vesicæ extirpandis, nemo potest negare, at non tota vis consistit in prædicto vnguento,idem plane efficies alijs medicamentis quæ citra vehementem dolorem exedunt, sed de modo quo fiant medicinæ quæ citra multam mordacitatem exedāt non pauca apud diligentes autores reperies.

Interdum facile affectus soluitur,adeo vt simulatq; vt opifex causa separata,ipse quiescat,interdum tanta est soluendi difficultas,vt diutius permanere possit,causa etiam ablata.

¶Si hæc dicit Gale.culpandus est Argenterius, qui primo de morborum differentijs dixit, dixisse Gale.1.de locis patientibus,omnem morbum esse stabile malum,nam hic clare dicit, aliquos morbos facile solui,nec est quòd dicat Argent. Galenum eos affectus, qui facile soluuntur non vocare morbos,nam ille omnem affectum qui manifeste actionem lædit morbum vocat.ex ijs etiā quæ hac parte Gale.dicit,colligitur causam continentem illum admittere.sed de ijs.2.methodi.

Ergo qui proprie vocabulis vti voluerit primogenio quidem affectui secundarium aut posteriorem opponet,ei vero qui per consensum infestat proprium.

¶Dilucida sunt hæc, quibus multi animum non attendentes, id quod per consensum est primogenio opponunt.

Cum

UVA. BHSC. IyR_342

Cum itaq; duo sint motus genera, alterationis, & lationis. vbi ad permanentem dispositionem alteratio peruenerit, sitq; dispositio præter naturam morbus appellatur, quãuis per abusionem interdum eandem dispositionem nonnulli affectum nominant.

¶Vltra hos motus posuit motum generationis primo lib. de facul. natu. sed proprie generatio nõ est motus. iam vero quòd sit motus, nõ est simplex, vt. 2. metho. declarabimus. Cæterum quod hac parte dicit Galen. quòd partes affici dicuntur, cum motum sustinent præter naturam, & ægrotare proprie dicuntur cum dispositionem habent præter naturam, non est intelligendum, vt quidã per peram interpretantur, quod Galen. voluerit, quòd non sit morbus nisi cum iam dispositio est facta, vult tamen. quòd si rigide more Græcorum vocabula sumuntur, pars affici non dicitur, nisi cũ motũ sustinet, nec proprie ęgrotare dicitur, nisi cum dispositionem habet. accomodans se tamen Gale. medicorum consuetudini, omnem affectum qui actionem vitiat, siue fiat, siue sit factus, morbum vocat. nam cum triplex ponat esse affectum, causam scilicet, morbum, & sympthoma, affectus ille qui cum sit actionem sensibiliter lædit, ad morbum est referendus. nam cum non sit causa, nec sympthoma, relinquitur quòd sit morbus. ab ijs quæ Gale. dicit de morbi nomine videtur ablude re Aristo. 7. sectio. proble. probl. 1. dicens morbum esse motionem. sed qui exacte rem consideraue rit, videbit à prisco rum dictis illum non abluisse.

Igitur si in ventriculo cibi non suapte natura in fumum transmutantur, efficientem causam calidam, si vero saporem acidum referunt, eam frigidam necesse est.

¶Et à causa calida saporem acidum effici, contendit Trallianus cui videtur ratio suffragari, cum per ebullitionẽ vel putrefactionem, vinum in acetum migret. adde quòd ipse Galen. 3. lib. de locis affectis, dicit atram bilem quæ per assationem fit, vsq; edeo esse acidam, quòd terram fermentat. Cæterum qui dicta Galeni recte expenderit, videbit vera illum protulisse. simplex sapor acidus semper à frigiditate proficiscitur, sapor vero qui est in aceto & in atra bile, & tandem in omnibus rebus quæ per assationem vel putrefactionem redduntur acida, non est simplex, habet enim acrimoniam quandam ex putrido calore acquisitam, vt est videre in aceto & atra bile. ratione quidem solius aciditatis, nec acetum nec atra bilis terram fermenrare possent, sed ratione acrimoniæ. colliguntur hęc ex ijs quę. 4. lib. de simpli. medic. facul. cap. 12. dicit Gale. cæterum & quodãmodo acetum frigidam causam refert, quatenus per putrefactionem destitutum fuit calore naturali.

Cæterum ructus ab alijs acidi; ab alijs fumosi emittuntur, auxiliatur autem illis medicamentum ex tribus piperis generibus constitutũ, ijs vero tum absintium.

¶An vero hoc medicamentum valeat etiam in ructibus fumosis, vt. 8. metho. voluit ibi declarabimus. Cæterum absintium quatenus intemperiem calidam ventriculi adauget, non curat fumosos ructus, sed illos adaugere poterit, quatenus vero potest bilioso s vel acres humores ventriculi purgare, ructus fumosos curare valebit, quòd si eos nõ valet purgare, tãtum abest q; prosit q; nocet.

Cucurbitę vero seminibus similia excrementa latorum vermium indicia sunt.

¶Hæc quæ sunt similia cucurbitæ seminibus, non vermes sed lati lumbrici notas esse dicit Galen. quòd vero latus lumbricus ex ijs constet diximus lib. de arte curatiua, visa sunt quidem hęc semina mordicus inherere, & lumbricum latum constituere, quę cum deaglutinabantur magna apparebat moles seminum, latusq; lumbricus non apparebat: hac ratione semina sunt notæ lati lumbrici. Aristot. tamen lib. de natu. animal. cap. 9. eo dicit semina cucurbitis similia esse notas lati lumbrici, quia hic lata illa semina parit. sed hoc Hippoc. 4. lib. de morbis noluit concedere.

Ibi. Lapis in renibus & vesica duntaxat nascitur, atque (vt nonnullis placet) in collo.

¶Lapidem tusi eiectum vidit Alexan. Trallianus, vidisse in hepate lapidem genitum cerulei colo-

UVA. BHSC. IyR_342

ris Rhodoginus cælius teſtatur, & in veſica fellea genitos lapillos Andreas Veſalius vidit, idē Ioan. Fernellius vidit. qui ſe etiam dicit vidiſſe calculum magnitudine nucis iuglandis ex inteſtinis eiectū, naſciq; in colo lapides dixit Aetius. ſermo. 1. tertię partis. cap. 30. qui ſermone. 4. quartæ partis cap. 98. in vterò calculos generari ſcripſit, & quod magis mirandū eſt, quòd ſermone. 4. quartę partis cap. 21. dixit in corde ceruarum gigni lapides.

Lumbrici in inteſtinis gignuntur.

¶Lumbrici qui proprie ſunt lumbrici in inteſtinis gignūtur, vermes tamē & in alia corporis partē generantur, nec eſt inconueniens credere quòd gignantur in ventriculo, gignuntur vermes in auribus, in dentibus: & cū vrina eiectos vermes teſtatur Gentilis ſe vidiſſe, atq; graſſante peſte corpora vermibus ſcatētia aliqui qui Indias habitarūt referūt fuiſſe cōtēplatos. Leonus lemnus lib. de occultis naturę miraculis cap. 40. refert ſe vidiſſe minuta animalia formicis ſimilia in lotio. eodem capite dicit obſeruatū eſt noſtra memoria, diſſecto cuiuſdam mulieris corpore beſtiolas exēptas muribus non abſimiles. quas natura ex alimento quod ſemen murium habebat generauit. porro q̄ id genus animalia in ventre mulieris contingerit generari non diffiteor. ſed id eſſe ratione ſeminis murium quòd fuit in ędulio, eſt fateri, ſemen in os iniectum vim habere generandi, quod eſt contra rationem, & contra id quod dicit Ariſt. in eos qui credebant coruos ore concipere.

Impoſsibile eſt vt abſceſſum cor ſuſtineat quemadmodum neq; pulmo dolorem.

¶Quarto de locis patientibus & pulmones dolorem ſentire ſcribit. ob neruos tenues quos à ſexta neruorum coniugatione recipiunt, quos intrinſecus dicit non penetrare, ſed dolor quem pulmo ſentit eſt remiſſus, ob quod dixit lib. de difficultate reſpirationis, parum abeſt quòd pulmo ſit ſenſus expers, & tertio prognoſti. dixit pulmo non ſentit, vel difficulter ſentit.

Si itaq; muſculorum neruos affici contingat, motus digitorum perit, ſi vero eos qui ad cutem perueniunt, tangendi virtus corrumpitur.

¶Si non venit vis ad muſculos, perit motus, ſi nō venit vis ad neruos qui ſunt in cute perit ſenſus. Argenterius lib. de cauſis morborum dicit, quia eſt alia facultas motiua à ſenſitiua ideo contingit vnam partem moueri & non ſentire, vt eſt videre in ijs qui dormiendo ambulant: ſed errat hic, putando, quòd nullomodo ſentiant qui dormiēdo mouentur, non eſt ſenſus ad proportionem motus, eſt tamē aliquis ſenſus: & eſto quòd nō ſentirent qui dormiendo ambulant, nihil probat: nam licet eadem vis ſit quæ ſentit & quæ mouetur, ideo non ſentiunt qui dormiendo ambulant, quia de exequendo motu (vt. 2. lib. de motu muſcul. diximus) tanta eſt imaginatio, quòd vis animalis defertur ad inſtrumenta motus, influxu ad organa ſenſuum non perueniente.

Atq; in hac re plurimum diferunt naturalia ab animalibus inſtrumentis, ſi quidem naturalibus cognatam actionis vim eſſe, animalibus vero inſtrumentis à principio velut lumen à ſole ipſum defluere, iam oſtenſum eſt.

¶Eſto q̄ vis efficiens à iecore in reliqua membra non dimanet eo dicitur ſedes facultatis nutriticis eſſe iecur, quia ab eo in cętera membra diffunditur ſanguis omnium partium nutrimentum. licet porro à ventriculo mutuetur nutrimentum, non dicitur ille ſedes facultatis nutriticis, ſi quidem eſt magis neceſſaria ſanguinis quàm chyli generatio, vt Gale. explicat. 6. lib. de decretis Hippo. & Pla.

Quamobrem ſolis partibus quæ & ſentiendi & mouendi vim habent accidit vt ipſis interdum haud quaquàm affectis nihilominus eorum actio pereat.

¶Videtur poſſe perire actionem aliquarum arteriarū corde affecto ipſis illęſis, lędi certe poteſt arteriarū actio citra earū affectum, perire tamen non poteſt quin ipſę grauiter ſint affectę, fieri quidem nequit vt vſq; adeo ſit cor affectum quòd pereāt actiones arteriarum quin ipſę arterię grauiter ſint affectę, quòd ſi verum eſt, quòd venę vi hepatis ſanguinem gignunt, quod minime ipſe probaui, patet hanc venarum actionem poſſe lædi ex hepatis læſione, ſed ſi actio venarum perit, non

poterunt

UVA. BHSC. IyR_342

poterunt venæ non esse affectæ. & Gal. non tam dicit de partibus per quas, suas vires mittit cor & cerebrū, quàm de partibus quæ per has influxum recipiunt.

Secundus liber de locis patientibus

PVlsatorius dolor est in partibus sensibilibus, idq; vel per se, vel proprie, vel primario affectu in arterijs.

¶Quod arteriæ non sentiant vsus est asserere. 16. lib. de vsu partium, simplex quidem 5
substantia arterię non sentit, mixta tamen neruis habet sensum.

Equidem putabam, lapidem in altera vreterarum impactum, adeo erat vt mihi videbatur doloris ipsius species perforantis similis.

¶Si in se ipso fuit deceptus Gal. nemo mirari debet medicos quanuis oculatissimos, in alienis dignoscendis ægritudinibus nōnunquàm hallucinari, quod eñ tertio de locis affectis dixit Gal. nun 10
quàm curando & prædicendo fuisse hallucinatum, est supra captum hominis, & ex ijs quę hac parte ille dicit redarguitur.

Igitur ex huiusmodi quidem doloribus, hi qui vehementissimi sunt haud abre in crassis intestinis consistere putantur.

¶De dolore qui à flatu vel crasso humore proficiscitur loquitur Gale. qui eo quòd tam fixe in te- 15
nuibus intestinis ac crassis non potest adhęrere (vt sexto de locis dicit) vehementiorem dolorem in ijs quàm illis potest producere. quod si dolor producitur ab inflammatione gracilium intestinorum, non minus vehemens solet esse, quàm quilibet coli dolor.

Sane acerba haud quaquàm sunt iucunda, non solum ea quę medicamentorū speciem referūt, veluti hypocystis & balaustium & gal 20
la, & rhus; sed etiã illa quę cū sint huiusmodi recipiūtur tamẽ in cibos.

¶Rhus recipiebatur in cibos tanquàm ciborū condimentum, non tamen est ex genere cibariorū.

Quin etiam calidam sentiunt respirationem, id maxime, si erysipelatis particeps fuerit inflammatio.

¶Loquitur de inflammatione pulmonis, videntur porro hæc non conuenire cum ijs quæ dixit. 4. 25
lib. de causis pulsuum cap. de pulsu peripneumonicorū, vbi dixit; quia laxus est pulmo & mollis, à pituitosiore & crasiore sanguine inflammatur, cum subtilis bilioslq; fluat fere, nec cum viscere vlla ratione cohæresce re possit. dices, quòd verum erysipelas pulmonem non potest obrepere, bene tamen inflammationem erysipelatis participem. sed certe quarto de locis affectis & erysipelate posse affici pulmonẽ dicit, sic quidẽ ait, at si intolerabile fuerit incẽdium anguſtię verò grauitatisq; 30
sensus minor, erysipelas ipsum pulmonem vexare censendum est, nec à ratione videtur alienum, q; humor erysipelatẽ producens in pulmonibus cohęresce re possit, nam humor qui producit erysipelam est bilis cum aquosa sanie vel sanguine, quę non videtur cur cohæresce re non possit.

Alijs animã veluti in domicilio contineri dicentibus, alijs vero ipsam formam corporis esse putantibus, id circo quomodo lędatur inuentu 35
perdifficile est.

¶Plato sensit animam esse veluti in domicilio, Aristo. dixit esse formam corporis, secundum hunc facile est inuenire quomodo lædatur anima, iuxta Platonem dicendum est, animam licet sit veluti in domicilio, exigere domicilium taliter dispositū, quòd ex eius praua affectione ipsa lædatur. Cęterū licet anima sit forma corporis nō absurde philosophi morales dicunt esse velu ti in domicilio, 40
sic philosophabatur Propheta, cum dicebat suum incolatum prolongari.

Omnes saporosi affectus à frigida causa proueniunt, id quod ex medicamentorum natura plane discere licet.

¶Cum

UVA. BHSC. IyR_342

¶Cum myrrha & aloes autore Dioscoride soporē inducāt, videbitur alicui male à Gal. dictū esse, oēs soporosos affectus à causa frigida proficisci, quid de hoc sit sentiēdū, dixi lib. 5. de simpli. medica. facult. Cæterum videbitur alicui, male suam assertionem exemplis quæ ponit probare, ait quidem: quid opus est fortia medicamenta enumerare, cum quotidie videamus, & lactucas & potabilium calidarumq; aquarum balneas, & vinum modice dilutum somnum inducere, calidæ quidē balneæ & vinum dilutum non quatenus infrigidant, sed quatenus humectant inducunt somnum, nec à ratione vtdetur alienū, quòd vehementer humida quatenus cerebrū molliunt, & meatus per quos vis animalis dispergi debet obturant somnij profundi esse causam. adde quòd in multis febribus est sopor in quibus non est putandū humorē tam frigidū esse, quòd stupefaciat. si enim frigiditas humoris soporem produxisset, non esset putredo, producitur vero in id genus febribus à multa humorem humiditate quòd ipse Gale. insinuat. 2. lib. prorrheti. com. illius capite dolentes, vbi ait nō habent, qui habent catochum oculos clausos, vt comatosi, & cataphoricitin ijs siquidem humiditas affectionis causa est, dicit infra primas partes obtinere frigiditatē ad inducendum soporem, secundas humiditatem, sed de ijs plura secundo libro apho. apho. 3.

Tertius liber de locis patientibus.

Igitur per artis exercitationem comperi, eam remediorum inuentionē, quę ex vera demōstratione procedit, in his quę raro accidunt, experientia longe præstare.

¶Videtur ijs aduersum esse quod dicit libro quarto de simp. medicam. facul. cap. 18. vbi ait prœuertit sensus euidentia rationis fidem. sed attende, quòd in hac parte quam exponimus, dixit in ijs quę raro accidunt, nam quæ experiētia sunt inuenta, plurima ex parte accidunt. & si ratio videatur reclamare, magis prestant. non multum persuadet ratio quòd cauterium auri impressum ischiadicos. iuuet, at quia experientia ostendit id iuuare fidem illi adhibemus.

Itaq; sanguinis moderata detractio.

¶Non hæc ex sua sententia prōpsit Gal. sed narrat quæ habētur in epistō. Archigenis ad Marsum.

Verum ò clarissime Archigenes, nulla tibi ratio suffragari potest, quamobrem capiti ista adhibeas, si affectio constat in corde.

¶De loco memoriæ loquitur Gal. quā collocans in corde Archigenes remedia applicabat capiti, forsan hæc medicamēta calida admouebat, ad prohibendā destillationē frigidorū & humidorum humorū, quæ ad cor descendere arbitrabatur, ad modū quidem quo in passionibus pulmonis medicamēta capiti ad destillationē cohibendā admouemus, quid quòd Plato. qui sedē animę cerebrū esse dixit, quod Gale. nō negat, tēperaturam & constitutionem cordis ad memoriam agere docuit libro de scientia. qui enim sunt molli corde esse obliuiosos dixit.

Nam æstuans quispiam sub ardenti febre frigidam aquam per intemperantiam ingessit, & nō nihil præsidij expertus; medicis imitationis viam (nulla interueniente ratione) aperuit.

¶Non voluit hac parte, quòd nō interueniat ratio ad ingerendam aquā frigidā in febre sic æstuāte, sed voluit, q̄ citra hoc quòd ratio interueniret, potuit quis experientia sola id genus remedij inuenire, quod non sic potest fieri, in inueniendo memoriæ loco.

De perdita vero memoria nullum affecti loci signum neq; tumor præter naturam, quemadmodū neq; in melancholia, & in ea affectione quam recentiores medici catochum, idest vigilantē soporem nomināt, atq; catalepsi idest ocupatione.

¶Videtur citra rem distinguere catochum à catalepsi, cum libro de pulsibus ad tyrones, & quarto libro de causis pulsuum, ad eundem affectum dicat attinere catochum & catalepsim: respondebis hac parte diuisisse catochum à catalepsi, sed vni affectui duo nomina indidisse. sed cum

catochi

UVA. BHSC. IyR_342

atochi (autore finitionum medicarum) non sit vna tantum differentia, possumus dicere, per catochum hic intellexisse Galen. illud genus quod autor finitionum medicalium phreniticum appellat, de quo etiam debuit intelligere Hippoc. 2. prorrhet. cum dixit capite dolentes cum catocho delirantes alludit ad id quod in hoc libro parum infra dicit Gale. quod vigilans sopor à pituitoso bilioso q̃ humore proficiscitur, sed videtur vigilantem soporem, qui proprie est catochus, potius ab humore melancholico ortum ducere.

Cæterum clarioris doctrinæ gratia, rationalis animæ actiones principales, irrationalis vero morales vocentur.

¶Si sola esset anima rationalis, affectus animi tolluntur, & virtutes etiã, excepta prudentia vt Gal. dicit. 7. lib. de decretis Hippo. & Platonis. ideo actiones irrationalis animæ quatenus sunt causę vt sint in nobis virtutes, quas morales vocant, dicuntur morales.

Igitur quemadmodum somnus & vigilia si modum excesserint ille ob humiditatem, hæc ob intemperantiam fit aridam.

¶Somnum qui modum excedit fieri refrigerata prima parte sensitiua dixit apho. 3. secundi lib. at (vt diximus) bene potest somnus excedere ob humiditatem: sed de ijs in apho. plura.

Atq̃ morbus comitialis cõuulsio est omniũ corpis partiũ nõ ꝑpetua.

¶Celsus. 3. lib. cap. 23. insinuat esse epilepsiam inqua non sit conuulsio neruorum, dicit quidẽ modo cum distentione neruorum prolabitur aliquis, modo sine illa quidem, sed forsan cum membra conuulsiuo motu mouentur, noluit asserere distentione illa corripi.

Cæterũ velox eius discussio crassum humorẽ spiritus meatum in cerebri ventriculis obstruentem, hũc maxime affectu peperisse declarat.

¶Loquitur de epilepsia Gale. porro in lib. de arte curatiua cap. de epilepsia hunc locum exposui, vbi dixi Gale. hac parte velle, ab ariditate non fieri epilepsiam, differit quidem hoc modo, epilepsia conuulsio est, sed non est conuulsio quæ fit ab ariditate, sequitur ergo esse conuulsionem ex repletione, quod non fiat ab ariditate hinc patet, quia soluitur confestim, quod non fieret si ab ariditate oboriretur.

Sed ea melancholia quam crassæ feci similem esse dixi in terram effussa non inducit feruorem, nisi forte in ardenti febre ipsam præassari contingat, neque vna etiam acida qualitate participat.

¶Contrarium videtur docuisse. 5. lib. de vsu partium vbi acidam esse melancholiam dicit, est quidem acida vt libro de atra bile diximus, sed non manifeste, vt quæ atra bilis est. colliguntur hæc ex ijs quę libro citato de atra bile dicit.

Vt crassus pituitæ succus, ita hic quoq̃ comitialem morbum solet efficere, vbi in meatibus ventriculorum cerebri retinetur, siue is medius sit, siue postremus.

¶Humorem crassum huius mali seminarium non dicit esse. Ioannes vero Fernellius lib. de abditis causis, quòd humor qui morbum comitialem producit, debet esse venenatus, idem ante eum dixit Fontanonus cap. de incubo. porro velox discussio huius mali indicat crassum humorem esse causam, cum vero citra venenatam qualitatem hoc possit fieri non est cur deleteriam qualitatẽ humori esse credamus: si enim deleteria qualitas esset, non tam facile solueretur, adde quòd videmus, ea quæ cruditatem gignunt, breui hunc morbum parere: non est cur vinum hunc morbum induceret, si venenata causa esset à qua produceretur. quando vinum potius venenatis causis solet obsistere quàm auxiliari.

Brassica sola gignit sanguinem melancholicum.

¶Contrarium Auerrous, qui dixit omnia olera sanguinem melancholicum gignere, excepta lactuca & buglossa.

Quemadmodum externæ tenebræ omnibus fere hominibus pauo

rem

UVA. BHSC. IyR_342

rem inducunt, nisi audaces admodū & edocti fuerint, sic atræ bilis color mentis sedem tenebris similem reddens timorem efficit.

¶Non tam tenebræ, quam opinio quam quis induit, quod locis subterraneis & obscuris sint quæ possunt offendere tristitiam incutiunt. nam cum quis media nocte ad cellulam, vbi dormire solet ingreditur, & si in ea est per totam noctē citra lumen non timet, timeret tamen si in locū subterraneum (etiam si minor obscuritas esset) ingrederetur. sed Gale. lat, est quòd soleant tenebræ timorē inducere. Cæterum vt humor melancholicus totam naturā commutat, & facit nouam methamorphosim imaginationem scilicet lędendo, sic obtenebratur & opacatur sedes animę, sic tandem lędditur ab hoc humore, quòd timent melancholici non timenda, & alia quæ timorem possent incutere non timent. non timet melancholicus descendere in certamen cum forti athleta, & timet videre magistratum vel aliquem virum grauem. vnde colligitur quòd hic timor ex læsione mentis cogitatricis proficiscatur. sed de ijs alibi multa diximus. Cæterū si melancholia mentis sedem obscurat, mirari subit eos medicos, qui dicunt melancholia apprehensos ideo vaticinari, & alienā linguā personare esse visos, quia ratione melancholię est anima veluti deonerata à corporis ergastulo. tenent enim hi cum Platone, quòd anima antequàm corpus fuisset induta omnibus bonis scientijs imbuta erat, quàm falsa sit opinio Plato. in hoc lib. aliquot locis ostendimus. Cæterum esto ꝙ illa vera esset, non est cur melancholici nouum sermonē sonarent, quia Idioma scientia non est sed est ad hominis placitum inuentum. dæmō quidem, melancholicorum linguam mouet, & in alienos facit prorumpere sermones, vt legimus in vita Hilarionis à Hieronymo tradita quendam dęmonio apprehensum, qui syra verba quæ non nouerat sonabat esse liberatum. quare non est cur Liuinius Lemnius lib. 2. de naturę miraculis. 2. cap. 3. ob id quod viderat melancholicos alienā linguam fari opinioni Plato. accederet, suscitaretq; opinionem Gainerij qui non alia ratione motus, Plat. opinionem asseuerare fuit ausus. nec obstat quòd melancholici qui alienos sermones fantur, medicamentis restituuntur, quando actus agentium sunt in patiente dispositio, & dæmon homines melancholia apprehensos, qui ratione humoris furijs se deuouere solent frequētius solet agitare, expurgatoq; cerebro respiscunt, quo fit vt tunc dæmonum insidijs magis possint reluctari.

Si quidem alius testam se factum putauit.

¶Infinitis propemodis solet melancholicis imaginatio deprauari, vidi iam qui timebat mori, & furtim querebat laqueos ad se suspēdendum. quem solis balneis restitui. Paulo antequàm hæc exarassem vidi in Xenodochio vrbis Cæsarauguste virum qui fuit iuris peritus, qui persuasum habebat efflasse se iam animam.

Fit autem huiusmodi melancholię species, affecto prius calidis dispositionibus cerebro, aut ęstuatione, aut inflammatione, aut phrenitide ipsum afficiente.

¶Insinuat posse esse inflāmationem in cerebro absq; hoc quòd phrenitis oriatur alias non est cur dixisse inflāmatione aut phrenitide, diximus de ijs. 2. lib. de sympthomatum causis.

Atq; acrem quoq; humorem non singultum modo, verum etiam cōuulsionem per vniuersum corpus efficere sępenumero consideramus.

¶Potius fit motus conuulsiuus quàm conuulsio ab acri & mordaci humore.

Apoplexiæ auten quòd subito eueniat, aut frigidum succum, aut crassum aut viscidum, qui principes cerebri vētriculos affatim implet, non totius substantię intemperiem causam esse manifestum est, veluti lethargi phrenitidis manię.

¶Ioannes Fernellius. 2. lib. de abditis causis cap. 15. dicit partem quæ in apoplexia afficitur esse cōtextum retiformem, & non cerebri ventriculos, vel eius substantiam: dicit quidem se aperuisse aliquos qui ex apoplexia perierunt, in quorum ventriculis cerebri nulla erat obstructio, & erat maxima in retiformi contextu. ait quidem obstructis ijs arterijs apoplexiam gigni, quòd tunc cerebrū nihil spiritus à corde per subiectas arterias recipiat, ob quod est necessum illius sensum & motum perire,

UVA. BHSC. IyR_342

perire. Cæterum cum videamus aliquot apopleticos fere momento temporis sensu & motu priuari, non videtur solam obstructionem esse in illo contextu. nam licet post temporis moram nõ ascẽdente spiritu vitali ad cerebrum noxa appareret, non tamen tam breui hanc noxam sentire posset, vt non videret nec sentiret, & tandem omni sensu & motu priuaretur. nec valet quæ de dissectione dicit Fernellius, cum non est rationi dissentaneum, quòd in illis quos dissecuit humor esset in ventriculis cerebri, & illis extinctis humor in verticem & versus contextum retiformem delaberetur, nec sat est ad assignandum locum vni ęgritudini, quòd in duobus sit visum, quod nec tam conspicuus est in homine plexus retiformis, quod tam perspicue (vt dicit Fernell.) sua pathemata pandat. Cæterũ ꝙ in hac parte dicit Gal. ꝙ apoplexia eo ꝙ subito eueniat indicat aut frigidũ aut crassum succum non totius substantię intemperiem causam esse, veluti lethargi & phrenitidis sic est intelligendum, quòd humor producens apoplexiam plus nocet obstruendo ventriculos quàm temperiem cerebri offendendo, cuius contrarium faciunt morbi quos numerat, quia nocent præcipue opponendo se cerebri temperaturę & non obstructionem faciendo: facile hoc intelliget qui notat quę dixit vir reconditissimę eruditionis Franciscus Vallesius in Complutensi academia mędicinę singularis professor.

Calidi odores omnes, vt styracis aut cipheos, atq; in totum odorata omnia capitis dolorem pariunt, adeo vt nonnulli nec thuris quidẽ odorem ferre possunt.

¶Vbi legitur odorata omnia legendum est aromata omnia, nam odores aliquorum florum frigidorum, vt violæ & rosarum non solent capitis dolorem mouere. leniter quidem caput afficiunt, quòd si hæc odorata Galen. etiam fuissent complexus, non addidisset adeo vt nonnulli nec thuris quidem odorem ferre possunt, ad sua quidem corroborandum, non odorem thuris, sed eorum quæ minus videbantur caput percellere posse, vt odorem rosarum & aliorum huiusmodi assignare debuisset.

Vbi olfaciendi vis lædítur, non eorum meatuum, qui in naribus conspiciuntur, sed anteriorum cerebri ventriculorum, cum intemperãtia quadam afficiuntur noxa est.

¶Quod sit organum olfatus libro de instrumento odoratus declarauimus.

Quartus liber de locis patientibus.

VIm enim nullo in oculis malo apparente cernendi sensus deperditus est, demisus à cerebro neruus causam vt inflammationem, vel duritiem in se continet, aut ex humorum defluxu, aut aliter quomodolibet foramen ipsius obturatur.

¶Citra hoc quòd malum in oculis appareat, contingit hominem non videre, nimirum cum vis est admodum imbecillis, vt sentire non possit iuxta id quod dicit. 4. lib. apho. 49. apho. sed tunc visus deperditio non est primarius morbus, cui medicus intendit illa visus deperditio grauioris morbi est sympthoma.

Porro cum oculi à sua sede remouentur, si ad alterum angulum fiat conuersio, innocua permanebit cernendi facultas.

¶Idem dicit decimo libro de vsu partium, qua parte diximus, id esse intelligendum iuxta id quod Aristote. dixit in problematibus, si facta conuersione ad alterum angulum, non leuetur vel deprimatur oculus.

UVA. BHSC. IyR_342

Quippe si à ventriculo prouenerit accidens huiuscemodi, medicamento potui dato facillime curatur, accedente simul bona cõcoctione.

¶Loquitur de suffusione, quæ ventriculi vitio solet obrepere. porro tam imbecillem aliqui ventriculum solent habere, quòd etiam si hyera de qua loquitur frequenter vtantur non facile curantur. præsertim quòd contingit ventriculum esse aridum, & pituitosa recrementa generare quę visum perturbant, sicca vero ventriculi intemperies medicamento ex aloe non iuuatur. Cæterum licet ventriculus non sanetur nec iuuetur, tamen vacuata recrementosa materia, quæ illum infestat aliquod beneficium sentient oculi, & hoc est quod hac parte vult Gale.

Aequidem quosdam sic affectos, quanuis vt scitis non viderim, cũ in alienis essem terris per literas curaui.

¶De suffusione loquitur Galen. ex ijs porro quæ dicit patet, quàm diuagata per vniuersum orbem erat eius fama. Cæterum in hac affectione licebat (ægritudinis habita notitia) curandi modum prę scribere, at si ęgritudo est acuta quanuis quis sit alter Gale. non potest exacte (ægrotante non viso) debitam operam nauare, quare dolendum est, quòd percrebuerit opinio quòd sola vrinæ contemplatione, medicus possit prorsus omnibus morbis mederi.

Nam simplices species phrenitidis duæ inueniuntur.

¶Simplices species phrenitidis solum sunt duę, quando enim memoria afficitur non est simplex species phrenitidis, quia memoria lęsa in febribus, lędit etiam imaginatio vel cogitatio, quare errauit Fuchsius, qui in sua practica cap. de phrenitide dixit, simplices species phrenitidis esse tres, ad quod probandum adducit illud de peste cuius memorat Thucides, quòd qui à peste conualuerunt sic deperditam memoriam habebant, quòd suorum nominum erant oblitj: hi porro (vt libro de arte curatiua dixi) non erant phrenitici: esto vero quòd phrenitide essent correpti, hęc phrenitis non esset simplex.

Fit autem sopor Hippocrate autore musculis temporum affectis, præterea in acutis quoq; morbis vt idem Hippo. scripsit.

¶In acutis febribus fieri carum docuit Hippoc. idem docuit Galen. 2. lib. de articulis, esse etiam febrem cari comitem scripsit Paulus & Aetius hic ex mente posidonij dixit esse carum cum debili febre, ille febris vehementiam dixit prędcedere in caro. multo aliter sumpsit carum Galen. 13. Method. vbi distinguens lethargum ab apoplexia caro & catocho dicit: in ijs humores non putrefieri, nec febrem excitari, sicut in lethargo: sic enim ait: in cõtrarijs autem vitijs excitare ac noxij humores qui citra putredinem & citra febrem altos sopores inuehit crasitudinem incidere, atq; excalfacere. tales nimirum altos sopores apoplexiam carum & catochum vocant: vide quòd citra putredinem & febrem dicit carum esse, tenendo porro quòd caros potest esse cum febre & sine febre, vt hac parte de locis patientibus Gale. indicat, dicemus quòd dicens. 13. metho. quòd Grędi altos sopores qui sunt citra putredinem & febrem vocant apoplexiam & carum & catochum, non insinuat illum non aliter posse sumere carum.

Inter soporem vero & apoplexiam, morbus comitialis medius est, conuulsionem afferens vniuerso corpori, sed in paralysim non finitur.

¶Non hæc contradicunt ijs quę ipse dicit quarto de ratione victus comment. 27. vbi ait paraplexiam fieri aut ex apoplexia aut ex epilepsia, nam cum hac parte quam exponimus dicit epilepsiam non finiri in paralysim, non negat quòd aliquando in paralysim non finiatur, sed quòd non est illi proprium in paralysim finiri vt apoplexiæ, inter quam & soporem epilepsia media est, quis poterit negare quòd humor à cerebro excussus possit sic obstruere & madefacere neruos, quòd inde paralysis excitetur, est hoc rarum quia ex vehementi concussione cerebri, nerui magis parantur ad conuulsionem, vel motum conuulsiuum, quàm ad paralysim.

Cernendi sensorium est tenuissimum, auditus vero sensorium, vt in tenuitate à visu, ita sensorium gustus in crasitudine à tactu, olfaciendi vero sensorium in illorum quatuor medio constituitur.

¶Ratione

UVA. BHSC. IyR_342

¶Ratione lucis quę requiritur ad videndum visus omnes sensus tenuitate superat, quo vero aer est tenuior vapore qui ad olfactum peruenit, auditus superat tenuitate olfactum, & hac ratione magis fit discerniculum in obiectis vel medio quod exigitur ad sensum quàm in ipsis organis.

Atq; in sopore interior pars magis cerebri, in apoplexia & morbo comitiali vtraq; afficitur.

¶Si sopor pręcipue est affectio partis anterioris cerebri videtur primus sensus ibi vigere, quando illius partis debet sopor esse affectus, cui somnus pręcipue attribuitur. somnus vero partis in qua primus sensus viget est tribuendus vt. 1. lib. de sympthoma. caus. dixit Gale. quòd si primus sensus vel imaginatio in prioribus cerebri ventriculis est, claret errare Ioannem Manardum, qui. 9. lib. suarum episto. tertia epist. dixit, primum sensum non esse in primis ventriculis, vt qui (Gale. teste) nulla polleant nobilitate. hæc quidem ex Gale. dictis non colliguntur, licet colligatur nobiliorem esse ventriculum medium & postremum anterioribus. an vero verum sit, quòd operationes cerebri distingantur per ipsos ventriculos cerebri (vt hoc lib. insinuat Gale. & Aetius cap. de phrenitide) alibi declarauimus. non videtur porro creditu indignum, quod præstantissimi medici qui docuerunt sensum præcipue esse in parte anteriori cerebri, & cogitationem in medio ventriculo, & memoriam in postremo, quòd experientia didicissent, vulnerata parte anteriori cerebri præcipue offendi imaginationem, & vulnerato medio ventriculo cogitationem, sicut vulnerato postremo memoriam. sed certe si cogitatrix facultas in medio ventriculo residet, hic omnium ventriculorũ deberet esse principalissimus. quod Gale. negauit. Cæterum vtranq; partem cerebri affici in epilepsia dixit Galen. at Auice. priorum ventriculorum cerebri epilepsiam dixit esse affectum.

Verum in sopore & morbo comitiali ventres magis cerebri, corpus minus in apoplexia corpus magis affici solet.

¶Attinet magis apoplexia ad corpus cerebri, quàm ad ventres, sed ventres magis affici solent in apoplexia quàm in epilepsia, proficiscitur quidem apoplexia ventriculis cerebri impletis, vt dixit 2. lib. apho. apho. 42. non tamen in epilepsia impleri solent. Cæterum in ea epilepsia quæ ob bilem velicantem cerebrum proficiscitur corpus magis, quàm ventres affici solet, quia ventres cerebri magis afficiuntur in epilepsia, dicere aliquis potest ad interiorem partem neruorum magis affluere humorem in conuulsione, & quia corpus magis afficitur in apoplexia, ad exteriorem partem neruorum magis effluere in paralysi. & ratione loci procedere, quòd humor gignat paralysim vel conuulsionem.

Quòd si vnus duntaxat vel musculus vel neruus quoquo modo, siue primaria affectione, siue per consensum fuerit affectus, pars ipsa in aduersum trahitur musculum, nam resoluto musculo, qui dextram labri partem mouet, ipsa ad sinistrum deflectitur.

¶Quòd in resolutione pars sana trahat ægram hac parte, & libro tertio de articulis cap. centesimo dicit Galen. in conuulsione vero pars sana ægram trahit; ijs vero adstipulatur ratio, quam non considerans Auice. dixit in resolutione partem ęgram sanam trahere. ad id vero forsan attendens Hippocra. lib. de capitis vulneribus dixit, verum tempora & adhuc supra tempora venam quæ per tempora fertur secare non oportet, conuulsio enim corripit sectum, & siquidem sinistra tempora secta fuerint, dextera conuulsio corripit. si vero dextra secta fuerit conuulsio sinistra aprehendit: hæc ille. porro proprie ex sectione sinistræ partis non conuellitur pars dextra, sed quatenus à parte sinistra conuulsa trahitur pars sana, videtur hanc etiam conuulsam esse. alij hunc locum Hippocratis aliter interpretantur, sed videtur modo quo diximus esse intelligendum. de ijs iã diximus libro de arte curatiua. vbi textus Galeni nobis fuit expositus.

Fauces voco internum oris locum, vbi simul conueniunt & gulæ, & gutturis partes extremæ,

UVA. BHSC. IyR_342

¶Quod aliter fauces Plinio significent, diximus libro de arte curatiua hic enim. 11. lib. cap. 27. solum gulæ summitatem vocat fauces.

Hæc si citra febrem acciderint, aut tabernaculum, aut lentorum crassorumue aut multorum humorum plenitudinem in pulmone existere, aut pus, aut alium quendam humorem, vel lentum, vel crassum, vel multum, in ipsum effusum fuisse declarant.

¶Loquitur Gale. de notis quibus pulmonis affectus possint dignosci: videtur porro hunc textum esse deprauatum, nam difficultas anhelitus quæ proficiscitur à pure effuso in pulmonem non est citra febrem, proximus cordi pulmo est, quare vapores purulenti facile cor attingent: adde quod Gale. parum infra scribens notas puris in pulmone vel pectore contenti, non dicit (pure is locis contento) non esse febrem: sic enim ait: at vbi pleuritis præcessit mox remissa febris vehementia intra latera grauitas in imo Thoracis derelicta tentitur, at vbi quis statim à decubitu transmutatur, idq; maxime si ab vno latere in aliud se conuertens, defluere aliquid sentiat puris multitudinẽ ibi contineri haud dubia coniectura est. vide quod non dicit pure in pectore existente non esse febrem, sed id cognosci ex remissa febre, quæ præcedentem pleuritidem est subsecuta. quadrat igitur rationi, quòd vbi in textu quem exponimus habetur, hæc si citra febrem acciderint. quòd legatur hæc si citra vehementem febrem acciderint, hoc enim modo textus verus est, & optime is quæ sequuntur coheret.

Præterea alium huiusmodi affectum in pulmone notaui, quidam diuturna tussi vexatus, & exiguum lentumq; pus expuens, frustrum quoddam paruo grandinis grano haud absimile excreauit.

¶Rarum est hoc, est rarissimus pulmonis alius affectus, quẽ Gal. prętermisit: quẽ vidi ego in quadã ancilla illustris & præstantissime fœminæ Elisabetę à conchillos. hæc quidem ancilla cum tussi eiecit folliculum magnitudine oui palumbę pure contentum. non erat illa tabida, sed ob suppressos menses ęgre se habebat. legi apud Ioannem Farnellium in pathologia huius morbi factam mẽtionem, pulmonis vomicam vocat hoc malum, at Galen. sexto de locis affect. per vomicam pulmonis aliud intelligit.

Quintus liber de locis patientibus.

SI enim neque sentiendi, necq; mouendi ab electione facultatem animal habuerit, neq; nutriatur, veluti in latentibus euenit animalibus, nihilominus ipsum viuere potest.

¶Contrarium videtur quod dicit sexto libro de decretis Hippocra. & Platonis, vbi ait si sanguinis generatio tollatur, vitam quoq; tolli necesse est, certe licet animalia quę latibulis degunt ore non sumant cibum, nutriuntur vt in quinquagenis & lib. de venæ sectione aduersus erasistrateos declaratum est, cum ergo audis animalia quę hyeme delitescunt non nutriri, intellige ideò externum cibum non capere, sed hoc modo suam sententiam non confirmat Gale.

Vir magnanimus, neque ob mœstitiam, neque ob aliam aliquam ægritudinem mœstitia fortiorem vnquàm succubuit.

¶Si verum est quod de Homero scripsit Valerius, qui eo quòd quęstionem à piscatoribus positam soluere non potuisset, dolore absumptus perijt, colligitur eum non fuisse magnanimum, & in eo animi affectus fuisse vehementes, quod in poetarum principe est magnum dedecus. decebat virum tam sapientem sic animi affectus moderari, quòd ab illis non deuinceretur, de Aristotele etiam

UVA. BHSC. IyR_342

etiam traditur à Iustino philosopho, quòd ex tristitia perierit Dionysius Tyranus bono nuntio allato autore Plin. 7. lib. obijt. non debebat hic multum in re bellica pręstare quando sic succubuit.

Proprio quoq; affectu cor laborare solet vel ob simplicem intemperiem, vel inflammationem, vel erysipelas.

¶Putant aliqui ijs contraria fuisse professum Aristotelē. 3. de parti. anim. cum dicit cor solum atq; omnino partium corporis nullum vitium patitur graue, qua parte dicunt intelligi, neq; inflammatione neq; alio morbo grauissimo posse cor affici. sed Arist. nihil aliud voluit, quàm quòd vitium graue nō patiatur cor, quin ob illud animal succumbat. ex ijs enim quæ sequuntur hoc colligitur, subiungit in nulla ostia cor ita affectum visum adhuc est, vt in cæteris visceribus cernitur. Cęterum ex ijs quę Aristot. dicit patet iuxta illum immodicam intemperiem non esse graue vitium, nam ille non negasset in febre ardente satis intemperatum esse cor, quæ intemperies non est necessario lethalis.

Si ad ventrem cordis vulnus aliquando penetrauerit, protinus magno cum sanguinis fluore hominem mori necesse est.

¶Audiui à doctore Augustino Lopez medicinę primario Salmanticę cathedrario, se audiuisse à doctore Aluarez dela reina, illum vidisse ceruum quem regij venatores fuerant venati, in cuius corde erat aculeus sic carni cordi agglutinatus, quòd bene indicabatur annos aliquot ibi fuisse defixum. incredibile videtur creditu, sed incredibile iudicaremus ceruorum solertiam in inquirendis herbis, quę lethali veneno subueniūt, & in venandis serpentibus, si id plane non fuisset conspectū: quid mirum ergo quòd dignoscat herbam ceruus qua potuit cordis vires reparare, vt de ouibus dixit Auerr. quę beneficio cuiusdam herbę vindicantur a phtisi.

Vitio septi transuersi excitatum delirium parum à continuo distat, adeo vt veteres putauerint, hac parte inflammatione affecta, homines phreniticos euadere.

¶Videtur huius opinionis fuisse Hippocratem, cum dicit tertio de morbis septū transuersum dolere in phrenitide, neq; ab hac sententia videtur abluisse Gale. 4. lib. de causis pulsuum, cum ait Lethargus ex ipso potius cerebro gignitur, phrenitis pręcipue ex tenui meninge vel ex septo transuerso. sed credendum est, quòd vbi tertio de morbis legitur in phrenitide septum transuersum dolere, esse legendum pro phrenitide delirio, & vbi quarto de causis puls. legitur phrenitidem pręcipue esse ex tenui meninge, vel septo transuerso, legendum esse delirium, hoc quidem proficiscitur ex septo transuerso sicut ex tenui meninge. vera vero phrenitis ex læsione septi transuersi non oritur, id vero quod dicit Plin. 11. lib. cap. 37. septo transuerso esse attributam mentis subtilitatem ad aliquorum philosophorum sententiam (de quibus tertio de partibus animali. mentionem facit Aristo.) est dictum, quòd si illis voluit subscribere Plini. minime (vt in alijs multis) est audiendus.

De flatuoso vero hipochondriorum vocato morbo, nemo non dixit quomodo tristitiam, desperationem mœstitiam inducat.

¶Inter tristitiam & mœstitiam ponit discrimen, vehementior quidem affectus est mœstitia, est quidem tristitia ingens.

Iecur affici declarant, in dextra præcordiorum parte grauitas, linguę color, in primis quidem ruber, deinde niger ingens fastidium.

¶Non omnem inflammationem hepatis hęc sequuntur sed magnam: paruam vero inflammationem nec febris vehemens comittatur vt secundo prorrheti. dicit Galen. Trallianus porro loquēs de iecoris inflammatione sensit iecoris inflammationem non inducere febrem nisi magna fuerit, quod difficile videtur, cum vnum ex primoribus membris iecur sit.

Fieri non potest, vt tactus aliquam hepatis notitiam præstet nisi vel magna in ipso oriatur inflammatio, vel incumbentes ei musculi extenuentur.

UVA. BHSC. IyR_342

¶Hinc patet, tactu non posse dignosci obstructionem hepatis, nisi musculi qui hepati incumbunt magnopere extenuentur.

Quippe nisi hepar afficiatur, haud quaquàm fieri potest huiusmodi affectus.

¶De hydrope loquitur Gale. quæ primario vel secundario vitio hepatis semper oritur, nam si secundo prognost. dixit, hydropem nunc oriri à iecore nunc à lumbis nunc ab intestinis, vel ventriculo, ijs non contradicit. non vult quidem hac parte, quòd citra vitium hepatis oriatur hydrops, sed vult quòd incipiat à vitio harum partium, quod vitium antequàm hydrops oriatur hepati cõmunicatut. longe aliter sensit Cels. qui. 3. lib. cap. 21. voluit hydropem non solum esse vitium hepatis, cuius dicta si quis recte expendit, non poterit interpretari ad modum quo autoritatem secundi prognosti. exposuimus.

Vtrum semper in morbo regio locus affectus sit hepar, an alia præterea dispositio hunc affectum efficere possit.

¶Quòd illæso iecinore icterus possit proficisci hac parte docet Galen. à cuius sententia abludit Actuarius, qui. 1. metho. cap. 11. peculiarem morbum hepati dixit esse icterum.

Calidas vero intemperies nunc̃ comitatur ciborum appetentia.

¶Alex. Trall. & à caliditate proficisci appetentiam caninam scripsit, qui si de sola vẽtriculi caliditate intellexit, non est audiendus. caliditas tamen vniuersi corporis inmodice digerens vniuersum corpus appetentiæ immodicę potest esse causa, vt colligitur ex ijs quæ dicit Gal. 1. lib. de symptho matum causis.

Primam facultatem voco attractricem, quæ peculiares parti succos alendi ipsam gratia, & appetere & attrahere potest.

¶Si tam expresse dicit Gale. vnam facultatem & appetere & attrahere, non est cur quis dubitet, hanc fuisse Galeni mentem, quòd ad vnam facultatem vtrunq; munus appetere scilicet & attrahere attineat. cum porro sexto de locis patientibus loquens de diabete dicit, esse in renibus vehemẽtem cupiditatem, ob quam coguntur multam humiditatem attrahere: non insinuat ad aliam facultatem attinere cupiditatem & attractionem, sed numerat duo officia virtutis attractricis, ipsa quidem renum vehemens cupiditas ad attractricem facultatem attinet, appetendò quidem attrahunt renes, & trahendo appetunt. sed de ijs diximus iam libris de faculta. naturalibus.

Sextus liber de locis patientibus.

HAud secus hallucinari consueuerunt, in ea quoq; aquæ inter cutem specie, quę ad acutos morbos sequitur, quippe ab ijs iecur calida & sępenumero sicca quoq; intemperie tan grauiter afficitur, vt cibũ in sanguinẽ transmutare nequeãt.

¶A calida intemperie hepatis posse proficisci hydropem hac parte insinuat Gal. quod etiã Paul. Alexanderq; Trallianus concessere. ijs vero dissentire voluit Aetius, qui citra hepatis refrigerationem, impossibile esse aliquem in hydropem incidere scripsit. cui videtur fuisse adstipulatum Gale. cõmen. 11. apho. 4. sectiõis, qui dicẽs à maiori frigiditate generari aquosum hydropem, quàm tympanitem (nulla caliditatis facta mentione) insinuat solam frigiditatem hunc morbum producere. sed quia plurima ex parte est frigiditatis proles hydrops, ideo Gale. conferens vnum hydropem cũ altero solius frigiditatis meminit. Aetius porro adhęsit opinioni eorum qui a sola frigiditate hydropem oboriri docuerunt. Cæterum & quodammodo à frigiditate sola oboritur hydrops. nam caliditas eatenus hydropem producit, quatenus calorem natiuum hepatis imbecillum reddit. hæc vero caloris imbecillitas est quodammodo frigiditas. iuxta hæc quadrat rationi, quòd vbi in comment.

UVA. BHSC. IyR_342

ment.aphoriſ.citati legitur à maiori frigiditate oriri hydropem aquoſum quàm tympanitē, quòd legatur à maiore caloris natiui imbecillitate.ex ijs vero quę hac parte quam exponimus dicit Gal. colligitur erraſſe Fernellium, qui vniuerſam cauſam hydropis eſſe frigiditatem iecoris & venarū 8.cap.pathologiæ ſcripſit.

Ea vero quæ pilis ſimilia ſunt Hippocrates quoq; cum vrinis excerni vidit, quemadmodum aphoriſmis ſcripſit, ac etiam vidimus aliquando quæ ſemipedis longitudinem æquarent. 5

¶Probabilius cenſet Gale.quòd huiuſmodi pili generentur in venis quàm in renibus, nō vero obſtat,quòd in renibus generentur, etiam ſi pedis longitudinem æquent.vt enim aliquid pilorum genitum eſt poteſt ad vreteram emitti, cui poteſt alia quæ fit in renibus agglutinari,& vt hæc ex renibus proſilit alia quæ in renibus genita eſt agglutinari.Actuarius porro in vreteris pilos gigni docuit.ſed magis quadrat quòd modo quo dixi gignantur. 10

Verum veſicam non trahere à renibus, quemadmodum neq; inteſtina à ventriculo,ſed renes quidem per vreteras excernendo in veſicā mittere. 15

¶Contrarium videtur hoc ijs quæ dixit.5. lib.de vſu parti.ca.1. vbi ait,veſicam non ſolum quæ bilem ſed & quę vrinam recipit attrahere excrementum.idem docuit.3.lib.de facul.natur.dilues cōtradictionem,quòd Gale. hac parte quam exponimus,non negat veſicam non habere facultatem attrahendi,ſed non trahere à renibus, vult quidem quòd renes mittunt vrinam in vreteras,à quibus veſica trahit.ſi vero renes in vreteras vrinam non mittunt,veſica non trahit vrinam.vnde colligitur diabetem non eſſe paſsionem veſicę,verum eſt quod ſcripſimus, ſed videtur quòd maiorē conſecutionem haberent dicta Galeni ſi legeretur, verum vreteras nō trahere à renibus.ita vt vbi legitur veſicam legatur vreteras,nam quam rationem habet cum ventriculo duodecimum inteſtinum,eandem habent vreterę cum renibus.& vt duodenum non attrahit à ventriculo, ſic vreteræ non trahunt à renibus.Cæterum ſi diabetes non eſt affectus veſicę.videtur fallo in hoc capite parum ſupra de diabete loquens dictum eſſe à Galeno,atq; hic renum veſicęq; affectus ſimilis eſt vētriculi inteſtinorunq; leuitati: quare credo legendum eſſe hic renum vel veſicę affectus,ſumit em̄ quòd diabetes eſt renum vel veſicę affectus,deinde probat,quòd eſt renum & non veſicæ. 20 25

Itaq; renum potius imbecillitas accuſanda eſt, vtpote qui continere diutius vrinam non valent. 30

¶In hac parte facultatis cōtentricis & attractricis dicit eſſe affectū diabetē,at.1.lib.de cryſi.ca.12. affectū facultatis retentricis & alteratricis eſſe indicat,ſic quidem ait:verum diabetes talis eſt,qualis circa aluum leuitas inteſtinorum extinctio,vt diceret quiſpiam,vtriuſq; virtutis & retentricis & alteratricis:ad hæc dices,q; diabetes vere ꝓficiſcitur ex lęſione facultatis attractricis & retētricis, ſed ad harum facultatum vehementem læſionem,ſequitur vt vrina alterationem non ſuſcipiat. 35

Atq; accedit interdum iſchuria propter obtuſum ſenſum veſicæ.

¶Ioannes Fernellius decimotertio cap. pathologię, ſolam adſtrictionem & obſtructionem eſſe iſchuriæ cauſam dicit, dicitq; nunquàm prouenire ob obtuſum veſicę ſenſum,cum rationem quæ vllius momenti ſit contra Galenum non afferat, non eſt audiendus.eo quidem quòd in ijs qui ob calculum diſſecti ſunt, vidit vrinam nullo propellente prolabi, putat vrinam à veſica non expelli,ſed pari ratione dicere poſſet expultricem vim nullis conceptaculis eſſe. 40

Quemadmodum in quodam Arabiæ loco (vt aiūt) in tibijs hominum Dracunculi vocati naſcuntur, neruoſa natura colore craſsitudineq; lumbricis ſimiles,igitur cum multos audierim,qui ſe vidiſſe eos dicerent ipſe vero nunquàm viderim,idcirco neq; de ortu,neq; de eſſentia ipſorum quicquàm exacte conijcere poſſum. 45

UVA. BHSC. IyR_342

¶In venis dracunculos nasci videtur insinuare Gal. at Aetius ex Leonida sub cute crurum vel brachiorum nasci scribit: ratione praui nutrimẽti humor putrilaginosus debet intra cutem aceruari, qui ex cute quæ vi solis adusta & dura est nõ transpirat, sed ibi detentus potest in dracunculos calore ascititio superãte verti. idq; magis in pueris quia eorum humiditas ad putredinem iuuat, & ob ingluuiem, maiorem congerunt humorum prauorum sarcinam.

Atq; neq; hoc quidem loco solicitos esse oportet, vtrum vuluam, an vterum appellemus eam partem, quę mulieribus ad pariendũ à natura data est, neq; rursus vtrum numero plurali vuluas, aut vteros, aut vuluam aut vterum quis nominauerit.

¶Aristo. 3. de histo. anim. cap. 1. interiorem partem vteri dicit esse vuluam, Plini. lib. 11. cap. 37. mulieris dicit esse proprie vterũ. cæterorum animalium vuluam. Pla. in Thimęo. locos muliebres vuluam vocat. Cæterum qua ratione aliqui dicunt pulmones & non pulmonẽ, quia sunt partiti in partem dextram & sinistram, potest dicere vteros, hoc tamen non est sic in vsu sicut illud.

Ego vero multas vidi mulieres hystericas, idest ab vtero suffocatas, ita enim nõ hę solũ sed priores quoq; fœminæ artem medicã professę.

Quodlibet opus quod ad tuendam vel inducendam sanitatem facit ad medicinã attinet, qua causa voluit Gale. mulieres quæ obstetricantur medicas appellare. ferunt hæ laborantibus opem, ad quã præstandam & accurrere Iunonem poetę ferunt. ex. 3. porro lib. Diui Augusti. de ciuitate Dei cap. 17. volunt aliqui colligere voluisse illũ medicis esse ęquiparandas obstectrices. qui si aduertissent, quo dicta Diui Augusti. tendant, nec tantillum ignominiæ medicinæ ab illo esse affricatum intellexissent. dicit Diuus Augusti. nã priusquam maturos partus ederẽt grauidæ, moriebãtur. vbi se credo æsculapius excusabat, quòd Archiatrũ se nõ obstetricem profitebatur, ex ijs putat Tiraquellus lib. de nobilitate. titulo an medicina nobilitati detrahat colligi. voluisse Augustinum, medicos esse æquiparandos obstetricibus. sed tam inepte hoc ille collegit, quod nullo modo se potest excusare, eo quòd se excuset rex, quòd ille non fecit calceos non sequitur artem sutoriam esse æquiparandã regiæ potestati, & eo quod se excuset ęsculapius quòd sui muneris nõ erat obstetricari, non sequitur obstetrices esse ęquiparandas medicis. Cęterum antiquitus & mulieres medicinę munere vsas fuisse, colligitur ex ijs quæ dicit Homerus. 11. lib. Iliadis de Agameda, quam dicit tot medicamenta scisse quot nutrit lata terra. esse porro Atheni. lege prohibitum fœminas medicinam discere scribit Tiraquellus lib. de nobilitate titulo citato qui dicit legem fuisse emendatam propter Agnodicę fœminę magnam eruditionem. ex ijs porro quæ dicit Plato. 5. lib. de iusto videtur colligi, olim mulieres medicinam esse professas, sic enim ait: inter mulieres alia est medicinæ apta, alia minime, sed credo quòd hanc aptitudinem ad obstetricandum illum intellexisse, iuxta id quod ex Gale. retulimus. Cęterum si omnes qui medicinam factitant medicos appellare licet, pauci erunt ad quos hoc nomen non deuoluatur, medicinam quidem tractant reges, & imperatores, & circulatores, rabulæ & impostores, & ineptæ vetulæ. atq; vt illi qui medicinæ nõ sunt initiati, ex ijs quæ de medicina ꝓmunt medicinæ honorem nõ arrogant. sic ij suis male cõcinnatis pharmacis medicinæ vllum dedecus nõ cõciliant. fuit tamẽ quondã medicina in tãto honore habita, quòd & reges & magni principes nõ dedignabãtur medici nomen vsurpare sed de ijs alias. Cęterum quia de mulieribus medicinam professis sermonem hic fecimus notãdum est, quòd tempore Plato. tantum ijs mulieribus quæ obstetricabantur fidebant, quòd dicit lib. de scientia, ꝙ hæ tanquàm pronubæ in conficiendis coniugijs erant aptissimę, quoniam optime callebant, quam cui iugare ad generosę prolis procreationẽ oportebat. quod sanè non sine notitia philosophiæ & medicinę recte potest factitari, dicit etiam ꝙ hę optime sciebant, an mulieres erãt pregnantes, nec ne, ad quod etiã medicina erat opus. addit quòd hæ mulieres incantationibus excitabant molliebantq; partus & fœtus educebant, & si intempestiuum videretur obtundebãt, retrudebantq; quòd & magicarũ artium vel incantationum illas non esse ignaras indicat. dicit etiam quòd quæ erant steriles & quę adhuc pariebant nõ poterant esse obstetrices. plura ab ijs mulieribus quę medicinam profitebãtur antiqui postulabãt quàm nunc in aliquibus academijs à medicinæ bacalario, cui datur posse impune occidere.

Quid

UVA. BHSC. IyR_342

Quid igitur ex ijs quis probabilius coniecere possit, quàm ꝙ ob retenta menstrua, vel temẽ cohibitũ, huiusmodi mulieres vteri dispositionibus crucientur.

¶Ioannes Fernel. 16. cap. pathologiæ dicit, hystericam affectionem nõ solum exoriri ex sanguine mẽstruo. & semine vitiato, sed ex quolibet humore corrupto, quia dicit multas vidisse vteri strãgulatui obnoxias, quæ cõsuetudinem cũ viris habebant, quibus etiam menstrua purgatio optime respondebat: certe nõ videtur à ratione alienum, quòd vt oboritur epilepsia ab humore corrupto qui est in crure, ꝙ possit oriri vteri strãgulatus qui quodammodo epilepsiam imitatur ab humore corrupto in vtero. sed Gale. forsam affectionẽ quæ ex humore corrupto proficiscitur potius attinere ad epilepsiam quàm ad vteri strangulatum sensit, & ob id credidit vteri strangulatum ex sanguine mẽstruo vel vitiato semine oriri. ad id forsan respexit autor lib. 4. de ratione victus, vbi ait, quonam pacto vteri strangulatio cognoscatur digitis duobus comprime, si sentit ea est si non sentit conuulsio est, non enim illico quòd à prauo odore concutitur vterus est dicenda vteri strãgulatio. quòd si semper ꝙ concutitur, vteri strangulatum vocas. & ab omnibus quæ flatum inducunt potest vteri strãgulatus oriri. Cæterum si iuxta Gal. 3. lib. de sympto. causis sanguis menstruus sola quantitate peccat, mirum quòd ea sympto. quæ solent infestare strãgulatu vteri affectas possit inducere. sed sanguis qui hæc pathemata infert vitium aliquod debet contrahere.

Sic etiam reliqua animalia ad coitum excitari arbitror, non quòd existiment, voluptatem boni cuiuspiam speciem præferre, sed vt temẽ quòd ob retentionem ipsa molestat, excernant.

¶Huius opinionis etiã fuit Plutar. lib de amore erga prolẽ. porro. 14. lib. de vsu parti. & quinquagenis declarauimus, in ijs deceptum fuisse Gale. sed forsan vbi hic legitur reliqua animalia, legendũ est multa animalia. nam certe licet de omnibus animalibus non dicere liceat, quòd solum ob retẽtum semen ad coitum excitantur, de aliquibus id videtur dicendum. nam qui considerat, quod multa animalia tempore destinato tempore scilicet quo magis sanguis viget ad coitum solum excitẽtur, censebit non voluptatem sed hanc necessitatem excernendi præ se illa ferre. dictũ vero Gal. & Plutar. videtur alludere opinioni stoicorum, qui vt autor est Gale. 2. lib. de decretis, docuerunt: vim concupiscendi nõ esse in brutis, sed hanc opinionẽ tanquàm falsam citata parte reprehendit Gal. Cæterum si brutæ hę animantes ad dictam explendam necessitatem fœminas quærunt, & ipsa ducente natura citra concubitum semen non emittunt quomodo non est conuitijs Dioge. procindẽdus, qui (vt Gale. hac parte refert) præuenijt manu Hymeneum. quo facto brutis ipsis animantibus est mille numeris postponẽdus. porro miror quòd Gal. hoc factũ plusquàm cynicũ nõ fuerit, excecrat⁹, qđ certe nec literis erat cõmemorãdũ, ne à philosopho qs discat obscene philosophari.

Apparuit tale accidens in muliere ex longo iam tempore vidua, quæ præter cætera mala, neruorum quoq; distentione vexabatur.

¶Celsus contra rationem & sensus euidentiam dixit hoc esse discrimen inter epilepsiam & vteri strangulatum.

Quippe facile intelligitur à canibus, quantam vim habeat afficiẽdi rei aptitudo, cũ enim reliquorũ animalium nullum rabie capiatur.

¶Solum canem primarie rabie prehendi intellexit Gale. puto porro de rabie quæ hydrophobia est illum intellexisse. nam sumpta rabie pro ingenti furore, vel alienatiõe rabit camelus & elephantus (autore Arist. 8. de natura anim. cap. 22.) rabit etiam equus eo autore. 24. cap. eiusdem lib. ex ijs vero quæ in hoc cap. dicit Arist. facile colligitur rabies nomen apud illum plura complecti, quam apud Galenum: de morbis equi loquens Aristo. dicit. quod autẽ Limphari dicitur tale est vt equus ob tibię sonũ quiescat & demittat frontem, cum vero conscenderis citetur contentius donec retineas. demissus etiam tristis est, si rabie tenetur: in hac parte clarè insinuat Aristo. equi rabiem non esse nisi quandam alienationem, ad quem modũ dixit poeta Hecubã esse limphatam. Cæterum & rabies elephanti non est hydrophobia, quod colligitur ex ijs quæ dicit Plini. 8. lib. cap. 19. qui dicit

domantur

UVA. BHSC. IyR_342

domantur rabidi fame, & verberibus & elephãtibus alijs admotis qui tumultuantẽ catenis coerceãt. alias circa coitus maxime efferãtur, porro si elephãtorũ rabies esset hidrophobia, vt rabies canũ, nõ esset admoliẽda fame, & verberibus. neq; alij elephãti essent admouẽdi. periculũ enim esset, ne à rabidi morsu peterentur. est ergo elephãti rabies furor ingens vel alienatio, rabit etiã muroena si acetum gustauerit autore Plinio, non tamẽ sic rabit vt aquam fugiat. non est ergo rabies muroenæ hydrophobia talis quidem naturæ est venenum canis, vt lib. de theriaca ad Pisonẽ diximus, quòd pauorẽ aquæ incutiat, quã naturam non videntur habere alia venena. cõtingit tamẽ si Aetio cap. de melancholia credimus, hominem melancholia appręhensum (citra canis rabidi morsum) fieri hydrophobũ. nõ sufficit porro ad hoc quòd sit rabies vt est rabies canum, ꝙ homines aquam timeant, requiritur vltra hanc alienationẽ quòd sit venenatus qui rabit, ꝙ si contingat in homine gigni venenum quod faciat aquam timere, & modo quo canes agitat homines agitet, rarũ est, nec peculiare hominibus sicut canibus. Cæterũ id quod Alex. aphrod. proble. 75. sectio. 4. dixit, canes rabie quæ vehemens furor est solũ præhendi. eoꝙ sicci sunt tẽperamenti, non integre potest satisfacere. cum sint animalia siccissima, quę rabie nõ præhẽduntur, ꝙ si furorẽ illũ qualẽ phrenitici habent rabiem vocat, quid obstat quòd furorẽ quem habet taurus exagitatus & aculeis petitus rabiẽ vocet. Cęterũ prẽter temperamẽtum & præter ædulia quibus canis vti solet, non parũ agit ad hoc ꝙ frequenter rabie petatur, ꝙ nullã futurã in craneo habet, quo fit vt vapores praui qui cerebro aceruãtur, nõ possint efflari. ibi igitur detẽtis cerebri natura adeo peruertitur, ꝙ ea quę magis canes apetunt fugiunt, & pauent. sed de ijs multa in meis quinquagenis, diximusꝙ aliqua lib. de theriaca ad Pisonem.

Nam si aliquid vteri ascendere videatur, id est prẽxiguum, neꝙ sufficit ad hoc vt totus ipsius fundum ne ad ventriculum quidẽ ascendisse ostendat, tantum abest vt hunc prẽtereundo ad septum transuersum pertingere possit.

¶Gale. hac parte non negat, quòd ad ventriculum vsq; non possit pertingere vterus, quare nõ est quòd dixisset Ioannes Fernellius. 16. cap. pathologię, ꝙ Gale. motus autoritate nunquàm putauit, vterum nihil vel perexiguum ascẽdere, sed depræhendisse illum instar globuli cuiusdam in ventriculum vterũ efferri, subdit, neq; id sane alienũ magis videre debet, quàm eiusdẽ prolapsus, qui totus procidit, in ijs fallitur Fernellius, primo quia Gale. non negat quòd ad ventriculũ possit efferri vterus, secũdo quia ex tactu nõ poterat deprẽhẽdere, id quod instar globuli vẽtriculo incũbebat quòd esset vterus, poterat quidem esse fiatuosus humor, poteratq; esse intestinum conuolutum. nec rationi est consentaneum, ꝙ sicut vterus potest totus prolabi, totus ascendat, nam ascensui obstant membra quę sunt supra vterum, quę descensui nõ obsistunt, in hac parte dicit Fernellius, quòd demiratur Gale. qui dixit cõtra Plato. quòd vterus nihil aut perexiguum nõ mouetur. certe magis admirandus venit Fernellius, qui Gale. imponit quod non somniauit. non carpit Gale. Plato. in hoc quod sensit ꝙ vterus mouetur, sed in hoc quod credidit, vterũ per totũ corpus oberrare, & animal esse. sed certe durum videtur creditu, quòd tantus philosophus crediderit, vuluam per corpus oberrare. modo quo interpretatur Gal. credo quidẽ voluisse Plato. vterũ per cõsensum petere corporis præcipuas partes, quomodo dixit Hip. lib. de natura muliebri vterũ progredi cor & viscera.

Fernelium taxat.

Vt quidam dicunt amantes phœnices pati.

¶Arist. 5. de histo. animi. cap. 5. dicit. circa phœnicem pisces vel mutuo sexuum aspectu capi accepimus, mugiles enim mares à piscatore subducuntur, quorum aspectu fœminæ cõgregãtur, atq; ita obretiuntur ad vehemẽtem hunc amorem, quem pisces circa phœnicẽ habere cõspiciuntur credo respexisse Gale. & credo quidẽ etiam inde ortũ, vt ij qui vehemẽter amant dicantur amãtes phœnices, significant quidem, hos incontinẽter amare. vt pisces apud phœnicem. nec me latet literarũ monumentis esse traditum, phœnices fuisse Deæ veneris cultores, sed nihil hoc ad dictum Galeni.

Annotationes in librum de pulsibus ad tyrones

Vniuer-

UVA. BHSC. IyR_342

1. NIuersę arteriæ pulsum habent, non modo sibi inter se, verũ etiam cordi ipsi persimilem, adeo vt ex vna ipsarum possis de reliquis iudicium ferre.

¶Eandem pulsandi rationem habent arteriæ & cor, contingit tamen pulsum arteriæ multum euariare à motu cordis, nimirum si cor est debito calidius, & arteriæ debito frigidiores. cõtingit etiã aliquas partes cordis esse calidiores, alias frigidiores, vnde euenire potest, vt non omnes arteriæ pari impetu ferantur: cum vero possit esse quòd diuersam temperaturam habeant cor & arteriæ nõ est alienum à ratione, quòd sit distemperamentum in corde & arterijs, & pulsus appareat moderatus, corde quidem existente calidiore, & arterijs frigidis: potest ędi pulsus qui appareat moderatus: vt colligitur ex ijs quæ. 3. lib. de præsag. ex pulsibus dicit Gale.

Ibi. Porro quæ in temporibus sunt tarsis pedum & interna parte corporis hæ perpetuo motu sensibili præditæ sunt.

¶Non hoc semper est perpetuum. potest quidem esse vt arteriæ quę sunt ad carpum, ex proprietate conformationis nullam regionem vacuam habeant: cęteris arterijs conuenientem amplitudinem habentibus, ob quod potest fieri, vt illę non videantur pulsare, vidi ego sane aliquot homines quibus arteriam quæ erat ad vnum carpum non pulsabat, vidi alios qui ex naturali conformatione habebant semper pulsus inęqualitatem, quod euenire posse, eo quòd in vna parte arterię sit maior amplitudo quàm in alia dicit Gale. 1. lib. de prędagatione ex pulsibus.

6. Nonnunquàm etiam ordine quodam certe ictuum numero pulsibus prioribus, vnus intercurrit impar.

¶Ex ijs quæ hoc capite dicit Gale. clare colligitur pulsum ordinatum ad inęqualitatem attinere, quod etiam professus fuit. 2. lib. de causis pulsuum. neq; ijs obstat quod ibi dixit, ordinem familiarem esse naturæ. ordo quidem familiarior est naturæ. placuit tamen nomen ordinati pulsus ad pulsus solum inęquales reducere. quòd si ille ordinatos pulsus naturales vocare voluisset, potuisset quidem. & quam illi indidisset nomenclaturam sequeremur. sed vbi nulla est varietas vt in pulsu naturali, improprie dicitur esse ordo. Celsus tamen ordinem pulsuum ad sanitatem attinere sensit, sic quidem dixit. 3. lib. cap. 6. cuius venę naturaliter ordinatę sunt. Cæterum qui pulsus iuxta Gale. sit peior ordinatus, vel inordinatus, perspicue explicat ille. 2. lib. de prędagatione ex pulsibus. ordinatus pulsus inordinato est certior, erit vero melior vel peior, prout causa fuerit in quam migrat.

§. Quòd si coniunctum cum distentionis paruitate sit, vocatur vermiculans, sin autem cum magnitudine vndosus simpliciter.

¶Cum secundo de causis pulsuum dicat Gale. quòd vermiculans pulsus hoc differt ab vndoso, q; hic fit à copia humorum, ille ab imbecillitate facultatis, non videtur, quòd in vndoso sit magnitudo distentionis. quoniam copia humoris non facit distendere arteriam, sed nõ intelligas quod multum sit distenta, sed quòd est magis distenta quàm in pulsu vermiculante. Cæterum quòd ab imbecillitate facultatis possit vermiculans pulsus effici, posseq; ex facultatis imbecillitate pulsum inæqualem ędi, iam ex Gal. probauimus lib. 1. de difficultate respirationis.

10. Viri mulieribus pulsum fere habẽt tum maiorẽ tũ vehemẽtiorẽ.

¶Fere addidit, quia mulier calidissimo temperamento maiorem & vehementiorem pulsum quàm vir imbecillus & frigidum temperamentum habens, obtinet, hoc est rarum. frequens tamen est virum maiorem & vehementiorem pulsum habere, quo plus calidi habet, hoc habet facultatem vitalem fortiorem, & maior copia calidi maiore ęget euentilatione.

Ibi. Calidiores natura multo habent maiorem celeriorem crebriorem vehementioremq; pulsum.

¶Si caliditas nõ sit multum deducta à temperamento, non ab re quis poterit defendere, quòd qui calido sunt temperamento vehementiorẽ pulsum habeant quam temperati: quia vti adscititius calor (quem ratione ętatis habent iuuenes) facit vt facultatem vitalem distendentem pulsus fortiorem habeant illi quàm pueri, sic acquisititius aliquis calor qui ratione tẽperamenti acquiritur, po

test

UVA. BHSC. IyR_342

teſt virtutem vitalem fortiorem reddere, ſed de ijs ſequenti theoremate.

Ibi. Pro anni temporibus medio vere pulſus maximi ſunt, & vehementiſsimi, vt in temporibus celeritate & crebritate moderati. parimodo medio autumno.

¶Non vult quòd ſit æque fortis pulſus medio autumno ſicut medio vere, ſed quod quodammodo reſpondeant. porro non eſt menſuranda actio facultatis vitalis quæ pulſus eſt cum actione facultatis nutriticis, alias fortior eſſet vis vitalis in pueris quàm in iuuenibus, & fortior hyeme quàm autumno. debilitari quidem in principio ſomni vim vitalem dixit Galen. tertio de cauſis pulſuum, facultas tamen nutrix tunc non debilitatur.

Aqua minimam omnium ciborum & potuum mutationem inducit, quanquàm perinde vt cibi & hæc mutet.

¶De potu aquæ quam homo illi aſſuetus bibit intelligit, nam copioſus aquæ potus ijs qui illi non aſſueuerunt maxime pulſum mutabit, ſed hic potus non inter cauſas naturales de quibus tractat, ſed inter cauſas præter naturam eſſet numerandus. Cæterum cum audis perinde vt cibum aquam mutare, in hoc ſenſu intellige, quòd non plene vt cibus mutet, quando ille ſufficit alimentum, & per ſe calorem auget, quorum neutrum facit aqua, ſed in hoc habet conuenientiam aqua cum cibo, quia perinde vt cibus in ventriculo coquitur, & vt in coquendis cibis calor laborat ſic in coquenda aqua, & vt alius pulſus eſt ventriculo cibis pleno, quàm ieiuno, ſic alius eſt pulſus ei qui ſitit quàm ei qui aquam hauſit, licet mutatio non æque appareat ſicut ex aſſumpto cibo vel vino.

Iam ſomni etiam ſint ſi quid aliud naturales qui & ipſi variant pulſus: initio minores languidiores tardiores rarioreſq; reddunt, poſtea tarditatem pedetentim augent, & raritatem præſertim à cibo.

¶Vt tertio de cauſis pulſuum cap. 8. dicit, nõ abſolute eſt tardus pulſus in progreſſu ſomni, eſt tardus quo ad diſtentionem & celer quo ad contractionem, ſed qui contractionem non aſſequuntur arteriarum, ſed diſcernunt ex ſola diſtentione pulſum, hi tardum abſolute dormientium pulſum eſſe dicunt. eſt quidem tarda diſtentio, quia motus caloris qui foras tẽdit minutus eſt, viget autem qui intro.

12. Nunc mutationes ex cauſis præter naturam exponamus, illaq; commemoremus, priuſq; iam de cauſis præter naturam communitate orationis conſcripſimus.

¶Inter cauſas naturales poſuit Galen. hoc libello & lib. 3. de cauſis pulſuum ſomnum & vigiliam, contra quam plerique illi aſcribunt. qui ſomnum & vigiliam ad cauſas non naturales referunt, lib. etiam de cauſis pulſuum cap. 1. affectus animi quos inter cauſas non naturales multi numerant, ponit Galen. inter cauſas præter naturam. at ſi affectus animi non eo euehuntur, quòd corpus vehementer mutare poſsint, non ſunt inter morbificas cauſas numerandi. poſſuntq; eſſe ex numero cauſarum non naturalium.

Ibi Minorem noxam intercurrentes, deficientes grauiorẽ ſignificãt.

¶Solet intercurrens pulſus criſim præſagire. quo tempore non eſt multa noxa, fit quidem intercurrens pulſus cum cor ab humorum colluuie eſt oneratum, aut arteriæ obſtructę. Cæterum cum audis deficientem pulſum, non intelligas, quòd prorſus ſit abolitus, quia in abolito nulla eſt vitalis facultatis functio, in deficienti eſt licet aliqua parte ſit amiſſa. differt vero deficiens ab intermittente, quòd hic in vno aut altero pulſu aut certe in numero pulſuum certo intermittit. deficiẽs in omnibus. porro ſi intermittens duorum motuum tempus moretur, vix quiſquam poterit ſeruari, quòd ſi in vteri ſtrangulatu vel apoplexia pulſus maiori ſpatio videtur morari, conſidera quòd licet tantum tempus videatur morari in arterijs quas attrectamus, non ſequitur cor & arterias illi propinquiores omnino non pulſare.

15. Iræ altus eſt pulſus magnus vehemens.

¶Ob impendentem neceſsitatem dicit Gale. 4. lib. de cauſis pulſuum vim vitalem in ira maiori vi ſuam

UVA. BHSC. IyR_342

suam obire functionem, insinuat quidem, quòd etsi vis non est fortior, ob finis necessitatem maiori conamine suam functionem obire. sed non est inconueniens fateri ab ira si modum non excedat vitalem facultatem roborari, vti enim in iuuenibus ratione ascititij caloris qui ratione ætatis acquiritur vis pulsatilis roboratur, potest in iratis ratione caloris quem ira prestat facultas vitalis roborari, temperatior est ętas epheborum quàm iuuenum. esse tamen vitalem facultatem in iuuenibus fortiorem, 3. lib. de causis pulsuum dixit, ad hunc modum dicemus & ijs qui largiter vinum biberunt vim vitalem roborari.

Ibi. Inflammatio omnis habet communem pulsum veluti serrantem vt alia pars attolli arteriæ alia non videatur.

¶Hinc claret eos deerrare, qui serrantem pulsum esse proprium pleuriticis credunt, neq; ijs aduersantur, quę cap. 9. huius libri dicit Gale. cum ait simili modo illa inęqualitatis species quę serrantis imaginem prębet in primis pleuritidis est signum: nam hac parte non vult Gal. quòd pulsus serrãs solum pleuritidi conueniat, sed quod pleuritis non est citra pulsum serrantem, non est quidem proprium serrans pleuritidi primo modo sed secundo modo, quod conuenit omni sed non soli. Cæterũ ꝙ nõ omni inflammationi sit proprius serrans pulsus, satis exacte explicat doctor Ferdinãdus à Mena vir exactissimę & singularis eruditionis Philippi Hispaniarũ Regis meritissimus medicus.

17. Phtisicorum pulsus paruus & languidus est & mollis & modice celer atq; hecticus.

¶Si hecticus pulsus autore Gale. 4. lib. de causis pulsuum cap. 9. dicitur quia est vndequaq; similis, non semper tibi apparebit hecticus pulsus phtisicorum, quia ex nouo quæ ad pulmones fit defluxu, vel pauca temporis intercapedine pulsus mutatur, quòd si phtisis eo progressa est, quod marcorem in omnibus membris induxerit, non apparebit pulsus mollis sed durus. sed tunc potius consideratur pulsus quatenus est marcescentium, quàm quatenus est phtisicorum.

18. Peripneumonicorum magnus est pulsus & lãguidus, mollisq; similiter atq; lethargicorum pulsus.

¶Si peripneumonia est inflammatio, videtur nihilosecius illam pulsum durum, quàm cæteras inflammationes comitari. at cum Galen. hac parte & lib. de causis pulsuum asserit, peripneumonicorum pulsum esse mollem, nõ sentit peripneumoniam ab humore calido & sicco proficisci: sed à pituitoso & crasso sanguine. pituitosus vero & crassus sanguis plus faciunt tumorem œdemosum quàm inflammationem, quòd si à sanguine mediocrem consistentiam habente vel à sanguine bilioso ea parte sensisset peripneumoniam proficisci, non absolute scripsisset, peripneumonicorũ pulsus esse molles. indicauit hoc Galen. cum. 4. lib. de præsagatione ex pulsibus dixit: duriores quàm oportebant fiũt pulsus, per intemperiẽ siccã & inflãmatos atq; induratos pulmonis tumores. molliores vero per oedemata. Cæterũ ꝙ Gal. in vna parte voluerit peripneumoniã nullo modo ab humore vehementer calido proficisci, & in alijs aliud senserit. 2. lib. de locis patiẽtibus declarauimus.

21. De pulsu phreniticorum is est affectus, quem dico qui ex signis sibi adiunctis defectu proprij nominis cognoscitur.

¶Loquitur Gale. de affectu qui medius est inter phrenitidem & lethargum, hunc dicit non habere nomen, at. 1. lib. prorrhe. com. 1. typhomaniã dicit hũc morbũ appellari, idẽ dixit lib. de comate.

22. Cathocorum pulsus iuniores ipsum affectum cathocum, & cathalepsim vocant.

¶An Cathocus differat à cathalepsi. 3. lib. de locis patientibus est declaratum.

25. Comitialium & attonitorum similes pulsus sunt, quare de comitialibus quę exponemus eadem de attonitis (sed cumulatius) accipienda sunt. dum modice infestatur natura neque dum eam multum superauit morbus, nullam inuenies mutationem insignem magnitudinis vehementiæ celeritatis & crebritatis, duritiei.

¶Cum apoplexiam quanuis leuem superare sit difficile, mirum alicui videbitur, quòd sit apoplexia

UVA. BHSC. IyR_342

xia quę modice infeſtet naturam, mirum. etiam videbitur, quod pulſus apoplexiæ quæ neruos reſolutos reddit, ſit idem cum pulſu epilepſię cui eſt neruorum conuulſio comes. porro licet apoplexia quanuis leuis virtutem animalem multum infeſtet, virtutem tamen vitalem quæ arterias pulſat non ſic opprimit, quare nemo mirari debet, quod leuis apoplexiæ & epilepſię pulſus ſimilentur. ſimilantur vero in duricię pulſus apoplexiæ & epilepſiæ, quia licet nerui reſoluantur in apoplexia ꝓpter multã euentilandi caloris neceſsitatẽ quã apopletici habent, eſt tãta in pulſu crebritas, ꝙ duritiei notã repręſentat. ſed eſt cõuulſis (vt Gal. dicit) intẽta vtrinq; arteria q̃ nõ in apopleticis.

27. Orthophnoea acuta inæqualem & inordinatum pulſum habet.

¶De paroxiſmo aſthmatis loquitur, quod vero plura complectatur orthophnoea, aſthma, diximus iam lib. 7. de medi. localibus.

28. Vteri ſuffocationis pulſus vt ſi conuelleretur. protenſus eſt, & rarus, quod ſi exitialis ſit ſuffocatio creber inordinatus.

¶Gale. 4. lib. de cauſis pulſuum eo dicit pulſum vteri ſuffocationis eſſe protenſum, quia vterus eſt neruoſus, ſed ꝙ vere non ſit neruoſus, ſed quadã ſimilitudine. 6. lib. de morbis vulg. eſt explicatum.

30. Aquæ intercutem pulſus aſcite paruus, crebrior, ſubdurus cum quadam tenſione eſt, illius quam hydropem anaſarca Græci vocant, vndoſus, tardior, mollis.

¶Eſt ſubdurus pulſus in hydrope aſcite in qua plurima ex parte eſt vehemens obſtructio, vel durus tumor, ipſa quæ ventre continetur aqua exiccatiua eſt, ipſaq; aqua molles facit arterias diſtendere, mollis fit pulſus in hydrope anaſarca, quia à multa humiditate qua totum corpus madidum eſt redditum nimis humectata eſt arteria. ſi tamen iecur ſcirhoſo tumore in anaſarca eſt affectum, eſtq; aqua (vt ſępe ſolet) in ventre aceruata, pulſus non apparet multum mollis, quo humiditas in membra diffuſa molliciem auget, hoc tumor durus & aceruata aqua tenſionem inducit.

Liber primus de Criſibus.

2. Vnt omnia ægritudinis tempora quatuor numero principium, incrementum, ſtatus & declinatio.

¶Vltra hæc tempora poſuit inęqualitatem Gal. lib. de morborum temporibus, ſed hæc quinq; tempora ad quatuor reducuntur. inęqualitas enim pars eſt augmenti vel prima eius pars ad principium attinet, ſecunda ad augmentum, maioris, porro lucis nomine, ob eos qui in medicina ſunt parum verſati, inęqualitatem ab alijs temporibus voluit diſtinguere citata parte.

3. Voco autem intermiſsionem, quando febris in quietem deſierit, voco autem declinationem omnem eius partem quæ vigorem ipſum ſubſequitur, vſq; ad ſecundæ acceſsionis principium.

¶Hac in parte declinationem complecti intermiſsione quæ eſt inter vnam acceſsionem & alterã vult Gale. lib. vero de morborum temporibus maioris doctrinæ gratia, ad eos qui in arte medica non ſunt exercitati remiſsionem aliud tempus dicit conſtituere.

4. Morbus autem comitialis, & articularis, & coxendicum, & renum dolores longi temporis principium habent.

¶Videtur hoc contrarium ijs quæ dixit quinta ſectione aphoriſ. aphoriſmo. 30. vbi morbum comitialem numerat inter morbos acutos, ſed ibi de paroxiſmo morbi comitialis intelligit.

5. Sputũ oportet in oĩbus doloribus, qui ſunt circa pulmonẽ ac latera celeriter expui ac facile, cõmiſtumq; videri vehemẽter flauũ ſputo.

¶Ex Hippo. citat hanc autoritatem Gale. eſt vero ſcrutatione dignum, cur ſputo debet vehementer flauum eſſe commixtum. videtur quidem quod erat vtilius ſanguineum ſputo cõmixtũ, cũ ſanguis ſit laudabilior humor. ſanguineumq; ſputum atteſtetur ſupra ſanguinem. & flauum ſupra

bilem

UVA. BHSC. IyR_342

bilem, ſed ſi conſideras, quòd optimum ſputum debet eſſe morbi iam concocti, videbis melius eſſe id cui vehementer flauum eſt commixtum; nam ſi ſanguineum ſpuitur, ſignificat morbum adhuc non eſſe coctum, ſi vero ſputo flauum eſt commixtum, ſignificat præſentem coctionem: porro etiã ſi pleuritis vel peripneumonia à ſanguine ortum ducat per coctionem multa pars ſanguinis in album ſputum mutatur, cui pars quę per putredinem in bilem fuit commutata, quę flaua eſt, ſputo cõ miſcetur, quo vero vehementius fuerit admixta hoc ſignificat perfectiorem coctionem.

7. In paſsionibus autem ventris, ſi ſine febre fuerint ſola excrementa inſpicere oportet, ſi etiam cum febre etiam vrinas.

¶Ex his quæ hac parte Gal. dicit patet, quantum hallucinẽtur, qui omnium affectuum vrinam eſſe iudicem arbitrantur. Cæterum vt in paſsionibus ventris, ſi febris non adſit vrina non eſt contemplanda, ſic in paſsionibus vteri neq; in alijs huiuſmodi affectibus eſt inſpicienda.

9. Tranſlatum autem eſt ad eas quæ properant, & celeriter mouentur ægritudines, & præcipue cum laborantis ſenſus ab inordinata humorum & ſpirituũ agitatione irritatur, nam in his tantum quiſpiam rationabiliter pharmaco vteretur, cum per ſe habeat adiuuantem ad facilius attrahendum, ſuperabundantium humorum motum.

¶Exponit Gale. aphoriſmum, cocta medicari & mouere non cruda, ex cuius quidem expoſitione colligitur, quòd in his qui facile irritantur, vt ſunt qui natura ſunt pichrocoli vel qui nimis ſenſibile habent ventriculi oſtiolum, quòd erit feſtinandũ in propinando medicamento purgatorio. hoc enim inſinuat, cum dicit laborãtis ſenſus irritatur, non vero omnes ab æquali humore vel ab humore ęque mordaci æqualiter irritantur. Cæterum cum contingat & in febribus intermittentibus ex bile aliquos facilime irritari, adeo vt in initio acceſsionis confluente bile ad ventriculum ex irritatione animi deliquio præhendantur, non ab re erit, ijs & inter ægritudinis exordia medicamentum purgatorium exhibere. quod vero in hac parte dicit Gale. q; à ſpirituum agitatione irritatur ægrotans, ſic eſt intelligendum, quòd ſpiritus ſic agitati ſint cauſa, vt natura tantam noxam ſentiens aſſumat conatus ad depellendos humores, quod vero in ea parte quæ dicit ad attrahendũ ſuperabundantium humorum motum, non vult q; ex ſuperabundantia humorũ fiat turgentia, ſed ipſi humores qui turgent licet ſolum qualitate infeſtent quia iam naturæ noxij ſunt dicuntur ſuperabundare.

11. Cum fieri nõ poſsit, vt qui ægrotat acute præſertim, ventrem habeat robuſtiorem, quàm ſanitatis tempore.

¶Non videtur à ratione alienum, quòd aliquis cui multum madidus eſt ventriculus, & excrementis plenus, quòd auxilium aliquod ad concoquendum ſuſcipiat à leui febre: nam vt febris concoquit grauedines autore Gale. ſexto vulga. commenta. tertio, facit ad concoctionem recrementitiæ humiditatis, quæ eſt in ventriculo: vnde poteſt euenire vt melius ventriculus coquere poſsit: certe febris aliquando ſolet coctionem ventriculi adiuuare, ſed quando illa durat calori concoquenti non præſtat opem, potius hoc auxilium ſentitur abſumpta humiditate quam demolita eſt febris, febreq; ipſa iam ablata, quòd ſi contingit & febre afficiente melius quàm antea ſuum munus ventriculum exequi, rariſsimum eſt hoc, nec in febre acuta de qua Galen. loquitur id videre contingit, ob quod bene dictum eſt à Gale. acute præſertim: adde quòd qui illa excremẽta habet antea quàm febrem inuaderet non merebatur in ſanorum ambitu collocari.

11. Si vero cum aliquo morſu celeriter exeat id ex irritatione quapiam contingit, neq; robur aut imbecillitas aliqua exinde ſignificetur, ſed ſine morſu aut aliquali accidente in tempore oportuno excernatur, tres ventriculi vires vigere demonſtrat, alteratricem, retentricem, & expultricem.

¶Videtur eſſe contradictio in his quæ dicit Galen. dicit ex morſu neq; robur neq; imbecillitatem

UVA. BHSC. IyR_342

significari,& postea subiungit excrementum quòd sine morsu aut aliquali accidenti excernitur, vires ventriculi vigere demonstrare.sed si consideras nulla est cõtradictio,morsus excrementi quatenus potest esse ratione ciborum acrium vel alicuius humoris mordentis ad intestina delati non attestatur supra robur vel imbecillitatem facultatis concoquentis:id vero quòd non mordet & cętera quæ bono excremento conueniunt habet non solum vim concoquentem validam esse demõstrat,sed etiam alias duas vtpote alteratricem & retentricem.

Vnde quinetiam viscosum nisi & hoc ex cibi natura tale sit, coliquationis est indicium.

¶Est pituita viscida supra quam non minus videtur attestari excrementum viscidum quàm supra colliquationem,sed in febre acuta non potest esse tanta pituitæ visciditas, pituitaq; potius excremento miscetur,quam est excrementum viscidum de quo Gale.loquitur.

Vnde spumosum excrementũ fit sicut in exterioribus accidit cũ scilicet feruor ineſt,vel aliquis flatuosus spiritus humiditate cõmixtus est.

¶Vt.2.lib.apho.apho.43.dicemus,non videtur fieri spuma citra flatuosum spiritum, nec videtur à solo vehementi calore fieri spuma, alias bilis feruida vel atra spumosæ semper apparerent: sed de his citato loco.7.apho.apho.29.

12. Quæ quidem vrina optime cocta in his qui supremũ sanitatis obtinent gradum considerare oportet,talis enim est subrusa & subflaua.

¶Ex his quæ hac parte dicit Gale.colligitur apud Aetium textum esse deprauatum,vbi legitur medium colorem esse subpallidum & subflauum,legendum est pallidum.nam Gale.in hoc capite quẽ exponimus pallidam vrinam iam esse subrufam dicit, subrusa vero naturalis est.ex his etiam patet autorem de vrinis multum deerrare à sententia Gal.qui rufum colorem putat esse medium, & pallidum colorem non attigisse colorem naturalem.notandum vero est,quòd in sanitate est latitudo, & quantumuis quis sanus sit,non omnibus horis eodem exquisito colore est reddenda vrina, quod considerans Galen.ne medicus in exquisito colore sanitatem poneret,duos posuit colores subrufum scilicet & subflauum.nam post cibum vrina hominis sani ad subrufum magis tendit, completa coctione ad subflauum:ratione etiam ætatis vel sexus aliquibus magis conuenit vna vrina quàm alia,viris subflaua mulieribus subrusa,subflaua iuuenibus subrusa pueris.

12. Quoniam vrina quæ statim quidem resident parum aliquid inæqualis turbulentiæ super esse demonstrat,quæ vero semper manet similis,vigere adhuc quæ est in sanguine agitationem ostendit, quæ vero extra conturbatur,debet incipere concoqui.

¶Aetius vrinam quæ extra conturbatur iam incepisse concoquere dicit, debet esse textus deprauatus,debetq; legi significat hæc vrina naturam incepturam concoquere,nam quæ multum crassę sunt, quales sunt iumentorum nullam coctionem adesse significant.

Ibi. Quantum autem ad vsum refert facillimum inuenire est, quòd vrinas quæ secundum naturam se habent terminus est in optimis sanis corporibus primum coctionis sanguinis tempus.

¶Per tempus coctionis sanguinis non est intelligendum. tempus sanguinis generationis,sed tempus quo sanguis in venis coquitur & elaboratur. iuxta ea quę diximus.1.lib.de sanitate tuenda dictum esse à Gale.dicto lib.vrinam esse excrementum venarum & non hepatis.

Ibi. Vim vẽtriculi operatio in pueris non potest, duobus simul sufficere augendo scilicet,atq; alendo,antequàm ergo in ipso sufficiẽter alimentum coctum ipsum ad se corpus trahit, atq; hinc fit vt plurimũ humoris coaceruet.

¶Ob ea quę hac parte dicit Gal.solent pueri (licet vi naturali vigeant) frequẽter morbos incurrere.trahũt quidẽ in illis mẽbra alimẽtũ nõ sufficiẽter coctũ,vt scilicet ali & augeri possint. Cæterũ si omni-

UVA. BHSC. IyR_342

si omnibus pueris id fit, patet puerum temperatum non sic commensuratas habere vires, vt tantũ appetat, quantum solum coquere potest.

Ibi. Pessima est igitur omnis vrina denigrata, adeo vt neminem vnquam seruatum viderim, ex his qui talem vrinam minxerunt.

¶In morbis acutis quorum pręsagia hac parte expendit Gale. vrina nigra quatenus indicat calorem immoderatum vel vehementem refrigerationem semper est praua, at in morbis longis vtpote in quartana solet citra periculum excerni, sed nec tunc est tota nigra.

Ibi. Color vero liuidus est tantum frigiditatis effectus.

¶Contra hoc videtur Arist. 3. lib. de natu. anima. cap. 21. qui lac liuidum tanquàm magis concoctũ laudat, vt vero lac per coctionem acquirit liuiditatem videtur & vrinam illam acquirere posse, sed credo non idem esse liuidum Arist. quàm Galeno, Gale. vrinam liuidam dicit, quæ colorem plũbi repręsentat Arist. lac liuidum dicit quod contraxit fuscedinem.

14. Alterum vero genus est signorum simul atq; accidẽtium, quod neq; decretorium nominatur, quoniam neq; ostendit neq; facit crisim, neq; omnino fidum est, sicuti coctiones, neq; infidum ex toto, sed est inuenire inter ea, quædam bona simpliciter, quædam autem mala, atq; hæc quidem esse talia, vt plurimum omnibus ineſt.

¶Contradictionem in hoc textu reperit Fuchsius, dicitq; pugnare quòd signa sint semper talia, & quòd vt plurimum sint talia, hoc ob nomẽ asseuerat, textum esse deprauatum, sed certe si Fuchsius & alij recte textum expendissent, nullam contradictionem reperissent, voluit quidem Galen. aliqua signa semper ex se esse bona vel mala, & quòd hæc signa vt plurimum in omnibus ægrotantibus sint talia, dixit vt plurimum, quia licet signum ex se semper sit malum contingit propter peculiarem proprietatem in aliquo ægrotante non esse tale: malitia quidem pulsus semper ex se est malum signum, sed ex peculiari proprietate accidit quòd alicui non sit malum, nam aliqui ex sua natura, propter vitiatam arteriæ quæ est ad carpum formationem, vel alia causa habent pulsum in ęqualem, hæc inęqualitas non est cur medicum terreat, licet multa inęqualitas pulsus ex se inter signa quæ semper mala dicuntur numeretur.

14. Vel vigiliæ aliquæ vel somnus grauius sunt tantum signa crisis sicut & creber anhelitus quem asthma Græci vocant.

¶Nom omnem crebrum anhelitum, sed qui facit recto torace respirare, & est citra febrem, asthma vocatur, vt exposuimus iam septimo loca. quare fusiori significato hic summitur asthma, quàm alibi accipere consueuit, nam creber anhelitus qui hic crisim præsagit cum febre est, cum qua non est verum asthma.

19. Et primum igitur morbi principium iuxta secundum significatum, in hoc circunscribi tempore prius dicebam.

¶Dixerat in fine capitis sequentis, quòd primos vocat dies ægritudinis, quos primus præfinit quaternarius, dicit quòd in hoc tempore circunscribitur principium secundo significatu sumptũ. porro cum principium hac significatione ad tertium extendatur diem, vt parum infra Gale. dicit, claret quòd quando parte quam annotauimus dicit, quòd principium circunscribitur primo quaternario, quòd non vult quòd primum quaternarium complectatur, sed quòd est infra dies primi quaternarij.

Liber secundus de Crisibus.

2. Implicem itaque dispositionem nemo qui perspicaci sit intelligentia ignorabit.

¶Si tam facile ægritudines dignosci possent, nõ est cur iudicium esse difficile in apho

UVA. BHSC. IyR_342

rissimis dixisset Hippo. porro quòd & Galen. non tam facile ægritudinum notitiam attigerit alibi iam diximus.

Quòd si vt diximus otiosam & secordem vitam egeris, vel laboriosam quidem sed circa deteriora, diuitias, honorem, & ciuilem potentiã, veritati prę ferendo, melius tibi fuerit, neq; hãc cõtẽplationẽ attingere.

¶Pauci sunt qui à philosophiæ & medicinæ contemplatione non se subducerent, si tam ex animo medicinæ studium pectori debet insinuari, qui sunt quos diuitiarum cupido, vel rei familiaris cura vel mercatura, vel ludus à vera medicinæ contemplatione non trahat auersos. intelligunt quidem qui diuitijs inhiant ditari breuius, qui Mercurio quàm qui apollini se deuouerunt, ideo breui medicinę practicæ lecto libello, totam suam operam in acquirendis diuitjs. vel mercibus missis ad indos procurant.

4. Sed huius quidem vetulæ nec meminisse conuenit.

¶De Thessalo loquitur, vetulam vocat, & puto corniculæ intelligendum, cornices accipi solent pro ijs qui se sapientiores ac duces aliorum videri volunt, quod crimen semper thessalo obijcit Gale. cornex vero quia multo tempore viuere creditur vetula & annosa poetis dicitur.

5. Tertianis vero parui quidem ac debiles, tardiq; ac rari, cum incidunt pulsus necessario adsunt.

¶Non hæc obstant his quæ dixit. 1. lib. ad Glauconem vbi dixit pulsus tertianis esse magnos, quia hac parte intellexit in accessionis progressu, parte vero quam exponimus tempore quo tertianæ inuadunt.

4. Tertianam quidem à quartana qui primo statim die nescit distinguere, neq; medici meretur nomen.

¶De tertiana exquisita loquitur, nã tertianæ spurię paroxismũ non est tã facile distinguere à quartanę accessione, quòd si omnes qui tertianam exquisitam primo die à quartana nesciunt distinguere, nomine medici non sunt dignandi, multos habet Hispania medici nomine indignos, qui putant se posse certare cum musis.

7. Neq; enim si etiam synochum ipsam nominaueris, vt quidam medici faciunt, appellationis ratione à febribus deurentibus differt.

¶Exquisita febris ardens est quæ ex bile intra venas contenta oritur. mos fuit tamen aliquibus medicis, & synochum febrem ardentem vocare, iuxta quorum morem, dixit Gale. 1. lib. apho. apho. 23. in febribus deurentibus sanguinem esse mittendum vsq; ad animi deliquium.

8. Quòd igitur nullus scribendi modus mordacitatem possit effugere, tam est antiquum quòd Plato huius rei meminit.

¶Si eo quòd Mars planeta inuidus medicinæ præest medicorum genus est inuidum vt astrologi clamant, vix vlla scripta mordacitati tantum patebunt ac medicorum. nec certe contentio in alijs qui eadem arte versantur sic ac in medicis debaccatur, quare quòd de figulis dixit Hesiodus, medicis multo congruentius conueniret. sed inter illos est honesta æmulatio. sed inter medicos rixosa & iniqua contentio, & ante Platonem fuit inter philosophos disceptatio, quare & ante illum subire debebant scripta vellicationem, quòd si verum est quòd Plato suum magistrum Socratem scriptis fugillauerit, vt dicit Athe. vnde. lib. dinosophis. cap. 22. tacere illi mordacitatis quæ in libros diuagatur, quàm loqui præstitisset; tantum porro fugillandi cupido inualet & inualuit, quòd vt dixit Plin. in procœmio aduersus Theophrastrum hominem in eloquentia tantum, fœmina scripserit. vnde dicit natum esse prouerbium, suspendio arborem eligendi. porro licet in omnia scripta grassetur liuor, nunquàm magis quàm viuente autore, iuxta illud poetæ pascitur in viuis liuor. post fata requiescit.

8. Atque eos qui vellent hæc exquisite cognoscere in Archigenis commentarijs de locis patientibus exercitari iubere, atque insuper in commentarijs de febrium notis & typis.

¶Ex

UVA. BHSC. IyR_342

¶Ex his quę hac parte, & alijs locis dicit Gal. ſatis perſpicue colligere poſſumus, fuiſſe Archigenẽ medicum celebrem, quando eius ſcripta Gale. commendat; dictuſq; eſt archigenes diuiniſsimus ab Alexand. Trall. 7. lib. cap. 6.

12. Omnino enim fluxus qui inflammationem afficiat, vel flauę bilis eſt, vel atræ vel pituitæ. ſi igitur impermixtæ multæq; flauę bilis fuerit, tunc facit eryſipelata, & eas qui herpetis nominatur.

¶Iam expoſuimus lib. de tumoribus præter naturam, quòd bilis quæ eryſipelam producit non eſt impermixta, ſed eſt permixta aquoſa ſanie vel ſanguine; quando ergo hic legitur impermixtæ intelligendum eſt, quòd cum pituita vel atra bile non ſit permixtus, ab ijs quidem tribus humoribus, dicit eſſe omnem fluxum, qui inflammationem efficit, ſed ſi dicta Galeni expendimus; videbimus velle hac parte prorſus eſſe impermixtum qui producit eryſipelam. nam infra dicit bilis ſanguini permixta atq; confuſa facit inflammationes ſimiles eryſipelatibus, ſed debet hoc eſſe diſcrimen, quòd cum ſimpliciter facit eryſipelam mixtus eſt alicui ſanguini, cum facit inflammationes ſimiles eryſipelatibus eſt bilis confuſa cum multa maiori copia ſanguinis; neq; in his ſanguis ſic vt in eryſipelatibus ſcandeſcit, & alius ſcrupulus in hoc quod dicit, quod omnis fluxus qui inflammationem facit, eſt vel bilis vel atræ pituitæ, videtur etiam quòd à ſanguine etiam ſit fluxus, qui inflãmationem pariat fieriq; à ſanguinis affluẽtia inflammationem. 2. lib. de locis affectis & multis alijs partibus profitetur, ſed Gale. in hac parte viſum eſt, ad trium humorum fluxum omnes tumores reducere, quia in omnibus inflammatis particulis humorum impactio, quæ locum bene diffiari, prohibet, ſtatim quidem humores putrefacit, ſimulq; calorem quendam excitat. qualis & in omnibus putreſcentibus oritur, quem dicit ad amaram bilem vel ad atram vel ad pituitam attinere.

Adeſt autem his qui ob triſtitiam febricitant acritudo potius, q̃ multitudo coloris, ſicut his qui ob iram contrario modo.

¶Triſtitia ſua natura non calfacit, ſed frigefacit, vt Gale. dicit. 4. lib. de cauſis puls. exiccat vero cõcitando calorem & ſanguinem ad interiora, quatenus vero exiccat reddit calorem acrem, in ira vero efferuet calor, quare apparet multitudo caloris. vere tamen calor non augetur, vt Galen. dicit. 2. lib. de ſanitate tuenda.

13. De hecticis autem non eſt præſentis temporis ſermo. nulla em̃ eorum in primis diebus ſed in proceſſu temporis fit.

¶Videtur hoc aduerſum his quę dixit. 1. lib. de differentijs febrium, &. 1. lib. de pręſaga. ex puls. vbi dixit aliquas hecticas ſtatim ab initio inuadere, dilues ſic contradictionem, quòd exquiſitæ hecticæ in quibus omnes corporis partes ad abſolutionem iam ſunt, in quibus etiam calor non ſentitur, non fiunt in primis diebus, bene tamen hecticæ febres, quę ad hanc abſolutionem non perueniere, in quibus & calor ſentitur, vt lib. de inæquali intemperie declarauimus.

Liber tertius de Criſibus.

2. ET quiſpiam homo vulgaris cum iſtis adeſſet ipſa re cogẽte ita pronunciauit, quòd iudicium tunc de vita ægrotantis ageretur, neque enim medicorum aliquis primus inuenit id nomen.

¶Vix poterat eſſe Galeno exploratum, an medicus vel vulgaris homo id nomen inuenifſet. noſ tamen ſunt vulgarium hominum ſermones omnino reſpuendi, quia vt prouerbium habet, ſæpe opportuna locutus olitor.

3. Plurimum autem pituitæ in quotidianis febribus excernitur, & multi in toto corpore ſudores fiunt.

¶Non videtur hoc cohærere cum his quæ ſcripſit. 1. lib. ad Glauconem cap. de ſignis quotidianæ

UVA. BHSC. IyR_342

intermittentis, qua parte ait non tamen harum febrium declinationes, quemádmodum tertianarũ & quartanarum sudoribus terminantur, sed si bene inspicias nulla est contradictio, hac quidem vltima parte non vult, quòd sudores multi in febribus quotidianis non fiant, sed quòd sudores non sic terminant febres quotidianas, sicut tertianas & quartanas, copioso sudore finitur accesio tertianæ, & accesio quartanę. licet vero accesio quotidianę sudorem habet, sudore non finitur. hoc non intelligens acachia comment. libri de febribus ad Glauconem, fœde fuit lapsus de quare ibi.

3. Non tamen lethargus aut peripneumonia fluxũ sanguinis amãt.

¶Idem docuit Aetius sermone primo secundę partis cap. 48. à qua sententia videtur deflexisse, sermone quarto secundę partis cap. 66. vbi loquens de peripneumonia ait, verum si ad salutem permutetur morbus, sanguinis eruptio ex naribus abundanter sequitur, sed si bene aduertis, in dictis Aetij non est contradictio, quando enim dicit eruptionem sanguinis è naribus in peripneumonicis iuuare, iam malum cerebrum grauiter occupauit, quatenus vero sanguinis è naribus profluuiũ vindicat cerebrum à graui noxa qua est affectum, tunc sanguinis è naribus profluuiũ iuuare potest.

4. Debiles quidem & paruæ febres quandoq; valde malignæ sunt. & aliæ calidæ atque incendentes, vt aliquando angustiam, & calorem, & sitim intolerabilẽ afferant, nihil tamẽ habent nõnunq; periculosum.

¶Febres quæ sunt debiles & paruæ & sunt valde malignę sunt ex genere pestilẽtium. Credit Montanus eo has febres debiles apparere, quia breui euincunt vel extinguunt calidum natiuum, nõ sufficiens est hæc causa cum in statu febrium ardentium lethalium quæ praua qualitate nõ interimunt satis deuictus est calor natiuus, attamen calor satis intensus apparet, adde quòd sunt aliquæ febres pestilentes, quę sunt satis incendentes, & calidę: quando igitur aliquę pestilentes non sunt incendentes & calidę ideo euenit, quia calor ascititius harũ febrium non est multum intensus estq; multa humiditate ebetatus, accedit quòd calor natiuus interiora vbi grauis noxa est reciprocatur, quãdo vero calor vt ita dixerim pestilens vltra prauam qualitatem quam habet, satis incẽdens est (nã hoc non repugnat) erit febris pestilens ardens & satis calida.

4. Et ita raro accidit vt in quarto die fiat crisis, vt videatur bis tantũ Archigenes in toto tempore vitæ suę id obseruasse, ego vero ad hãc horam semel solum.

¶Si exacte acutus morbus in quarto finitur, mirum quòd Gale. semel solum id genus morbi per crisim quarto die finiri viderit. Cæterum si tertiana intermittens crisim habet, vt hoc libro & in epide. & in aphoris. non negat Gale. mirum quòd quarto die multas febres intermittentes quarta accesione per sudorem iudicari non viderit Gale. ego vero aliquas vidisse recordor, scio Argentarium irrisisse Galenum, qui febres intermittentes iudicari asseruerit, præstaret illi dicta Galeni interpretari, quàm fugillare.

Synochi quidem raro eueniunt, & vbi nullus sit error in quarto finiuntur per crisim, natura à proprijs circuitibus ad crisim perueniente, raro vero etiam est vt nullus sit error.

¶Ad probandum Gal. quòd raro accidat crisis in quarto, dixit de synocho, qui quarto die frequẽtius quàm alij morbi die quarto iudicari solet, sed certe ego non raro euenire synochum vidi, nec est cur tam frequenter in quatuor diebus quibus durat synochus committatur error. in ijs vero quæ dicit natura à proprijs circuitibus ad crisim perueniente, indicat suos circuitus facere sanguinem, sed hoc alijs locis non admisit.

5. Et nullum est mortis periculum tempore status elapso, quantum iudicio assequi possum.

¶Dicunt quidam, non videtur à ratione alienum, quòd tempore status equis viribus colluctentur morbus & natura, & tranſeat status, & vis remaneat tam imbecillis, quòd citra morbi pugnam in declinatione pereat. sed certe vis quę tunc debilis manet, non dicetur veram declinationem (de qua loquitur Gale.) ingredi in ipso statu in quo est certamen subcumbet prorsus. Aetius sermo. primo

UVA. BHSC. IyR_342

mo ſecundę partis cap.55.nimis confuſe hoc tractat,ſic ait fieri non poteſt,vt moriturus ad declinationis morbi tẽpus deueniat,raro vero in declinatione morbi aliquem mori contingit,niſi alius morbus priori ſuccedat,eſt confuſus ſermo,ſed non falſus,vult quidem moriturum ad declinationem non peruenire,ſed accidentaria cauſa contingere,aliquem mori in declinatione.

11. Sed ſigna ex pulſibus ſumpta Hippocrates, vel quia nõ nouerat, vel quia non magni momenti exiſtimauit, idcirco non eſt executus.

¶Non vult vt multi perperam interpretantur hac parte Gale.quòd ſigna ex pulſibus non nouerit Hippo.ſed quòd ſigna quibus criſis eſt prędicenda non fuerit executus.quod dicit feciſſe vel quia illa non nouit vel quia nõ magni momenti eſſe exiſtimauit.tantum quidem eſt acſi dixiſſet ex pulſibus criſim & criſis ſpeciem non pręſagiſſe,pauci ſunt in libris Galeni verſati quibus quidem libris magnopere medicus poteſt iuuari,quòd ex pulſibus attingant cognoſcere criſim, & ſpeciem criſis,quare non mirum quòd in ipſis veræ medicinę crepundijs,vbi medicina non erat exculta,q; Hippoc.parum curauerit ſumere ſigna ex pulſibus ad prędagiendam criſim,ſed licet ad criſim prædicendam ſigna ex pulſibus ille non ſumpſerit (vel ipſo Galeno autore) ad alia ex pulſibus ſigna accepit,atq; quòd ex pulſibus ſigna ſumpſerit Hippo.colligitur ex ijs quæ dicit Plin.7.lib.cap.51.

Liber primus de diebus decretorijs.

1. NAm nec cognoſcere ſe fatentur turbationes quaſdam ſubitas oboriri,ægro corde hoc eſt ſtomachi orificio laboranti,vel exilienti, deſipienti, aliaq; id genus patienti

¶Os ventriculi non deſipit,eatenus vero dicitur deſipire, producit deſipientiam,ex conſenſu ventriculi cerebrum laborare ſolet. lit porro ventriculus cum vehementer palpitat.

3. Atq; nullus eorum qui diſſentiunt ve vos,ò eximij decretoriorũ calumniatore dubitationem profeſsi recipiunt.

¶Toto hoc ſermone reprehendit Galenus eo ius opiniõis fuit Aſclepiades, vt dicit Cel eſſet diſſenſio inter autores circa vim bant,quibus reſpondet Gale.quòd quòd circa illud ſit diſſenſio,c quidem ſemper addubitan genem Laertium lib.de

3. Quonia bro,tunc vt manifeſta, dubitatio

¶Soriticam torius,quo ra,manif ſtinato non ſu lib.ac in pł add

UVA. BHSC. IyR_342

attributum tertij efficiatur ſubiectum, atq; præcedentibus ſequentiâ connectantur, ſed hoc non elicitur ex ijs quæ ex Cicerone citauimus, & ex ijs quæ hac parte dicit Gale.

4. Siquidem dialectici munus eſt, de nominum rectitudine diſputare, Rhetorum & Grãmaticorum eſt inſpicere nomen, an Latinis in vſu ſit, atque nonnulli medicorum factitant tantam vel Dialecticæ, vel Grãmaticæ, vel Rhetoricæ cognitionem, ac intelligentiam habentes, quantam aſinus lyræ.

¶Plato in cratylo eum qui interrogare ſcit, atq; reſpondere dicit eſſe Dialecticum, iuxta cuius ſententiã dicit Gal. in hac parte eſſe dialectici munus, de nominum rectitudine diſputare: ex his quæ Plato loco citato & Galenus hac parte dicunt, videtur verum eſſe quod dicit Ficinus, dialecticam ſecundum Platonem diuerſam eſſe à logica, dicit quidem Ficinus in comment. in Eutydemum, logicam apud Platonem ſignificare artem regulas nominum, orationum argumẽtationumq; diſponentem. Dialecticam ſagacem philoſophantis indaginem regulis his vtentem. ad rationes rerum inueſtigandas diuinarum præſertim, à quibus rerum quoq; ſequentium ſummæ rationes accipiuntur. porro ſi dialectici muneris eſt indagare, & inueſtigare rerum rationes: patet merito illius eſſe de nominum rectitudine diſputare, qui enim rerum ſcit rationes, ſcienter nomen cuicunq; rei imponet, quare Adamum qui tam congruenter nomina impoſuit ſapientem vocat ſcriptura: ex ijs patet ſine dialecticæ auxilio, Grãmaticam non poſſe conſtitui, patet etiam eos grauiter errare, qui à grãmaticis defluxiſſe vocum nomenclaturas arbitrantur. grammatici quidem eſt ſcire, an in vſu apud probatos autores ſit nomen, dialectici eſt iuxta rei naturam illud tribuere. Cæterum quod vltimo loco huius textus dicit Gale, tanquam aſini lyrę alludit ad tritum adagium, aſinus ad lyram.

4. Sophiſtarum nugas alijs relinquẽtes, qui artis opera parum curant, ſed nugantes veluti in adoleſcentum diatribis.

[illegible]biſtis & indoctis cathedrarijs coram adoleſcentibus quos docent & imbuunt nugis illi rotunda. tyrones vero & nugas putant eſſe Sybillæ folia. Cæterum ex [illegible]no ſuo dedecore quis agere nugas. non ſolum quidem adoleſcẽtes, ſed [illegible]tiones. gaudendum porro eſt quôd Hiſpaniæ academiæ tam eru[illegible] non nugæ ſed vera & exculta medicina adoleſcentium auri[illegible]

[illegible]quartus dies maxime imitatur, pro[illegible]geſimus, prope hos vero tertiuſ[illegible]

[illegible]lenus hac parte dixit multum euaria[illegible]onum & vndecimum poſuit de[illegible]viceſimum. voluit forſan po[illegible]genes multa Galenus, atq;[illegible]ibus diſcrepat Aetius à[illegible]

[illegible]ante omnes
[illegible]um primo
[illegible]pocrati.
[illegible]mq; nõ mo
[illegible]præferen-
[illegible]ię Archi
[illegible]cit quæ
[illegible]aribus
[illegible]ero ſe
[illegible]uxta
[illegible]po-

UVA. BHSC. IyR_342

Hippocratis decretum optimam crisim potius fieri vigesimoprimo die quàm vigesimo, adde quòd in aphorismis dixit quę non iudicantur in imparibus recidiuas facere, essęq; Hippocra. sententiam quòd dies impares semper proferantur colligitur ex his quæ dicit Celsus. 3. lib. cap. 4. sic quidem ait, est autem alia etiam de diebus ipsis dubitatio quoniam antiqui potissimum impares sequebantur eosq; tanquàm tunc de ægris iudicarent crisimos nominabant, hi erant dies tertius, quintus, septimus, nonus, vndecimus, quartusdecimus, vnus & vigesimus hæc ille: qui iuxta antiquorum præscriptum è quorum numero est Hippocra. quorum dictis superiora confirmat hæc tradidit: vnde patet Celsum sentire Hippoc. vigesimoprimo potius quàm vigesimo vim iudicandi tribuisse, neq; ijs obstat quòd Hippoc. recensuerit multos morbos qui vigesimo die fuerint iudicati: nam cum hi non ex simplici bile, sed bilem pituitæ mixtam pro causa haberent, non mirum quòd ratione pituitæ in paribus accederent, adde quòd sępissime contingit accessiones anticipari adeo quòd spacio septem dierum videamus in tertianis per septem & per octo oras fieri accessionum anticipationē: quid mirum ergo quòd in febribus quas numerat Gale. tanta fuerit accessionum anticipatio quod spacio viginti dierum per sex vel octo oras accessio proueniret vnde vigesimo iudicia fieri contingerit vel accessiones postponi sic vt quæ in decem & nouem iudicari haberet attingat vigesimum, sed longe aliud voluisse Hippoc. colligitur ex aphorismo vigesimoquarto secundi libri: verum qui partes Archigenis agunt & ijs quæ ibi dicuntur poterunt satisfacere.

11. Lethalia signa cum notis concoctionis nunquàm eueniunt.

¶Solent esse signa exitiosa in febre pestilenti hectica vt colligitur ex ijs quæ dicit Gale. 4. lib. de prælagatione ex pulsibus signis concoctionis apparentibus, quare in id genus febribus coctionis notis non prorsus est fidendum.

11. Sic & medicum naturæ ministrum Hippocrates appellat, reuera medicum, non pharmacopolam quendam ex triuio.

¶Esse sordidum medicorum genus, qui pharmaca vendebant, clare colligitur ex ijs quę dicit Gal. lib. 6. de compo. medicamentorum secundum locos, tractans de confectione quæ fit ex succo nucum, hi porro qui faciunt cataplasmata, & ea vendunt, nec tantillum adijciunt animum rerum naturaliū scrutationi: quare nō sunt dicēdi naturæ ministri. Cæterū videt ab antiquis pharmacopolorū genus male audire, nā Athęneus. 8. lib. ca. 8. irrisiōis note Arist. vocat pharmacopolā. Aelianusq; dicit Arist. fuisse pharmacopolā, sed cū frequentasset peripatū philosophię illū se dedisse. Cęterū vt nūc sunt aliqui medicamētorū venditores, qui sedē nō habent, sed per vicos & plateas diuagātur, debebant esse olim, quos tanquàm circumforaneos & circulatores habebat Cicero oratione pro Cluento, de his etiam loquitur Gal. cum dicit pharmacopola ex triuio. Hispani vocant magno irriſu atriaqueros. Cæterum illi pharmacopolæ qui medicamentorum naturas, ex quibus pharmaca sunt conficienda agnoscunt, non sunt flocipendendi: vsuq; & ratio horum artem fecit honestam. Cęterum contra hos qui Aristotelem bona patris dilapidasse, & pharmacopolam fuisse, & contra alia quę huic insumulant est Eusebius Cęsariensis lib. contra philosophos cap. 1.

11. Cum pauci medici recte cibum præscribant, pauci ægri obtemperent, pauci suum ministerij munus legitime obeāt, pauciores adhuc, quibus nihil externi aduersatum sit.

¶Hæc dicit Gale. tradens causam ob quam speculatio dierum decretoriorū confundatur, potissima tamen omnium est causa, quòd multa pars medicorum quasi certa lege exhibitis tribus vel quatuor syrupis medicamentum purgatorium (non attendens an humores sint concocti) exhibēt. cum vero citra humorum coctionem medicamentum purgatorium exhibeant, sępeq; illud sexto die tempore scilicet quo iam incipit vigor morbi propinent, mirum nemini videri debet, quòd dierum decretoriorum consideratio confundatur. Cęterum nec solū hæc consideratio confunditur, sed & reliqua quæ ad artē attinēt, ob ea scilicet quæ Gal. hac parte dicit, ob prauam scilicet victus rationem, & ob externa admissa, & ob alia errata, quę à medico & ab externis committuntur.

13. Porro si morbus quispiā mox ab initio nō adeo celeriter moueatur, sed velut cōburens inuadat, & alia signa longioris tēporis adsint.

¶Vide-

UVA. BHSC. IyR_342

¶Videtur morbum qui velut comburens inuadit, non habere signa longioris temporis, sed forsitan deest aduerbium lente, ita vt legatur velut lente comburens, vel febris quę velut inflammat est quę celeriter, illa cuius motus tardior est quæ velut comburit.

Liber secundus de diebus decretorijs.

8. DEcimus tertius certe omnium decretoriorū imbecillimus, omnium vero qui non decernunt fortissimus.

¶Mirum quòd Hippoc. 3. vulga. comment. 3. numerans dies impares in quibus iudicia fiunt decimitertij diei non meminerit, maxime quòd si acutorum morborum diebus imparibus iudicia fiunt, quia in his accessiones sunt, vt Hippocra. dicit loco citato, quod tertio de diebus decretorijs cap. 8. confirmat Gale. videtur decimumtertiū diem non esse omnium decretoriorum imbecillimum, sed de his infra plura.

11. Cum peracutus morbus fuerit, statim etiam extremi dolores adsunt, & tenuissimo omnium victu vtēdum est, neq; alimentū quodlibet huic adhibueris, nec melicratum, aut huic simile, imo etiā ab aqua quantum potest abstinere iubeto.

¶Si in morbis peracutis & ab aqua & à melicrato abstinere iubet Gale. clarum est quod & à syrupis, & à quolibet medicamentorum genere ægrotum esse abstinendum illum voluisse. dicens quidem melicratum omne medicamentorum genus comprehendit, ratio enim qua melicratum in id genus morbis interdicitur, suadet & omne medicamentorum genus tunc esse interdicendum: quare non ex Galeni prescriptis faciunt, qui in omni morbo quanuis acutissimo medicamenta exhibent: dicens porro quòd quantum potest ab aqua abstineat ægrotus, non vult quòd prorsus aqua interdicatur, sed quòd non detur pro ægrotantis voto: graue quidem esset hominem peracuta febre laborantem, prorsus quatuor integros dies abstinere ab aqua.

Liber tertius de diebus decretorijs.

2. VNa cum plena est fruges adauget, maturatq; celerrime, & ferarum occisa corpora in tabem visu suo resoluit, somnoq; sopitis sub eius lumine vel aliter diutius immoratis pallorem & capitis dolorem conciliat.

¶Ex his quæ Alexan. aphrodise. 4. problem. 65. dicit colligitur illum sensisse hæc à luna fieri quia aer calidus & humidus à luna efficitur, non tamen sibi videtur constare, qui eodem problemate dicit in plenilunio esse lunam aliquatenus calidam & siccam: calida porro & sicca temperies potius reluctatur putrefactioni quàm calida & humida, quod ipse etiam asserit, secundum hæc igitur carnes in prima luna pernoctantes citius putrescere deberēt, quàm pernoctantes in plenilunio, quod minime his quæ dicto problema. dicit succinit. quare prestat dicere, quòd luna humectat sed nunquàm magis quàm quando est plena, lumen quidem lunæ quia à sole est calefaciendi vim habet, propter quòd noctes in plenilunio sunt calidiores, vt quarto de parti. anim. cap. 5. dixit Arist. quia porro hoc lumen naturam lunæ accipit humectat, quo vero corpora huius luminis maiorem copiam susceperint, magis humectabuntur. tum quia hoc lumen extrahit humiditatem de internis ad externa, quo vero efficatius fuerit magis poterit humiditatem extrahere, tum etiam quia hoc lumen vt diximus sua natura humectatiuum est, hinc fit quòd capitis dolorem inducat his quos dormientes attigerit, soletq; sanguinis ictatum concitare, vt Auicenna dixit prima tertij. quod experientia vidisse fatetur Matthęus Gradi suo tempore medicus famosus, vbi legitur quòd conuertis occisa

UVA. BHSC. IyR_342

occisa corpora in tabem in putredinem intellige, si tabescere proprie intelligis, falsum est, tabescunt quidem omnia senescente luna, vt dixit Gellius.20.lib.cap.7. & Macrobius commentarijs in somnum Scipionis cap.11.

6. Illud denuo repetendum est quod nos quoq; obseruantes verissimum esse comperimus ab Aegyptijs astronomis inuctum, lunam nõ modo ægris, sed etiã sanis dies quales tandẽ futuri sint posse pronũciare: si eñ ad planetas temperatos steterit, quos salutares Latini faustos ac bonos producere, si ad intemperatos graues molestosq;.

¶Mirum est quantum Aegyptiorum inuentis ne dicam figmentis Gale.tribuerit, esto enim verum sit, quòd luna quando est in signo quo sunt salutares planetæ, melius quàm quãdo est in signo quo sunt planetę morbiferi humanum corpus afficiat, quid accipere illa potestà planetis quæ in illo signo quinquaginta vel sexaginta annos ante fuerunt, adde quòd in toto hoc annorum curriculo, multi planetæ salutares potuerunt assidere in illo signo, vt vero illi maligni etiam si iam ex signo fuerunt egressi malum corpori infundunt, cuius quidem rei ratione medicus dicit posse prædicere: quomodo sanus vel æger diem transiiet. sic ratione salutarium planetarum, qui postea dictum signum occuparunt, contrarium erat prædicendum: sed contra has aniles fabulas copiose & erudite Ioannes Picus Mirandulanus agit & nos alibi: cæterum quod hac parte dicit, q luna est quasi sol minor acceptum est ab Aristot.4.lib.de genera.ani.cap.10.

8. Vt in ventriculo sic in singulis totius corporis partibus alienorum expultrix facultas esse ostendebatur, quæ meo sane iudicio crisim in morbis efficit.

¶Lib.de causis morborum vltra hanc facultatem expultricem, vim aliam ratione vtentem ad optimam crisim peragendam dicit esse necessariam: sic ait, quis sit transmissionis modus non satis explicatum est, rationem autem atq; mẽtem naturæ tribuemus, si ita simpliciter quicquid inutile est deponere affirmemus ex robustis partibus ad imbecillas, sed q quidem in morbis bonę iudicationes ab aliqua huiusce modi facultate fiãt manifeste apparet, hæc Gal. quę citato loco iã expositum.

8. Quæ igitur causa sit, ob quam in acutis morbis tertio quoq; die plurimum accessiones fiant, in longis autem vel quotidie, vel quarto: non promptum est inuenire: nec in præsentia dilquirere necessarium.

¶Insinuat hac parte dicens in acutis tertio quoq; die accessiones fieri, sanguinem non facere circuitus: & certe iuxta Gale. qui tenet febrem ex sanguine putrido quodammodo esse biliosam, facetęq; accessiones ad modum febrium quæ ex bile oriuntur, sanguis proprios circuitus non facit. Cæterum causam ob quam de tertio in tertio circuitus bilis & pituita quotidie, & melancholia de quarto in quartum faciat, secundo de differen. febri. conatus est aperire.

8. Non igitur quòd omnis par numerus fœminam impar masculum referat, acutorum iudicia imparibus diebus accidũt, neq; enim par absolute pari fortior est: parum infra: omnia siquidem quæ de numerorum virtute nugantur, tam facile absurda esse deprehendimus, vt mihi subinde mirari subeat Pythagoram illum tam sapientem virum, numeris tantum tribuisse.

¶Tribuit multa numeris Pythagoras, non tamen credidit omnem impar imparẽ esse perfectiorem pari. tam perfectum quidem iudicauit quaternarium, vt dicit Plutarchus lib.de placitis philosophorum, quaternarium numerum vtpote in quo vis denarij posita est, quasi sanctissimum iusiurandum censebat. Cæterum pythagoræ tantam vim numeris tribuenti accessit primo latur. Macrobius, de perfectione vero numeri quaternarij multa dicit philoso. lib. de opificio Dei, in qua parte etiam perfectissimum censet numerum Senarium, ob quod dicit sex diebus mundum

Lactantio Firmiano Philo.

UVA. BHSC. IyR_342

fabricatum, cui fuit aſtipulatus Diuus Auguſti. lib. 11. de ciuita. Dei cap. 30. vbi dicit rationem numeri non eſſe contemnendam, dicit etiam Philo numerum hunc eſſe generationi aptiſsimum, ex horum dictis patet quantum errent qui ſolum numero impari perfectionem antiquos tribuiſſe credunt. Cæterum Pitagoræ tantam vim numeris tribuenti accelsit etiam Macrobius, qui ob id dixit ſeptuaginta annis vitę ſpacium terminari, quia ſeptuageſimus numerus conſtat ex ſeptem & decē, ſed hęc vt lib. de arte cura. dixi, inter ſe pugnāt, ſi enim ſeptuageſimus numerus tam perfectus eſt, potius vitam deberet augere, quam illam amputare. licet porro quæ de numeris dicuntur videantur ridicula, ſitq; contra illos qui vim numeris tribuūt ſatis declamatum à Diuo Chryſoſto. homi. 24. in Geneſim, voluit pythagoreorum aſſeuerare dogma Ioannes Picus miranda. in apologia quę de caballa tractat. ſed certe rationi conſonat, quod numerus vim efficiendi non habeat, ſed contingit aliqua numeris aliquot pręcipue contingere. quia ex naturæ ordine quædam definitos terminos habent, eſt homini naturalis partus qui ſeptimo vel decimo contingit, pariunt aliqua animalia decimo menſe, aliquę aues vigeſimo die ędunt oua, alię maius ſpacium deſiderant. vix in vno animali hoc præfixum terminum magis quàm in bombice potes contemplari, diebus definitis animantur oua, ęditus bombix definitis diebus vigilat, pręſcriptis diebus dormit. poſtquàm definitos ſomnos compleuerit nere incipit: impleta tela ſe recondit: non ſunt hæc numeris tribuenda, ſed ſtato termino, quem diuerſum quàm alijs animantibus natura huic animanti prefixit: in hoc ſenſu exponemus id quod citato loco dicit Auguſt. quòd ratio numeri non eſt contemnenda.

9. Annus ad trecentos ſexaginta quinq; dies portionem diei maiorem quarta habet.

¶ Quid de hoc ſentiamus, videbis tertio prognoſticorum.

9. Cur autem vigeſimus & vigeſimuſprimus, multo magis vigeſimus decernat explicabo, primo quoniam huiuſmodi morbus diuturnus iam & paribus diebus acceſsiones fiunt.

¶ Morbos à bile ortos non ſolum vſq; ad viginti dies, ſed ad ſexaginta vſq; diebus imparibus acceſsiones habere ſępe videmus, quare non videtur quod ob rationem quam promit Gale. vigeſimum diem magis quàm vigeſimumprimum decernere: quòd ſi tantum facit acceſsio, videtur quod concedere debuiſſet, quòd iudicia frequentius fierent decimotertio die quàm decimoquarto, quando vſq; ad decimumquartum diem acutus morbus eſt cuius acceſsiones imparibus diebus accidūt, ſequeretur etiam ex his quæ dicit Gale. quòd iudicia plus vigeſimoſexto die quàm vigeſimoſeptimo fieri deberent, ſiquidem acceſsiones ſecundum ea quę ſcribit tunc magis paribus diebus quàm imparibus accidunt, multa certe in his libris ponit Gal. quę non videntur cohærere: dicit hoc cap. quòd tempore coitus luminarium nil de aere dicernitur, dixit tertio cap. huius libri coitiones facere mutationes inęquales & diuturnas, dixitq; eodem capite aſpectum diametrum magnas facere mutationes. claret porro quòd tempus quo luna coit computatur etiam ad aſsignādum aſpectum, ſi luna coit in tauro in ſcorpio faciet aſpectum diametrum, totumq; illud coitionis tempus nihilo ſecius quàm aliud computatur, neq; illud quod dicit Galen. quòd ordo dierum criticorum non poteſt ad cauſas inferiores quæ inordinatæ ſunt, ſed ad ſuperiores reduci iuxta rationem videtur dictum, nam ex hoc ſequeretur, quòd circuitus febrium etiam ad cauſas ſuperiores eſſent reducendi, nec deberi cauſam, ob quam febres ex bile per tertium diem affligant, & febres ex pituita quotidie, & quæ ſunt ex melancholia per quartum, à natura humorum vel vi naturalium facultatum peti. ſed neceſſario eſſe à luna vel ab alio planeta petēdā. adde ϕ multa multo ordine in orbe fiūt, vt eſt illud quod diximus de bombice, non tamen ad cauſas ſupernas reducuntur. ſi igitur febres ſuos ordinatos circuitus ſeruant rationemq; horum ex cauſis infernis petimus, quid obſtat quòd ratio dierum criſimorum ex acceſsionibus inueſtigemus. morbus exacte peracutus termino quatuor dierum terminatur, non exacte acutus ſpacio ſeptem dierum, exacte acutus decimoquarto die terminatur. non exacte acutus ſpacio viginti dierum, accidit vero hoc, quia hunc terminum ſibi præfigunt, horumq; morborum hæ vt ita dixerim ſunt ętates, ſicut alij ſunt qui terminantur ſeptem menſibus, alij ſeptem annis, alij quatuordecim annis, vt Hippocra. dicit. 3. lib. apho. apho. 28. quòd ſi certe ad lunam dies decretorij ſunt reducendi, non eſt fingendus ille menſis, quem Galen.

fingit

UVA. BHSC. IyR_342

fingit ex menſe peragrationis & menſe illuminationis, primo quia ſi tempus illuminationis præci pue cõſiderandũ eſſet, tempus quo luna eſt ſub hemiſpherio noſtro conſiderare non deberemus, ſed de his ſint hæc ſatis.

11. Nam eo ſtupiditatis veniunt, qui huiuſmodi nugantur, vt cum de ſeptimana vel de alio quouis dixerunt, non contenti ſolis huiuſmodi ineptijs addunt pleiadas ſeptem.

¶Multa ad hunc modum ex aliorum ſententia refert Diuus Chryſoſtomus homi. 24. in Geneſim, & Macrobi. 1. ſaturna. licet vero hanc vim numerus non habeat ſeptenarius, illud eruditiſsimi affirmant, pro vniuerſo ſæpe accipi. ſepties laudem dixi tibi, ſepties cadit iuſtus in die in ſacra ſcriptura legimus, quod annotauit Diuus Auguſti. lib. 11. de ciuitate Dei cap. 32. qua parte non videtur abludere, quòd ſit perfectio in numero ſeptenario. quia vero ſeptenarius numerus capitur pro vniuerſo, ideo dictum eſſe poetæ ò terq; quaterq; beati annotauit Macrobius in ſomnium Scipionis.

Ibi. Vrſæ ſeptem ſtellæ ſunt primum ſane verum non eſt.

¶Vrſæ ſunt duæ, ſed dicuntur ſeptentriones à ſimilitudine ſeptem boum iuguum: errore vero quẽ hic notat Galenus eſt notandus philo. qui libro de opificio Dei, dixit vrſam ex ſeptem ſtellis conſtare.

13. Nam acuti morbi propter velocitatem periculoſi vt Archigenes deſcribebat, vt autem Hippocra, cum febre acuta euenientis accidens neceſſario erit.

¶Non eſt propter velocitatem periculoſus morbus, quia ſi velocitas periculum induceret, efemeræ febres periculoſæ eſſent, tamen dicens Archigenes propter velocitatem morbum acutum eſſe periculoſum, voluit forſan ex his quæ faciunt morbum periculoſum, eſſe humoris à quo proficiſcitur motus celeritatem: in quo Hippocrati non diſſenſit, nam. 2. apho. apho. 19. propter velocitatem humoris producentis morbum acutum dixit in acutis morbis non omnino certa eſſe præſagia ſalutis vel mortis.

Commentarius in primum librum prorrheticorum Hippocratis.

1. VIdemus & phreniticos eſſe, qui comatoſi exiſtentes ſapiunt, ſed & delira loquuntur, atq; à præſentibus expergefacti ſtupefactis ſimiles videntur, in hunc itaq; modũ, & in epidemorũ tertio ait, nullus autem phreniticorum vehementer inſaniuit.

¶Omnia hæc illi qui quę infra dicit Gal. non legerit videbuntur pugnare, non quidem videtur cohærere, quòd ſit phreniticus, & quòd ſit comatoſus. ita quòd à præſentibus expergefactus ſtupefactis ſimilis videatur, nec videtur conuenire, quòd ſit phreniticus & comatoſus, & ſapiat. nam ſi ſapit non eſt phreniticus, ſed ſi aduertis hoc loco non loquitur Gale. de exquiſita phrenitide, ſed de ea quæ eſt mixta cum lethargo, quam aliqui vocant typhonianiam: in hac affectione vt contingit & ſoporem & vigiliam viciſsim ægrum comitari, ſic contingit delirare ægrotum, & nonnunquàm ſapere.

Ibi. Qui ſine comate peruigilant, ſi id per initia cũ prædictarũ partium dolore perpeſi fuerint, de neceſsitate phrenitici exiſtunt.

¶Si exiſtunt, intellige, vt nõ ſolũ ſignificet, q iam phrenitis adeſt, ſed q vel adeſt vel futura eſt.

Nempe principij nomen indicat quidem & primum morbi ingreſſum, indicatq; & eum qui ſecundum latitudinem ad tertium vſque vel quartum extenditur diem.

UVA. BHSC. IyR_342

¶Lib.de tempe.morborum, & primo libro de crisi, vsque ad tertium diem solum principium dicit extendi.

Ibi. Nempe quæ tubercula vel pustulæ ex imo ad cutem enatare currerunt, grauissima omnium existunt.

¶In his pustulis vel efflorecentijs, quę tabardillo Hispani appellant, anno millesimo quingentesimo quinquagesimoseptimo aperte vidimus, quòd quando recurrebant erat in summo discrimine ægrotus, maxime si pustulæ ad purpurisum obscurum vel liuidum colorem declinabant.

3. Cæterum lingua non vocale, sed vocis ipsius explanatorium instrumentum esse constat.

¶ 2.Lib. de decre.Hippoc.& Plato,& vocis instrumentum esse linguam ait, sic quidem inquit: est proprium vocis instrumentum larinx, ac tum eius motores musculi, neruiq; à cerebro in musculos ipsos demissi, deinde lingua, quæ non vocis modo, sed loquelæ etiam instrumentum existit. porro licet ad vocem ędendam lingua iuuet, illa potius sermonis quàm vocis est instrumentum, vt ex his quæ dicta parte & lib.6.de vsu parti. Gale.dicit, clare colligitur.

4. Et aphorismis ipsis qui quanquam cum maxima breuitate enũcientur, non tamen q̃ soloeci particeps sit in ipsis reperies.

¶Lib.7.apho.apho.57.& apho.59. non reluctatur Gale.figuram soloecophanes dictam ab Hippocrate fuisse commissam: sed excusabilia sunt quę dictis aphorismis sunt scripta, vel fuerunt deprauata exemplaria.

10. Flaua autem bilis cum supra modum assatur primum quidem in eruginosum migrat succum, deinde in nigrum.

¶Si ex eruginosa bile fit humor niger, nec vltra per assationem progreditur, claret errare Auicennam, qui ex assatione bilis prasinæ, dixit fieri bilem zinariam.

14. Melancholiam ecstasim idest mentis motionem aberrationemq̃, intelligere oportet.

¶Ex his videtur elici, iuxta Hippocratem & Galenum, ecstasim esse mentis aberrationem, nec requiri quod breui finiatur, vt dixit autor finitionum medicarum, vnde patet errasse Cœlium Rodoginum, qui ex prescripto Galeni dicit.17.lib.cap.4.ecstasim esse insaniam perpetem.

12. Nempe ignauia ex frigidis crassisq̃ & omnino contumacibus humoribus, & non ex calidis & tenuibus, cuiusmodi est flaua bilis fieri consueuit, nisi æger iam morti propinquus fuerit.

¶Ex his quæ hac parte dicit Gale.clare colligitur, illum neutiquàm voluisse, quòd exquisita phrenitis matetur in lethargum, cõtingit quidem ex affectione mixta ex phrenitide & lethargo quam vocant typhonianiam fieri lethargum, nimirum ablumptis humoribus calidis, contingit etiam ex phrenitide fieri desidiam vt in hac parte dicit Gale.cum prope mortem est phreniticus: putant vero medici illam desidiam fieri ex mutatione phrenitidis in lethargum, sed longe aberrant: sed de his alibi.

11. Fieri siquidem potest, vt faucium musculi inflammati strangulationis efficiant sympthoma, nequeant tamen videri.

¶Non pauci decipiuntur in dignoscenda angina, putant quidem, in faucibus nõ esse inflammationem, eo quòd illam non aspiciunt.

14. Cachoetes morbos appellamus, quicunq̃ periculum minantes, spem salutis non adimunt.

¶Ex his quę hac parte & secũdo de ratione victus dicit Gal.claret errasse Rodoginum, qui.7.lib. lectio.anti.cap.14.dixit cachoetem morbum dici Galen.qui re est magnus & difficilis, nec crisim habet certam, tametsi facilitatis speciem prę ferat: Gale. quidem dicens morbum cachoetem periculum minitare, & salutis spem non adimere, non sensit facilitatis speciem prę ferre.

Non

UVA. BHSC. IyR_342

15. Non tamen pauci libentius in obscuris quàm in manifestis versantur operibus.

¶Licet maxime in oratione commendetur perspicuitas, sępenumero tamen obscura lectio maximam artulit vtilitatem, siquidem in ea explicanda iudare solent bona ingenia, quo fit vt multo maiora quàm scripsit autor monumentis literarum tradantur: nemo quidem dubitauit, Arist. obscuritatem sic multorum ingenia excitasse, & illi multorum philosophorum partus sint referendi, iuuat etiam obscuritas, vt ex his quæ tertia homi. in exameron Diuus Basilius dicit colligitur, vt magis quod addiscitur extimetur, conserueturq; diligentius, sic quidem ait quod labore partum est cũ lętitia suscipitur, & diligenter conseruatur, quorum vero prompta est adeptio eorum possessio despicabilis est: ijs alludunt quę libro de summo bono cap. 18. dicit Isidorus, qui ait in libris sanctis, quædam obscura, quędam aperta reperiuntur, vt intellectus lectoris, & studium augeatur, nam si cuncta paterent, statim intellecta vilescerent, rursus si cuncta clausa existerent, confestim differentiam gigneret: hæc doctissimus ille doctor, quæ etiam faciunt ad Ethnicorum libros, quare nemo miretur, si Hippocrates, Plato & Aristoteles, aliquando obscure scripserint.

20. Non est autẽ hic tremor linguæ pecculiare phrenitidis signũ, sed per sympathiam compatientium alteri cuidam primum patienti, vel per vicinitatem, vel propter societatem, quæ in ea sunt partium.

¶Ex his quæ hac parte dicit Gale. colligitur non solum propter societatem, sed etiam propter vicinitatem partes compati, vnde claret, sanguinem ex brachio quę affecto lateri respondet extractum, vel hac sola causa, magis quàm ex opposito prodesse, quia ratione vicinitatis magis consentit pars quæ affectæ parti respondet, ob quod humoris qui ad partem affectam fluit magis est particeps quàm alia desiderat: addc quòd pars quæ magis compatitur, facilius suscipit humorem à parte vicina in eamq; facilius pars affecta humorem mittit.

31. Quo igitur modo ventris valde rubram proluuiem affecto iocinore fieri diximus, ita prærubram vrinam ex renibus suo perperam fungentibus munere, effici affirmamus.

¶Multi vrinam loturam carnis repręsentantem, supra iecur affectum attestari docuerunt, at ex Galeno cui ratio fauet, hac parte discimus, potius renũ affectus, quàm affecti iocinoris illã esse indicẽ.

35. Palpitationem ergo à flatuoso spiritu proficisci demonstrauimus, ideo circa septum transuersum collectus lædit, non nihil & mentẽ.

¶Mirum quòd ex spiritu in septo transuerso collecto lędatur mens, cum flatuosis spiritibus cerebrum occupantibus, vt in ingenti dolore capitis à flatuoso spiritu pronato non videamus mentem lædi.

Commentarius secundus in primum prorrheticorum.

4. SEd quænam vrina sit turbida, non nos modo ex ijs qui turbidas aquas perpetuo dicũt intelligimus, verũ quoq; & Hippoc. ipse docuit, tanquàm subsidentiam returbaueris, non tamen quid per spiritum turbidum intelligere oporteat liquet, qm̃ nullus dicat vt aquam turbidã, ita & aerẽ turbidũ.

¶In hac parte inter vrinam crassam & turbidam discrimen videtur ponere Gale. vt enim potest esse aqua crassa absq; hoc quòd sit turbida, & aer dicitur crassus & nõ turbidus, ita & vrina; quod docuit Auicenna quem à viris eruditis reprehensum video. Cæterum contra hoc quod dicit Gale. & nemo dixit aerem turbidum, videtur esse Aristot. 25. proble. probl. 7. qui aerem turbari insinuauit, aerem vero perturbatum nescio cur turbidum quis vocare non possit.

UVA. BHSC. IyR_342

Abſceſſus incuſſamus, vel minores vt dixi tanquàm nihil iuuantes, vel maiores, tanquàm ſuſtineri nequeant.

¶Hinc patet grauiter errare, qui tempore quo febris peſtilens graſſatur (nullo habito delectu) conantur ſemper abſceſſus augere. ſi enim abſceſſus maiores ſuſtineri nequeunt, non deberent eorum magnitudinem ſic procurare, quod nequirent ſuſtineri.

5. Naturalis virtutis vitaliſq; imbecillitas deterrima eſt, & cito hominem tollit.

¶Quinto lib. de locis affectis cap. 1. virtute naturali imbecillitata, diutius viuere poſſe animal dixit, intellige igitur hunc textum quando fuerit ſimul naturalis & vitalis facultatis imbecillitas.

14. Cum valde triſtis fuerit æger, in cerebro valde calida affectio eſſe videtur, quæ ſanguinem exurit, eamq; ob cauſam bilem atram vt demonſtratum eſt procreat, gignitq;.

¶Tritum eſt illud quod ex Auicenna frequenter refertur, quòd cum eſt timor mortis, tunc eſt timor: id vero alludit ad id quod ex Hippocrate & Gale. hac parte adduximus.

17. Noui ſane & quendam, qui exacto anno eam incurrit affectionem, quam hydrophobiam vocant.

¶Multum facit corporis idoneitas & aptitudo, virus enim caninum quod vt plurimum vſq; ad quadraginta dies timorem aquæ inducit, non potuit in illo quem Gale. memorat & vndecim menſibus ſuam noxam manifeſtare, eo ſcilicet quòd venenatæ ſaliuę magnopere qui fuit morſus fuit reluctatus: ſi tam lente porro hoc venenum ſuam naturam exerit, congruè facient, qui vulnus à cane rabioſo illatum, non ſolum menſem, ſed & integrum annum reclusum eſſe ſuaſerint.

21. Quinimo, neq; vbi in iocinore, vel ventre, vel ſepto tranſuerſo phlegmone oriatur, febris hæc continuo maligna eſt.

¶Contrarium videtur docuiſſe ſexto vulg. comment. 13. vbi ait: ſi cerebrum ſiue guttur, aut gula, aut pulmo, aut pectus, aut cor, inflammata ſunt, mortifera ęgritudo eſt: reſpondebis id intelligi (vt colligitur ex his quæ hac parte dicit Gale.) cum valenter partes quas loco citato refert ſunt inflãmatæ: tam parua poteſt eſſe in ſepto tranſuerſo inflammatio, quòd non ſolum non erit febris maligna, ſed nec acuta. Cæterum Alexan. Tralli. loquens de inflammatione hepatis ſenſit non ſemper illam inducere febrem, de qua re alibi.

29. Sunt qui vbi æger tum motu tum ſenſu tempore aliquo priuatur, etiam ſi vel ſtimules vel ferias vel inclamites caru appellant, qualis in quibuſdam viſitur, vbi temporalibus in muſculis vehementer percuſi fuerint.

¶Non reluctatur Gal. hac parte, quòd omnis profundus ſomnus dicatur carus, quomodo videtur carus eſſe id quòd Arabes vocant ſubet. dicit etiam hac parte Gale. quòd ſomnus quem habent lethargici poteſt dici carus, ad quem modum Alexander Tralli. non diſtinxit carum à lethargo, dicit etiam Gale. dici carum quando æger tum motu tum ſenſu priuatur, etiam ſi vel ſtimules vel ferias, qua ſignificatione ſumpſit illum. 4. lib. de locis patientibus, vbi quę de caro ſuperſunt ibi diximus, hoc vero ſignificato nec ſomnus qui ex crapula naſcitur, nec lethargicorum ſomnus ſub nomine cari complectuntur.

40. Nempe & ex pleuritide in ea tranſlata & pure multo propter affectionem aliam medium inſtrumentorum occupante locum, aſthmatica acuta oritur ſpirandi difficultas.

¶Quę propriè dicitur aſthmatica affectio eſt citra febrem, vt ſeptimo localium & alijs locis diximus. cum vero inſpirandi difficultas quæ eſt ex pure in pectore contento non ſit citra febrem, ſequitur

UVA. BHSC. IyR_342

quitur proprie non esse dicendam asthmaticam affectionem: dicitur vero asthmatica ad similitudinem, quia vt hæc est difficilis ita & illa.

Absumpto quidem in fœtus alimentum vtili sanguine, sed permanente vitiosiore, qui singulis mẽsibus antea per vterum excernebatur.

¶Cum 2. lib. de sympto. causis dicat, sanguinem mẽstruum sola quantitate peccare, mirum quod hic dicat: vitiosum sanguinem singulis mensibus antea excerni, sed huic obiectioni sic satisfacies, q̃ sanguis qui detinetur in grauidis eo vitium contrahit, quod dulciorem partem trahit fœtus, & tã to tempore detentus vitiatur, trahit quidem fœtus partem tenuiorem, quia membra tam tenera sanguinem crassum non exposcunt vt membra adultorum, sed vt verum fatear. Galen. hac parte aliud quàm libro de sympto. causis mihi visus est sentire.

50. In quibus ad partium immobilitatem sensusq̃ priuationem decũbit morbus, nempe & has apoplexias dixisse volunt per abusum.

¶Quæ vere est dicenda paralysis, aliquibus dici apoplexiam, dicit Gale. dicitur etiam quę vere est apoplexia paralysis Cornelio Celso.

54. Ob id sane & in perepneumonijs orthopnoea fit, & in appellatis asthmaticis affectibus.

¶Quia Gale. 7. de med. localibus de asthmatica affectione loquens dixit, illam esse orthopnoeam, putant nulla re hanc ab illa differre, at orthopnoea plura complectitur, orthopnoea quidem vt ex his quę parte quam exponimus dicit Gale. potest esse in affectibus qui sunt cum febre, & in affectibus qui sunt citra febrem: asthma vero febrem nunquàm comitatur.

56. Capite dolentes cum cathoche delirantes, fieri autem potest, vt secundum primam ipsius constitutionem declaretur, loquentibus ipsis desipientia, completa vero cathoche non amplius loquantur.

¶Si verum est quod dixit autor finitionum medicarum, quod est triplex genus cathochi, quorum vnum est phreniticum, nullam difficultatem habet textus Hippocratis, dicemns quidem loqui de cathocho phrenitico.

60. Cui pathemati simile quidem est, quanquàm non idem, quod vocant ignorantiam. de qua & Thucides scripsit, in his qui ex peste seruati sunt, hoc pacto ignorauerunt q̃ tum seipsos, tum familiares.

¶Cum affectio qua prehendebantur ij quorum Thucides fecit mentionem fuerit ignorantia, errauit Fuchsius in sua pratica qui referens hanc historiam dixit hos phrenitide captos fuisse, ignorantia quidem est citra febrem, phrenitis neutiquàm citra febrem potest esse.

Commentarius tertius in primum librum Prorrheticorum Hippocratis.

6. ET si nullum fortis desipentiæ quam ecstasim vocant, dictum est enim comatosum cerebri tantum affectionẽ esse ecstasi contrariam.

¶Non videntur conuenire hæc cum his quæ dicit autor finitionum medicarũ, quippe qui non fortem desipentiam, sed quę breui finitur dicit esse ecstasim. Cęterum si ecstasis vt dicit Rodoginus Cęlius. 28. lib. lecti. cap. 25. nonnunquàm somnum significaret, non esset ecstasis contraria comati, sed Cælius dicta Gale. non debuit perpendere.

18. Vt pro purgationibus vacuationes dicantur præstat. nempe cum excerni contingerit, quæ corrupta sunt purgatio est corporis, cũ vero excernuntur quæ vi morbi fiunt vacuatio.

UVA. BHSC. IyR_342

¶Secundo lib.prognoſ.inter purgationem & vacuationem hoc intereſſe dicit, quòd illa eſt alienæ materiæ per qualitatem,hęc per quantitatem.vnde claret, aliter ſumi hic vacuationem à Gale.

33. Nunc id noſſe ſatis fuerit, quòd quidam aſſerunt quomodo ex hepate caua vena per thoracem fertur ſurſum, ita ex liene aliam ortã partibus diſtribui ſiniſtris, non vera dicunt.

¶Huius opinionis fuit Hippoc.lib.de ſacro morbo, quem omnes librum eſſe Hippocratis genuinum fatentur.

24. Vocantq; pſathyrias carnes, quæ duris membranoſiſq; & ægre diuellibilibus,atq; mandi contumacibus contrario habẽt modo.

¶In piſcibus quibuſdam quædam oua dici pſathyra ex ſimilitudine, notauit Rodoginus. 27. lib. lecti.antiqua.cap.17.

51. Quòd manum recto tramite nari vnde ſanguis aliunde fluit reſpondentem ſecare, manuſq; eiuſdem humeralem venam ferire oporteat, liquido conſtat omnibus.

¶Loquitur Gale.de reuulſione quæ fit ad ſiſtendum ſanguinis ex naribus fluorem. porro ſi magna eſt plenitudo,pręſtaret venam axillarem,& aliquãdo quæ ad maleolum eſt ſeccare.at vbi magna ſanguinis eſt copia, præſtat nullam ſecare venam. ſiquidem per ſanguinis fluorem natura ſe deonerat,quòd ſi citra plenitudinem reuellere vis,ſatis congrue humeralis vena ſecatur:in his vero quibus menſes ſunt ſuppreſsi, ad anteuertendum ſanguinis ex naribus profluuium,& aliquando ad ſiſtendum,congruenter ex maleolis funditur ſanguis.

65. Paraplegias quibuſdam corporis partibus accidere ab effectu didiciſti,qualis eſt totius corporis apoplexia.

¶Quòd paraplegia dicatur paralyſis quę ex apoplexia vel epilepſia in aliqua parte non pręcipua fit,dixit quarto de ratione victus,hic citra hoc quòd ex alio morbo fiat, vocat paraplegiam.

Commentaria Galeni in Hippocratis prognoſtica cum ſcholijs.

52. INfirmi omittunt non quæ nullo pacto agnoſcunt, quẽadmodum nonnulli interpretes inſcite prodiderunt, ſedes in profundo corporis perpeſſas, aut cauſas,item affectiones earum, ſed ex cauſis procatarticas nomine, ideſt prægreſſas, ex accidentibus autem ea quæ euidentia circa corpus ſunt, ac ſenſibus vſurpantur,verbi gratia in pulmonia maxillæ rubicundæ. nam quædam eorum infirmi dicere refugiunt.

¶Non videtur cur infirmi refugiant dicere habere rubedinem maxillæ quam ante non habebãt, nec videtur illam rubedinem illis eſſe conſpicuam.niſi quis dicat,quòd Gale.non dicit omnia quę pręſcribit infirmos dicere refugere ſed aliqua.Cæterum & ſolent ægrotãtes & hi qui aſtant & minutiſsima medico occulere, vt illius ſcilicet eruditionem experiãtur.cum igitur medicus primo cõgreſſu per pulſum & anhelitus difficultatem, & per alia quę pulmoniam oſtendunt pulmonis affectum eſſe cognoſcit, & dicit aſtantibus rubedinem illam maxillæ affectionem pulmonis conſequutam eſſe,nec ægrotanti eſſe genuinam,licet res non ſit digna admiratione, ſolet his qui artem non callent admirationem facere, vnde euenit vt aſtantes medici eruditionem magnificiant, ex quorum ſermone ægrotans medico magis fidit, illiuſq; manibus magis ſe concredit,vbi enim habetur infirmi nequaquam dixerunt, & aſtantes (vt hæc pars aliquam conſecutionem habeat) eſt addendum,nõ ſolum quidem infirmos ſed etiam aſtantes medicus interrogat. porro nec ſolum ob

ea

UVA. BHSC. IyR_342

ea quę medicus ægroto manifestat, sed etiam ob ea quę astantibus pandit, bonam de illo opinionem concipit ęgrotus. quòd si hæc non placent, expunge posteriorem partem, quam expungendam sensit doctor Christophorus à Vega vir multæ & singularis eruditionis Caroli principis Hispaniarum, meritissimus medicus.

In longiori præfatione at qui videtur, vt prouidentia ex aduersum dicta fortunæ non ita dicatur, ex significatione communi, ita ẽ vocata prouidentia bonarum functionum tantummodo nominatur, vniuersi enim prouidentia haudquaq; est functionum malarum. 5

¶Vult quòd prouidentia vt opponitur fortunę, non dicatur ex significatione communi, sed vt est bonarum functionum, qua parte aliquis putabit, illum velle rerum bonarum non esse fortunam, quando quæ aduersa sunt in diuersa tendunt, sed prouidentia & fortuna minime in his quorum dicuntur esse sunt aduersa, sed in certitudine & constantia. porro non quælibet prouidentia sed quæ vniuersi est quæ semper bonarum est functionum, vt dixit Plato. 10. lib. de legum. lati. est quæ dicitur esse aduersa fortunę. nam hominum prouidentia nõ semper est firma & constans, quapropter non semper fortunę aduersatur. 10 15

Ibi. Constat vt Hippocra, nullo suo libro causam ægrotationis in deos refundat.

¶Dicit Hippocra. libro de sacro morbo Deum sceleratissima peccata purgare, qua ratione putat, nullos morbos à Deo imitti, at sępe vt peccata purget imitti morbos. quare prudentis medici est, iuxta ecclesiasticum decretum ægrotum monere, vt à peccatis se purget, vt corpus inde ab ægritudine facile vindicetur, rataq; apud medicos deberet esse consuetudo, periculosorum morborum ante animæ medellam nõ aggredi curationem. Homerus porro vt autor est Celsus. 1. lib. in proœmio. morbos quosdam ad irã relatos sensit. qua in re egregie est philosophatus. præstat ergo hoc sermone poetę assentire, quàm Hippocrati medico phylico. 20

Ibi. Deprehendisse Erasistratum ob amorem ęgrotare filiũ Regis. 25

¶Alij id tribuunt Leptino mathematico, vt autor est Valerius lib. 5. cap. 65. Plutarchus vero vita Seleuci dictis Gal. adstipulatur, quòd Erasistratus scilicet Antiochi latentẽ amorẽ deprenderit.

Ibi. Poetis qui fabulantur dęmonem quendam pusillum recens natum gerentem faces ardentes. 30

¶Alexan. aphrosi. secti. 4. problem. prob. 88. poetarum figmentum, qui Cupidinem fingunt aligerum, & tenentem fascem mire explicat, sunt aliqui poetæ qui pingentes cupidinem, fascis non meminerunt, sed pharetræ, vt videre est apud Propertium in illis carminibus. 2. lib. quibus cupidinem delineat, carmina sic incipiunt, quicunq; ille fuit, puerum qui finxit amorem, non ne putas miras hunc habuisse manus. 35

2. Sed primum epilogistice de singulis consideremus iudicijs, rectius enim erit, ex confessa communi omnium hominum ratione facere initialem doctrinam, quàm statim inter initia venire ad analogismũ. 40

¶Videtur iuxta id quod Arist. dicit. 1. lib. phy. cap. 1. melius esse incipere ab analogismo, quàm epilogismo. analogismus quidem est quod à causa propinqua ducitur, epilogismus ab effectu. Cæterũ ab vniuersalioribus & intellectui notioribus esse inchoandum citata parte docet Aristo. est vero causa vniuersalior & intellectui notior effectu, verum est profecto quòd ad tradendam scientiam vniuersalem melius est à causis vtpote intellectui notioribus incipere, quàm ab effectibus. sed ad docendum rem particularem, quam non solum in scientia versatis, sed & alijs volumus patefacere, præstat à confessa communi omnium hominum ratione facere initialem doctrinam, medicus quidem epilogismo, non solum in medicina exercitatis potest ostendere, quod nasus compressus in febribus acutis sit malum. analogismo vero solum his qui dissĕrendi artem callent id potest mõstrare, quòd si tam facile quilibet analogismo sicut epilogismo id posset addiscere, ab analogismo quippe quæ certius rem edocet esset auspicandum. 45

At

UVA. BHSC. IyR_342

5. At vero coloris mutatio peſsima eſt, quoties ad nigrum exiſtat, vtpote ſanguine refrigerato.

¶Ex ſanguinis refrigeratione dicit fieri colorem nigrum: Ariſto. porro vltima ſectio. problem. ex putrefactione vel ſanguinis ſiccitate: quærit enim cur homines cum ſenescunt nigriores reddũtur? reſpondet an quia res omnes excepto ſitu nigriores cum putrescunt euadant, ſenectus autem non niſi quędam putredo eſt. ad hæc cum ſanguis ſiccescens nigrior reddi ſoleat, merito ſenes ſunt nigriores. porro ſi putredo & ſiccitas ſanguinem nigrum reddunt, non mirum quòd in febribus exitialibus color in nigrum mutetur ob ingentem ſcilicet putredinem, & ob nimiam ſiccitatẽ, quam induxit febrilis calor, cęterum licet ab his cauſis niducatur ingredo non illa quę ſine flore vt ita dixerim eſt, quę eſt ſignum exitiale. hęc enim ex extinctione caloris natiui eſt, & certe ſenes potius ex caloris natiui inopia, quàm ex putrefactione quicquid dicat Ariſto. redduntur nigriores.

4. Accidit inſomnia propter triſtitiam.

¶Non ſemper mœſtitia parit inſomniam, triſtitia quidem quę eſt ob præteritas calamitates ſolet ſomnum inducere, ea vero triſtitia quę cum timore eſt alicuius futuri incõmodi, inſomniæ eſt cauſa, de ijs multa in meis quinquagenis.

4. Quibus adijcias licebit, ſimilia horum vacuationem immodicã, ſanguinis è naribus, aut vulua, aut mariſcis.

¶Non placet viris Latini ſermonis ſtudioſis. vt mariſca ſit quod hęmorroidem diximus, ſed ficus, vel tubercula, quę in ano gignuntur. de quibus dicunt eſſe carmen Martialis, Ceduntur tumidę me dico ridente mariſcæ. annotauit hoc Cornarius commentarijs quarti libri de compoſitione ſecundum locos.

Ibi. Non enim Eraſiſtratus videns coruos aut cornices volantes, deprẽhendit adoleſcentis amorem; nec vt quidam dixerunt amatoriũ pulſum.

¶Difficile eſt amanti, vulnus nõ prodere vultu. quare minus mirandum eſt, quòd Eraſiſtratus vultum Antiochi contemplans, ſimulq; attrectans carpum, dignoſceret quo vulnere ſaucius eſſet Antiochus. Cęterũ coruos volantes dicit Gal. erat coruus auis auguribus multum celebrata, quam credebant multi eſſe prędagam futurorum. vt lib. de Noe dicit Diuus Ambroſius. ſignificare euenta coruũ non abnuit Ariſtot. 9. lib. de hiſt. animali. cap. 31. vulgo etiam dicitur coruũ prędagire peſtẽ.

6. Sublimes oculi ſignificant delirium.

¶Hos oculos & inſanis eſſe inconſtantię indices, dixit Ariſtot. primo, de hiſtoria animalium cap. 10. quid quod apud Salomonem, hi oculi male audiunt, cum dixit mulier nequam in extollentia oculorum.

7. Siquid ſubapparet candidæ partis commiſsis palpebris, neque fluor alui, aut medicamentum in cauſa eſt, ſed ſubaudiri oportet cætera quoq;, quæ vim eandem obtineant, vno enim capite complexus dixeris, accidens id propter imbecillitatem fieri mouentis facultatis, quoties ſine cauſa conſtiterit exteriori.

¶Si eo quòd vires debilitantur & corpus exiccatur ex alui profluuio candidum oculi apparere ſolet commiſsis oculis, vt hac parte, & ſexto apho. apho. 22. Gale. dicit, mirum quòd tunc non ſit malum ſignum, ſicut cum hæc debilitas & ſiccitas à febre acuta proficiſcitur, & certe nihilo ſecius portenderet malum hoc ſignum in alui fluore quàm in febre acuta, niſi quòd in febre acuta vltra debilitatem & ſiccitatem quam in palpebris eſſe indicat, atteſtatur ſupra febris vehementiam, & malignitatem, quæ pauca temporis intercapedine citra ſenſibilem euacuationem valuit ſic oculorum naturam mutare, conſiderat etiam medicus, quòd cauſa quæ lantenter ſic oculorum naturam peruertit, non potuit in cerebro à quo muſculi palpebrarum pendent magnam non feciſſe commutationem. Cæterum quando alui profluuium eſt diuturnum, adeo vt ſiccitatẽ vix reparabilem indu-

UVA. BHSC. IyR_342

induxerit, & facit vt commiſsis palpebris candidum oculi appareat, tunc etiam eſt ſatis pernitioſum ſignum.

9. Cubantem offendi ægrum à medico oportet in latus dextrum, aut ſiniſtrum Hippoc.

¶Ita enim beneualentes cubare dicit Gele. qui non inſinuat in quod latus cubare ſit melius, iuxta ea quę dicit ſeruanda eſt conſuetudo, quę ſi non eſt, præſtat cubare in latus ſiniſtrum vt lobi hepatis amplectentes ventriculum iuuent coctionem, non enim aſſentiendum cenſeo Theophraſto, qui (vt Plini. dixit. 8. lib. cap. 4.) Celerius concoqui dextri lateris in cubitu dixit.

11. Et ob eam rem ſi in alterum colloces latus corpus defunctum, prorſus aut in partem pronam, aut ſupinam conuertetur.

¶Si verum eſſet quod dicit Plin. 7. lib. cap. 17. quod virorum cadauera ſupina fluctuant, fœminarum prona, velut pudori defunctarum parcente natura, videtur quod vir in alterum latus collocatum, in partem ſupinam conuerteretur, & fœmina in partem pronam. ſed vt nulla ratione quod dicit Plini. probatum eſt, ita non eſt arbitrandum, quod in corporibus defunctis in lectulo collocatis idem videamus, ſi enim pudor eſt fluitare oſtenſis genitalibus, & natura virorum pudori eſſet parcitura forſan fœminę pronę fluitant, quia earum mammæ quæ ſpongioſę & fungoſę naturę ſunt, multam aquam ſugunt, tanta vero aqua illæ repletæ, onus ad ſuam partē demergere faciunt.

13. Exitioſum autem, & hiantem dormire ſemper.

¶Dubitant aliqui, an ſit ſalubrius dormire ore aperto, quàm clauſo. qui illo modo dormire laudant, dicunt ſic melius cor & pectus à vaporibus expurgari, qui ore dormire clauſo iubent, dicūt ſi os apertum manet aerem frigidum ſublultim ingredi qui offendit pulmones & coctionem ventriculi lædit. quæ ratio ſi vera eſt, & à prandio labia eſſent compeſcenda, vt cunq; ſit hiante ore nō eſt dormiendum. ſed ore parum aperto vel clauſo.

16. Ex Hippoc. ſi vero velit reſidere æger in ipſo morbi vigore, in morbo acuto malum, peſsimum vero in pulmonia eſt, ex Hippocra.

¶Videtur quod in pulmonia non ſit peſsimum, quando peripneumonicis familiare eſt erecta ceruice reſpirare, vt hic nodus diluatur, notandum eſt, quod licet omnes qui pulmonia afficiuntur difficulter reſpirent, non tamen omnes ex æquo volunt reſsidere, ſed hi maxime, quibus eryſipelas eſt in pulmone, vt ſuadet ratio, & colligitur ex his quæ dicit Hippoc. lib. de internis affectionibus, vbi inter ſigna eryſipelatis pulmonis ponit ſpirationem erecta ceruice, inter vero notas inflāmationis pulmonis hoc ſignum non ponit, maxima quidem ex parte vt in introductorio pulſus diximus inflammatio qua afficitur pulmo à ſanguine pituitoſo proficiſcitur, quę non ſic cogit ęgrotantem erecta ceruice ſpirare, vt eryſipelas. quod aduertens Gale. dixit. 4. lib. de locis affectis, quòd ſi ſimul conueniunt in ſpiritualibus inſtrumentis calor, & anguſtia, vt in peripneumonia tum neq; maxima, neq; frequentiſsima, neq; etiam celerrima ſpiratio ſufficere poteſt, ſed ſurgere tētant ſic laborantes. hæc ille. quę non de qualibet peripneumonia ſunt intelligenda, ſed de ea quę à feruido humore proficiſcitur, non quidem verum eſt, quòd omnem peripneumoniam ea quę dixit Galen. comitentur ſympthomata, ſed eam in qua in inſtrumentis eſt magnus calor, & anguſtia. cum igitur peripneumonici non poſſunt aliter, quàm reſidendo reſpirare. indicatur eryſipelam eſſe in pulmone, hoc vero malum vix medicorum ſubſcribit diligentię, vt citato loco de internis affectionibus dicit Hippoc. quatenus igitur ex illa orthopnea indicatur malum vix medicabile eſt illud ſignum exitioſiſsimum, ſi porro per delirium vel per inquietationem ęger velit reſidere malum eſt, non tamen delirium vel inquietatio malum tam deploratum (ſi alia nō acceſſerint) indicat ac eſt pulmonis eryſipelas. iuxta vero hanc expoſitionem id quod dicit Hippoc. in ipſo morbi vigore ei parti quam addit peſsimum in pulmonia eſt non eſt adiungendum, nec Galen. eas partes adiungit, ſolum in vigore in alijs morbis à peripneumonia exponit. grauius quidē orthopnoea in omni tempore pulmonię, propter rationes dictas peſsima eſt, ſi eſt etiam in vigore vltra ingentem calorem virtutis imbecillitatem poteſt indicare.

17. Strident dentibus quotiens muſculi in temporibus, & maxil-

lis

UVA. BHSC. IyR_342

lis modo conuulsionis commouentur.

¶Inter signa quæ vermes ostendunt,dicunt multi esse dentium stridorem,vermes quidem mordendo ventriculi internam tunicam quæ eadem est cum ea quæ os ambit faciunt labiorum agitationem,ad quam sequitur stridor dentium, quod si vehementer ostiolum ventriculi mordent,afficitur etiam cerebrum,vnde noxa musculis mandibularijs potest communicari. porro quia vermes vrgente febre magis infestare solent,non mirum quod si vermes stridorem dētium aliquādo possunt producere,tunc maxime.stridor vero hic dentium qui in febribus ratione vermium proficiscitur,nec insaniam nec mortem significat.

19. Vt ergo cerebrum sentit per neruum affectionem digiti in pede,ita per aerem circunductum externa visilia contuetur,quęcunq; ab eo modice distant.

¶Videtur hic insinuare visionem fieri in cerebro,& non in oculo,quod est contra id quod libro de sympto.causis definiuimus,sed dicens Galen.externa visilia contuetur cerebrum,non abnuit, quod exacta visio fiat in humore crystallino, vt etiam exactus sensus fit in neruo pedis læsi,sed vt cerebrum sentit affectionem pedis,& hoc per neruum.ita per aerem sentit visile, nā licet visio fiat in crystallino,non negamus vsq; ad cerebrum penetrare. Cæterum lib.7.de placitis Hippocra.& Plato.explicauimus, Galenum voluisse aerem illustratum ab spiritu lucido fieri sensus capacem, est vero scrutatione dignum,ob quid Galen.hac parte dicat quęcunq; modice ab eo distant,videtur quidem insinuare,quæ longe distant non videre per aerem circunductum,at si quantitatem & distantiam non aliter nisi per emissionem oculus potest videre, per emissionem debet videre cælum & alia quæ longe distant. sed in hac parte cum dicit quæcunq; modice ab ipso distant, nihil aliud vult,quam quod si visilia modice distant quodāmodo attingit lumen ab oculo emissum visile si vero visilia longe distant,non potest aer qui est inter oculum & visile sic ab oculo illustrari,vt sit velut neruus,per quem sentiat cerebrum. Cæterum vt affectio pedis quam sentit cerebrū, sentit neruus,vnde cerebrum sentit:ita affectio quę dicitur visio, fit in aere ab spiritu lucido illustrato,proindeq; animato, quam affectionem sentit vis quę est in humore crystallino, & tandem cerebrum ipsum.vbi omnes affectiones sensuum exteriorum sentiuntur, itaq; vna & eadem visio est quę est in aere & quę est in crystallino humore,quæ procedit vsq; ad cerebrū.sicut vna irradiatione illustratur aer & aqua à sole,sicut vna est affectio quam sentit neruus pedis & cerebrum.

20. Maiores enim præcordia ac septum idem appellauerunt.

¶Plinius ad antiquorum sententiam pręcordia accepit pro septo transuerso.11.lib.cap.37. sic ait: exta homini ab inferiori viscerum parte separantur membranis quæ pręcordia appellant.

21. Adiecit enim qui cum febre infestet vt enim, à conuulsione & distentione neruorum & hilari dijungeret, & quicunque alij morbi sine febre acuti sunt.

¶Videtur frustra adiectum esse,quicunq; alij morbi sine febre acuti sunt,cum ipse.1.lib. de ratione victus commen.18.dicat,naturam acutorum morborum esse, vt horum febres omnino sint continuę.dicitq; ipse Hippoc.citato libro tex.8. acutos morbos quos prisci nominatim perstrinxerunt esse pleuritidem,peripneumoniam,phrenitidem,lethargum, causum,qui morbi vel sunt ex febriū genere,vel non sunt citra febrem.hanc controuersiam alibi diluimus, diximus,quòd Hippocra.& Gale.locis citatis morbus acutos non esse citra febrem dicentes ad antiquorum locutos esse sententiam.iuxta quam dixit Hippoc.in apho.acutos morbos quatuordecim diebus iudicari,& alios aphorismos etiam prodidit, qui solum veri sunt de acutis morbis qui sunt cum febre. Cæterum & hunc textum Hippocr.ad idem alludere quis posset dicere, sed tunc non est legendum infestet, sed infestat,nec iudicetur sed iudicatur,ita vt textus habeat.spirationis facilitatē existimari oportet,per quam magnam vim habere ad salutem,in omni morbo acuto,qui cū febre infestat, & quadragesimo die iudicatur,dicemus hic velle naturam acuti morbi esse cum febre infestare,& ad summum quadragesimo die iudicari.

25. Quam vero rursus medici recentiores proprie nominant inflamma-

UVA. BHSC. IyR_342

flammationem, hanc Hippocra. composita dictione durum & dolens oedema appellat.

¶Pro duro renitens intellige, iuxta illud quod dixit Gale. 6. vulg. com. 1. tex. penulti. vbi ait phlegmone nanq; non durum, sed resistentem tumorem efficit, sed antiqui vt dixit Gale. lib. de tumoribus præter naturam, inflammationem efficere durum tumorem sentiebant.

26. Tale vero oedema ab initio periculum mortis cito futuræ significat, ex Hippocrate.

¶Exponit hoc Gal. de inflammatione quæ iecur vel lienem vel peritonæum prehenderit, sed neq; hæc videtur periculum mortis cito futuræ significare, quia. 2. prorrhe. com. 21. dixit, quinimo neq; vbi iocinore vel ventre vel septo transuerso phlegmone oriatur febris hæc continuo maligna est: qua parte vult q; nec necessario ex hepate inflammato oriatur febris acuta. porro inflãmatio quæ in initio tantum dolorem inuehit, tantumq; facit renilum, non potest esse parua, quare admodum periculosa est. licet sæpe videamus & ex hac inflammatione aliquos liberatos, vel non breui extinctos: Hippo. tamen non solum inflammationem quæ vnam solam partem, sed quæ dextram & sinistram prehendit dicit esse periculosissimam, inflammationi quidem hepatis & inflãmationi lienis quæ simul inuadunt vix poterit sufficere ægrotus.

28. Docet expectandũ esse sanguinis fluorem, in iunioribus quintum trigesimum annum agentibus, etenim per hanc ætatem, sanguis plurimus est, & item facultas validior, atq; etiam calor exuperans.

¶Ex inflammationibus quæ sunt in hepate vel liene dicit quòd in iunioribus quintum & trigesimum annum agentibus, est expectandus potius sanguinis fluor, quàm in maioribus natu, neque in his esse magis expectandum suppurationem, quàm in iunioribus sentit Hippoc. quia etiam ad suppurationem agit valens virtus & calor exuperans.

37. Omnia enim omnibus docere locis nugacitatis potius, quàm doctrinæ proprium est.

¶Ne in hanc nugacitatem incurram breui sententias quę in omnibus libris Gale. difficultatẽ præferunt percurro, & quæ ad sententiæ expositionem esse vtilia censeo, adiungo. non quidem placet in hoc volumine ex alijs Galeni libris texere commentaria.

37. Ex his igitur vt dixi demonstratis in alijs commentationibus series est, vt colligas sanguinem qui probe sit in pus commutatus, primo quidẽ nõ putruisse, sed potius cõcoctũ fuisse, secũdo vero in ipso simul quid putredinis præter naturã apparere, parũ vero & illud esse.

¶Contradictio videtur esse in his quę dicit Gal. dicit quidẽ sanguinẽ in pus cõmutatũ nõ putrescere, postea dicit in hoc sanguine aliquid putredinis apparere, superflue etiã videtur additũ putredinis pręter naturã, cũ omnis putredo pręter naturam sit. dicemus q; cũ Gal. dicit nõ putruisse, vult q; inflãmatio in qua sanguis probe in pus cõmutatur, non fuit genita ex putrido sanguine, sed in ipsa inflãmatione putredinẽ adquisiuit, in eo vero quod dicit putredinis præter naturam, nõ vult quod aliqua putredo sit naturalis, sed quod in aliqua parte repręsentat pus calorem præter naturam, vel dixit putredinis præter naturam, ad differentiam putredinis quam stercus in homine sano habet. nam secundum aliquorum opinionem, stercus putredinem habet.

Ibi. Eadẽ causa est, ob quã subsidet in vrina cãdidũ sedimentũ, etẽ id quoq; obtinet & gñationẽ, q̃ pari proportiõe respõdet, quicquid eñ alimẽti in sanguinis gñatione naturę refugit cõfectionẽ, subsidet in vrina.

¶Si Gale. dicit sedimentum esse candidum, quia solidioribus assimilatur partibus vt pus, nõ est cur aliquis putet, illum voluisse, sedimentum gigni in iecore, si enim in iecore generaretur, non est cur candidum esset. Cæterũ nec quod hac parte dicit, q; quicquid alimẽti in sanguinis refugit cõfectionem his reluctatur. solenne quidem est Gale. vt. 5. lib. de vsu partium diximus, concoctionẽ & elaborationem quam in venis subit sanguis, sanguinis vocare generationem. adde q; vero consonat,

UVA. BHSC. IyR_342

partem quæ in generatione ſanguinis in hepate refugit confectionem, eo quòd in venis non poteſt tam congrue elaborari, quòd fiat membrorũ alimentum in vrina ſubſidere, quia vero hic humor ſatis elaborari non poteſt, ob id dictus eſt crudus à Gale. 1. lib. de criſi. cap. 12. qua parte clare indicat, in venis ſedimen generaritait enim quantum autem ad vſum refert, facilimum inuenire eſt, ꝙ vrinarum quę ſecundum naturam ſe habent terminus eſt in optimis ſanis corporibus, primum coctionis ſanguinis tempus. ſanguis porro licet primo in hepate generetur, primo in venis coquitur, hæc quę hac parte dicit Gale. aſtipulantur his quæ dixit. 1. lib. de ſanita. tuen. quòd ſcilicet vrina eſt excrementum venarum.

In Prognoſtica Hippocratis

Commentarius ſecundus.

TAque cuiuſuis aquæ inter cutem communis genitura eſt, vbi ſanguificationis officium intercidat.

¶Non poſſe hydropem citra iecoris vitium oriri lib. 5. de locis affectis diximus, ſi enim Hippoc. hac parte dicit, aliquem hydropem ex parte inani à lumbis oriri, nõ vult, quòd citra hoc quod hoc vitium iecori communicetur hydrops oriatur, contrarium vero voluiſſe Celſum, parte iam citata diximus.

3. Quibus à iecore aqua inter cutem incipit tuſsis tuſsiendiq; prõptitudo eſt, ſed nihil excreant commentatione dignum, ex Hippoc. & venter non deĩcit niſi dura.

¶Non eſt hoc ſignum perpetuum, quia ſi parua eſt inflammatio hepatis non inducit tuſsis promptitudinem. Cæterum & ex calore hepatis immodico hydrops excitatur, vt quinto de locis patie. dicit Gale. adde quòd ex liene inflammato excitari ſolet tuſsis inanis vt dicit Gale. 2. lib. de diffe. reſpirationis, verum eſt tamen quòd hoc non eſt tam frequens, ſicut ex inflammatione hepatis. Cæterum & quando è calore immodico hepatis producitur hydrops, tanta ad hepar fit humoris vel aquę affluentia, quòd iecur tumet vnde tuſsis vel tuſsiendi promptitudo excitatur, quomodo vero fit intelligẽdus aphoriſ. ſextę ſectiõis, ꝙ tuſsis ſuperueniẽs hydropi ſit mala, ſuo loco declarabim⁹.

4. At vero per morbos acutos interdum adnotatio cũ rigore præhendens, aut frigore, non ſolum extremas corporis partes, ſed etiã cutem circa coſtas ac ventrem frigidum reddit, ea quidem circa viſcera vitium non oſtendit, ſed vbi permanentibus partibus circa coſtas ac ventrem calidis, aut etiam calidioribus quàm ſoleant, ſumme refrigerantur corporis partes in viſceribus, magnitudo ſignificatur inflammationis.

¶Cum febris ſi exquiſita fuerit, neq; horrorẽ neq; rigorẽ habet, rigor hic de quo loquitur Gal. vel erit qui ſoluit febrẽ ardentẽ, vel non loquitur de febre quę exquiſite cõtinua eſt. vel forſan voluit intermittentes aliquas febres eſſe ex numero acutorũ morborũ iuxta illud qđ dixit. 8. de decretis, de qua re iam lib. 4. de arte cura. Cęterũ per viſcera intelligenda ſunt hic iecur, ventriculus & lien. nõnunquàm vero & cerebrũ vocauit viſcus Gal. vt videre eſt. 3. lib. de decretis Hipp. & Plato. Cæterum ꝙ hæ febres in quibus exteriora frigent interioraq; vruntur ſint lipyriæ vel febriũ ardentiũ quoddã pernicioſum genus, iã declarauimus lib. de inęquali intẽperie, vbi diximus, iuxta Gal. quæ ꝓprię ſunt lipyrię proficiſci ex inflãmatione viſcerũ. febriũ vero ardẽtiũ ꝑnicioſum genus oritur ex viſcerum eryſipelatibus, iuxta id quod dixit. 2. lib. de criſi: ſed de his ſatis lib. de arte curatiua.

10. Si genitale teſteſq; cõuelluntur, dolor ac mors ſignificatur.

¶Facit etiam aſcititius calor ſic teſtes emollire, ꝙ niſi prorſus facultas ſit emortua. illi laxantur.

11. De ſomno quẽadmodũ ex natura & in cõſuetudine eſt, interdũ vigilandũ noctu dormiẽdũ, minime vero offenditur ſi quis dormiat prima luce ad tertiã diei partẽ, qui vero ab hoc tẽpore ſomnus eſt deterior eſt.

¶Vtilis

UVA. BHSC. IyR_342

¶Vtilis est nox vt in ea pertranseant bestiæ syluæ vt dixit Psalmographus, vtilis est etiam vt in ea somnus concilietur, aeris humiditas quæ nocte magis viget, & silentium & obscuritas faciunt ad somnum conciliandum, quod considerans Ouidius. 11. methamorpho. loco obscuro somnū describit. quo Phœbus adire non possit, nec vigil ales euocet aurorā, sed valet tantum in diuitibus cōsuetudo, quod vt dicit Gale. hac parte, nocte vigilant, die dormiunt. quam consuetudinē mire exe- 5
cratur Plato in phedro. non tamen omnibus est interdicendus somnus meridianus, nam homines macri fluxiq; è quorūcarnibus magnum fit effluuium, poterunt citra noxam interdiu ęstate præsertim dormire, hanc consuetudinem habebat Plinius, vt suus nepos dicit in quadam epistola, dormiebat minimum, post quam gustabat, deinde studebat, in cœnæ tempus. non tamen laudo, quod protinus à cibo quis dormiat, ne vapores cibi cerebrum offendant, porro cum hyeme nox sit longis- 10
sima, nec ex calore sic corpora vt ęstate digerantur, fiatq; somnus vt Gal. dicit tertio de causis pul suum cū ex fatigatione aut nimia siccitate calor ad alimentū se conuertit, meridianus somnus ęstate quàm hyeme erit vtilior, magis quidem multo vigente calore defatigantur vires. Argenterius porro lib. de somno cap. 28. oppositū profitetur, cū causam sufficientem non afferat, nō est cur illi subscribamus. pro causa affert, quòd Romæ æstate dormire à prandio pernicioſum multi sentiūt: 15
sentient quidem hoc Romæ & alijs regionibus homines qui non sunt assueti, & satis nocte dormiunt, sed ex his non sequitur q̄ hyeme meridianus somnus minusquàm æstate incommodet. forsan Romæ tantum incommodat ęstate somnus meridianus, quia illa vrbs est multū fluxionibus obnoxia, vt. 5. metho. dicit Gale. somnus vero meridianus nocet his qui destillationibus sunt procliues. Cæterum quia æstate rarior est cutis quàm hyeme, patentioraq; tunc sunt spiramina, ob id ex so- 20
mno meridiano facilius potest catharrus contrahi æstate quàm tempore frigido, sed licet hoc Romæ contingat, non sequitur quòd in locis quibus non tam facile catharri inuadunt, q̄ meridiari æstate erit pernicioſius quàm hyeme præsertim si quis est macer, & ab ęstu facile digeritur.

14. Vacuationem appello, propriæ materiæ vbi quātitate exuperet, purgationem vero alienæ per qualitatem. 25

¶Aliter sumpsit vacuationem tertio prorrheticorum, vt ibi annotauimus.

Sed pro copia ingesti cibi dejciat bis aut ter die, noctu semel oportet.

¶Iudicabit aliquis hunc textum non sapere eruditionem Hippocra. cum non oporteat bis dejcere, & noctu semel, nec credendū est, hanc fuisse antiquis consuetudinem: quare non abre putabit aliquis, q̄ vbi legitur oportet fit legendū sufficit, vt sit sensus, sed pro copia ingesti cibi sufficit, q̄ 30
ad plurimū dejciat bis aut ter die, noctu semel, nam si quinquies vel pluries dejciat morboſum est.

17. Aclumbricos quoq; teretes, eunte in iudicationē morbo descendere, idoneum est.

¶Aetius sermone primo tertiæ partis cap. 39. de lumbricis ait: circa initia morborum generati substantiam suam ex subiacente corruptione capiunt, circa vigorem ex malicia morbi, circa declina- 35
tionem ex permutatione omnium in melius: porro cum in vigore fiat iudicatio, videtur iuxta id quod ex Hippoc. adduximus, q̄ tunc non est malum descendere lumbricos, quicquid dicat Aetius. nisi dicas quòd Aetius intelligit quando lumbrici citra humorum criticam vacuationem ęgredium tur, talis quidem descensus non tam fit vi naturæ humores excernentis, quàm vi maligni humoris quem lumbrici fugiunt, sed dices cum iudicatio fiat etiam per vomitum sicut per alui fluorem, cur 40
non est bonum lumbricos per vomitum die critico excerni, sicut per alui fluorem: causa est quia lumbrici sunt in intestinis quæ vero in intestinis sunt, vt in aphorismis dicemus non per superna, sed per inferna habent suam vacuationem.

25. Quicunq; morbi sine febre affligunt, aut in cerebro aut membranulis ac in thorace ac pulmone, ex alijs indicijs agnoscuntur, siue 45
mitiores breuioresq; sint, siue periculosi diutiniq;.

¶Quòd non vrina, sed alijs signis terminus & vis morborum quos refert agnoscantur dicit, vnde patet, quàm grauiter errent, qui sola vrina omnium morborum volunt habere notitiam.

UVA. BHSC. IyR_342

32. In mulieribus & viris vrina nigra, in pueris aquosa deterrima est, ex Hippocrate.

¶Galenus exponens hunc textum dicit, per naturam pueris est emittere vrinam corpulentam, ac sediminis copiam habentem, in ætatis vero vigore consistentibus tenuissima est, & habet exiguum sedimentum, & ob eam rem in eis vrina nigra exciosissima est: hæc ille, porro ex textu Hippocr. non elicitur, q̃ sit vrina nigra peior in iuuenibus quàm in pueris, sed quod nulla est peior vrina in illis quàm nigra, & in ijs quàm aquosa. Gal. vero in ijs quæ citauimus aliud videtur sentire. Cæterũ cum vrina tenuis non opponatur nigrę sed crassę, nõ videtur ex his quę dicit Gale. vrinam nigram esse peiorem in iuuenibus quàm in pueris. adde q̃ color niger supra vehementẽ calorẽ attestatur, quod ob nomen, videtur q̃ magis sit contra naturã in pueris quam in iuuenibus, nam iuuenes absolute calidiores sunt pueris, cõtingit etiam vrinas nigras & tenues excerni vt de vrinis apollonij & herophontis dicit Hipp. in epidemijs. ibi diximus exquisite tenue esse peruiũ, quod probauim⁹ ex quodam textu Hippo. 4. lib. de ratione victus, vbi dicit vrinas tenues & nigras esse deterrimas, diximusq̃ posse esse vrinas non exquisite tenues & nigras. iuxta hæc dicimus, quod vrina multum nigra non potest esse quin sit crassa. ob quam rem maiori discerniculo distat ab vrina iuuenũ, quàm ab vrina puerorum. si vero est vrina tenuis cum qua tenuitate aliquam nigredinẽ admittere posse diximus, videtur quidẽ nõ magis esse contra naturã in iuuenibus quàm in pueris, nã illa tenuitas iuuenibus magis cõuenit, quàm pueris, & calor ille niger qui à calore inducit magis cõtra naturã est calori puerorũ rõne humiditatis obtuso, quàm calori iuuenũ rõne siccitatis acri: nisi velis dicere, vrinas nigras, quãuis tenues autorib⁹ dicãtur, semp esse crassas, sed cõparatiõe ad alias dici tenues.

38. At vero gignitur in corpore quemadmodũ crocea bilis per naturam habentibus, ita porracea altera præter naturam.

¶Hanc bilem porraceam aliquando in ventriculo, & aliquando in venis per assationem gigni dixit Gale. hac parte, contra quam pleriq̃ arbitrantur.

43. Permista appareat flaua bilis ad modum screatione.

¶Lib. 1. de crisi hunc locum exposui, vbi dixi cur flauedo debet apparere in optimo sputo.

45. Sanguineæ enim ac pituitosæ modestiores habentur, quæ vero flaua aut atra bile constant ægrotationes, difficiliores cẽsentur. alter utra em̃ derodit corpus idq̃ cõmune illis est, proprium vero vtriusq̃ flauę quidem bilis, vt acutas accendat febres.

¶Licet sint modestiores ęgritudines, quę à pituita, quàm quę à bile proficiscuntur, nõ sunt securiores. securior quidem est tertiana exquisita intermittens, quàm quotidiana, quare quod dicit Gal. q̃ difficiliores habentur ægretudines quę sunt à bile quàm à pituita sic est intelligẽdum, quòd acriora illę quàm hęc inuehant sympthomata.

Ibi. Ac redditur flaua screatio propter flauam bilem, candida vero glutinosa ac rotunda propter assatam pituitam.

¶Si pituita assata fit candida, claret secundum Galenum ex pituita non fieri atram bilem.

Humor si syncerus fuerit, prauam indicat affectionem flammido calore obtinens generationem.

¶Videtur hic inter humores non collocare pituitam, quę quantumuis syncera sit non à flammido calore obtinet generationem, sed Galen. non credidit, quòd in pulmonia vel pleuritide de quibus agit, pituita syncera quę à vehementi frigiditate gignitur, vt supra textu. 37. dixit excreetur.

58. Tabidi intereunt febricitantes tenuiter quidẽ at calore iugiter quodãmodo in noctẽ crescente, id accidit oĩbus febricitãtibus hectica febre nõ rõne affectiõis nocte augẽte illis febrẽ, sed ex quodã accidẽte.

¶Ad cibum quem sumunt hectica febre laborantes id reducit Gale. de qua re iam diximus lib. 2. de differentijs febrium. Cæterum cũ qui purulenti sunt lente reficiantur, nec solũ ad vesperã cibũ sumant

UVA. BHSC. IyR_342

mant,ſed etiam interdiu alia cauſa quam ea quam Gale.exhibet,inueſtiganda eſt,ob quam Hippo. dixerit,purulentos noctu vehementius febrire.ſane potiſsima cauſa eſt,quia nocte ratione ambiẽ tis,& ratione ſomni,non ſic pectus ſicut interdiu expurgatur, quo vero minus puris excernitur, hoc febris magis augetur: adde quòd in ſomno non ſic ventilatur cor & arterię, accedit quòd nocte augentur deſtillationes,in his vero qui hæctica febre citra pectoris affectionem laborant, eo tempore quo fit cibi digeſtio ſiue ſit nocte, ſiue ſit interdiu, ob cauſam quam parte citata ex Gal.tradidimus augetur calor,quòd ſi nocte magis augetur quàm interdiu eſt,quia ratione ſomni vis vitalis quę in hecticis debilis eſt,non ſic poteſt ſuum munus explere,ſicut in vigilia, non facta vero debita euentilatione,calor aſcititius apparet vehementior.

Commentarius tertius in prognoſtica Hippocratis.

2. Implices dicuntur homines, & item malefici in quadam ſi mulatione,quemadmodum & ſimia & calias porro dicun tur etiam hi qui ſunt probis imbuti moribus, ſed enim pri mi frequens vſus apud autores,ſecundi vero rarior.

¶Apud autores Latinos ſimplex frequentius ſumitur in bonam partem.

4. Annus enim non trecentorum & ſexagintaquinq; dierum tan tummodo eſt,ſed etiam quartæ partis diei & item ad hæc partis cuiuſ dam prope quodammodo centeſimæ.

¶In hac re non eſt Gal.ſubſcribendum,ſiquidem ex vera aſtrologorum computatione colligitur, annum eſſe trecentorum & ſexagintaquinq; dierum & ſex orarum minus aliquot minutis, de hac re vide libellum Adriani Iunij de anno & menſibus.

8. Ob id igitur exquiſita tertiana ſeptem circuitionibus, non die- bus ſeptem iudicari natura ſolet.

¶Contendit Argenterius, quòd in febre tertiana non fiunt criſes, dicit quidem criſi fiunt magnæ mutationes,quæ in tertiana nõ fiunt.errat ſane, cum & in tertiana magnas videamus mutationes, re ipſaq; cõperiamus,acceſsionem quartam iudicare ſeptimam,ſi enim quarta acceſsione alui fluor aduenit,& ſeptima acceſsione ſolet aduenire.porro ratio dierum criſimorum in tertianis non videtur reduci ad menſem Galen.cum ſeptima acceſsio non decimaquarta die, ſed die decimatertia aduenìat,vndecimaq; acceſsio non vigeſima die, ſed die vigeſima prima.

Ibi.Et ob eam rem appellarunt mortales vniuerſum hoc coſmon, argumento ordinationis,quandoquidem cuncta in eo recte diſpoſita ſunt,in medio enim eorum terra poſita eſt,extra mare circumit, id am- bit aer,illum æter,demum his omnibus cælum circum obtenditur.

¶A perfecta abſolutaq; elegantia dici mundum. dixit Plinius.2.lib.cap.4.quòd ſumpſit ex ijs quæ dicit Plato in thimęo,& Ariſto.lib.de mundo.qui ſic ait: mundus eſt rerum omnium ordo,orna- taq; deſcriptio, quę tum à dijs tum per deos cuſtoditur. Cæterum ex his quę Gale.hac parte dicit, colligitur,illum neutiquàm voluiſſe,ſub orbe lunę eſſe ignis elementum, ſi enim id ille ſenſiſſet,ni hiloſecius locum ignis quàm cæterorum elementorum expreſiſſet. nec eſt cur quis credat, quòd per æter ignem intellexit,cum per æter aerem puriſsimum intelligi,colligitur ex his quę dicit Pla to in thimæo qui in epinomi. eſſe ſupra æter ignem fuit profeſſus per ignem intellexit cælum. Cæterum his quæ hac parte dicit Galenus,videtur adſtipulari Salomon prouerb.cap.octauo.qui ait,quãdo præparabat cęlos aderam,quando certa lege & gyro vallauat abiſſos,quando ætera firmabat ſurſum,& librabat fontes aquarum,quãdo circundabat mare terminum ſuum, & legem po nebat aquis ne tranſirent fines ſuos,quando appendebat fundamenta terrę cum eo eram cuncta componens.hæc ille: in quibus locorũ elementorum videtur memoriã feciſſe,& loci ignis nullũ

UVA. BHSC. IyR_342

facit,per fundamenta terrę dicet aliquis intellexisse aerem, iuxta illud quod libro de flatibus dicit Hippo.quod est terrę fundamentum.

Magis hoc latet,quam maris eongij.

¶Hoc dicendi modo vsus est Theodoretus lib.de actiua virtute,qui sic dixit,magis hæc ignorant quam quod dici solet,quot aquæ poculis mare constet.

19. Quod si pituitosus interdum tumor infestet, celerrime discutitur,nec vllo pacto acutus talis morbus est.

¶Loquitur de angina Galen.videtur porro esse diuturniorem tumorem à pituita ortum,quàm à bile:cũ facilius bilis discutiatur,esset profecto tumor à pituita ortus diuturnior: si ad intima æque penetrasset pituita ac bilis,quia vero non penetrat, ideo celerius discutitur.Cæterum si pituita ali quid bilis admistum habet,tumorem discussu difficiliorem gignit,quia ad intima penetrare potest, & humor est contumacior.

24. Cum triplex sit causa prorogationis febrium, aut propter ali quam partem affectam curatu difficilem,aut propter humores crudos & crassos,incoctosq;:aut propter aliquod commissum.

¶Tres causas ponit febrium prorogationis, & infra videtur plures numerare.cum dicit aut propter exteriorem causam,verbi gratia,tempus,terram,conditionem. sed tempus,& terram,& conditionem, ad commissum reducit, videtur porro quod vltra has causas est alia, facultatum scilicet naturalium imbecillitas,nam licet sint humores qui febrem producunt tenues, nullumq; sit commissum,prorogabitur febris, eo scilicet quòd facultas imbecillis non potest humores quanuis tenues subiugare,sed cum facultas sic imbecillis est non possunt humores non esse incocti,& crudi.

28. Sed si non antea natura quodammodo excernat, veluti cinerẽ vehementer assatorum,hic rursus permanens in corpore calescens, putrem quandam recipit affectionem.

¶In hac parte videtur Gale.sentire,quòd ab atra bile gignatur febris quartana,quod videtur difficile,cum acrior sit hic humor, quàm vt febrem tantam intermissionem habentem, & periculo vacantem producat:sed si aduertis,non vult Gale.quòd humor qui vere est atra bilis producat febrem quartanam,sed quòd humor qui ex aliorum humorum adustione est genitus,in quo iam calor est restinctus:humor vero qui huius naturæ est,non est acris,nec erodit,vt atra bilis facere solet,sed quodammodo frigiditatem contraxit.

29. Ita quartanæ potius annum agentibus quadragesimum, aut etiam senioribus accidunt.

¶Cui ætati quartana sit familiarior,diximus libro de natura humana.

29. Fit vt aduscq; senectutem in medio atrabiliarij omnes morbi in his magis exuperent,in illis minus,elephas cancer lepra.

¶His quę dixit Gale.non succinunt ea quę ex Archigene dicit Aetius,sermone primo quartę partis cap.de elephantia,qui ait pueros & iuuenes maxime quo tempore pubescere incipiunt elephãtiam inuadere.sed certe rationi magis consonat quod dicit Gale.ea quidem ętate qua bilis atra magis abundat,videtur quod morbus atrabiliarius magis inuadat.

31. Hanc igitur exhalationem sentiens à cerebro,permeans ad oculos visorius spiritus.

¶Nou est intelligendum quòd cerebrum vnos spiritus gignat ad videndum, alios ad audiendum, spiritus tamen qui à cerebro ad oculos demandantur, eo dicuntur visorij,quòd quando in oculo sunt visioni subseruiunt,quòd si ijdem spiritus ad auditorium organum mitterentur, auditorij dicerentur,quatenus seruirent auditioni.lucis enim maioris nomine solent medici spiritibus ex functione cui seruiunt nomen indere.

13. Tales enim humores latent pulmonem,vt qui vel omnino non sentiat

UVA. BHSC. IyR_342

sentiat, aut difficulter sentiat.

¶An pulmo sit sensus expers libro de locis patientibus declarauimus.

35. Cum enim tres vires genere existant, ex quibus gubernatur corpus, duabus quidem pueri, quàm cæteri fortiores existunt, vna vero debiliores, qui in neruis innexa est.

¶Contraria videntur hæc his quę dixit. 3. lib. de causis pulsuum cap. 4. qua parte dicit, iuuenibus fortiorem vim vitalem esse, quàm pueris. pro hac contradictione diluenda, diximus libro de arte curatiua, cap. de cordis palpitatione, quòd vis vitalis dupliciter consideratur, vel quatenus per eam vitalis calor omnibus membris demandatur, vel quatenus dicta facultas cor & arterias contrahit & distendit, quatenus quidem per vitalem facultatem calor vitalis omnibus mẽbris impartitur validior est in pueris: calore quidem naturali magis pueri abundãt, quare naturalior (vt ita dixerim) est influxus qui fit à corde puerorũ quàm à corde iuuenum, quatenus vero facultas vitalis ad opus contractionis & distentionis arteriarum consideratur, fortior est in iuuenibus: iuuatur quidem calor siccitate ad hoc opus, & humiditate remittitur vel hebetatur: quomodo vero intelligendum sit illud Galeni tertij aphorismorum aphori. 26. vbi ait potentiam naturalem esse imbecillam pueris, ibi declarauimus.

De præsagijs ex somnijs.

Est enim ex insomnijs corporis dispositionem coniecturis quibusdam deprehendere.

¶Pro qualitate qua sedes animæ ab humoribus afficitur, somnia variari contingit: putant porro multi qui christianam philosophiam profitentur, & ratione cælestis influxus contingere somnia variari: porro quòd sydera quatenus ambientem aerẽ infrigidant vel calfaciunt vel humectant vel exiccant, possint somnia inducere & variare non est diffitendum. absurdum tamen est putare, quòd à syderibus anima humana absconditarum rerum (quod quidam putant) suscipiat cognitionem. in qua sententia puto fuisse Alexandrum ab Alexandro cum suo libro de diebus genialibus proprio ad id dicato capite commemorat virum qui ex somnijs multa prædicebat, à qua opinione non credo abluisse Paulum Iouium, qui referens interitum Alexandri Medices Ducis Florentini, dicit in somnijs ducis famulum nomine Horatium vidisse ducem à Laurentio Ducis consanguineo esse interficiendum, vnde huiusmodi præsagia non esse aspernanda dicit. sed si famulus ille malam Laurentij conceperat opinionem, quid mirũ quod somniasset quod mente in vigilijs ante cõceperat: ad quem modum legimus Andromachem mortem Hectoris somniasse, & Cæsaris vxorem in somnijs mortem coniugis prędixisse, quòd si sine vlla pręcedenti pręmeditatione huiusmodi somnia veros habent euentus, non inde certitudinem somnijs sic euenientibus tribuere debemus, vt enim recte dixit Cice. 2. lib. de diuinatione. quis est qui totum diem iaculans non aliquando collimet: totas noctes somniamus. neq; vlla fere est qua non dormiamus, & miramur aliquando id quod somniamus euadere. idem dixit libro de diuinatione: per somnium Aristot. dixitq;. libro de somno & vigilia cap. 7. somnia quorum principia non habemus, si quando nobis alicuius euentus prænuntia sunt, hoc fortuito & nulla ratione naturę cõmittitur. sic dicemus fortuito fuisse cõmissum somnium patris Gale. qui somniauit Galen. magnos facturum in medicina progressus, Plato in thimæo vim diuinandi à Deo immitti dicit, qua parte hac vi magis pollere inertes & imprudentes quàm sapientes insinuat, quòd etiam libro de deprehensione per somnium dixit Aristot. vbi Plato non consentit quòd à Deo somnia immittantur. porro cum multa quę de somnijs hi dicunt sint vere somnia, nolo de his hic disputare. Cæterum si verum est quòd imprudentes melius futura ex somnijs prædicunt, non debuisset Galen. vir acerrimo ingenio tantum suis somnijs tribuere, quòd illis admonitus aliqua curationis genera tentasset. inter vero eos qui somnijs multa tribuunt fuit quidem Arnaldus à Villanoua, qui ordinem diuinandi per somnia non minus tradere fuit aggressus, quàm astrologi: hunc fere fuit æmulatus

UVA. BHSC. IyR_342

Auguſtinus Nimphus lib.de ſomniorum interpretatione.ſed de ijs in quinquage.vbi etiam cõfuta uimus multa quæ de certitudine ſomniorum dixit Auicenna cap. 2. quartę partis de anima. de ſomnijs pulchre dicta mihi apparent quæ dicit Iſidorus.3. lib.de ſummo bono cap.6. qui his verbis ait,diuerſę ſunt qualitates ſomniorum,quędam ex ſaturitate vel inanitione occurrunt,quædam ex propria cogitatione oriuntur,nam ſępe quæ in die cogitamus in noctibus recognoſcimus,nõnullæ autem ſpirituum immundorum fiunt illuſione,Salomone probante. multos inquit errare fecerunt ſomnia & illuſiones vanę.porro quædam iuſto fiunt modo ideſt ſupernę reuelationis myſterio,ſicut legitur in lege de Ioſeph filio Iacob. hæc Iſidorus quæ tam ſapienter dicta ſunt, quòd hic apponere eſt viſum.

Videtur igitur in ſomnijs quidam crus ſibi alterum factum lapideum,quod multi magna rerum iſtarum pollentes peritia ſic interpretabantur, tanquàm ad ſeruos id ſolum ſpectaret, at ille præter noſtrorum opinionem crure paralyticus fiebat.

¶Mirum quòd præter Galeni opinionem iſte paralyticus fiebat,potius quidem ex hoc inſomnio hoc vel huic ſimile erat interpretandum, quàm alteri ſeruire deberet. Cæterum aliqua ſomnia ex corporis affectione accidere ſolent,quę nullam conuenientiam videntur habere cum his quæ portendere ſolent,huius generis eſt ſomnium, quod capite de lapide renum narrat Matthæus Gradi. hic quidem inquit quòd quidam vicecomes nomine Alexander, ſemper quòd ſomniabat comedere nocte ſequenti dolore renum vexabatur, quòd ſi ſomniabat comedere res difficiles coctionis, dolor erat vehementior,hoc vero dicit per multos annos ſic accidiſſe, non poteſt vero huius effectus tradi cauſa,niſi quis dicat,quòd dolor renum plurima ex parte ventriculo & reliquis membris nutritionis cibo ſuffarcinatis accidit, ex hac ciborum multitudine eueniebant huiuſmodi ſomnia,ſed his qui eſuriunt ſępe contingit ſomniare quod comedunt.

Videtur nanq; in ſomnis anima, profundum corporis ingreſſa, externis relictis ſenſibus,ea quæ corporis ſunt diſpoſitionis ſentire.

¶Hoc videtur eſſe iuxta ea quæ alibi ſcripſit, quòd anima ſit calor,in ſomno quidem calor ad interna reciprocatur,ſed non anima,his adſtipulantur quę dixit Pli. 10.lib.cap.75. cũ dixit ſomnum eſſe animi in medium ſeſe receſſum.

Liber de Præcognitione

cum ſcholijs.

DAtaq; eſt opera vt ea dicantur & fiant, quibus vulgi gratiã ineant,& ab eis approbentur,dico autem quibuſuis adulari, quotidie ſalutare diuites per vrbes comitari, principes domum reducere,in conuiuijs diſcumbere,atq; in eis tum mini ſtrare, tum iocos & facetias referre, quidam vero non hæc modo faciunt, ſed præcioſo quoq; veſtium & anulorum populo perſuadent ſe dignos eſſe,qui beati & amabiles ab omnibus habeantur.

¶Non procul abſunt multi medici qui hac tempeſtate viuunt à medicis illis quos Gale. ſuis pinxit coloribus,imo credo vt cætera in peius ruunt,ſic in peius hæc inclinaſſe, videbis quidem medicum holoſericatum, omnes habentem articulos anulis vincitos, & aureo torque ornatum collum,tam arroganter de medicina tractare,ac ſi eſſet alter Aeſculapius.hic porro qui nil præter aurum & bombycem æſtimabile habet.verborũ boatu & linguæ volubilitate non ſolum viros è plebe,ſed & magnates decipere ſolet.admirantur quidem illi veſtium& anulorum ornatum,hi porro linguæ volubilitatem & audaciã.vide vero quàm eſt antiquũ medicos inſigni ornatu velle ſuã erudition̄e oſtentare,q; poetę fingunt Aeſculapium Apollinis filiũ auro fuiſſe indutũ, quod quia præ ſeferebat quandam arrogantiam vel auaritiam,deteſtatus fuit Plato.3.lib.de republica.

Non

UVA. BHSC. IyR_342

Non enim nouerat patri me ad philosophicam ducturo per euidens somnium iniunctum fuisse, vt medicina quoq; me instrueret.

¶Tribuebat multum somnijs Gale. sed credo quòd id quod vocat somnium, non tam erat dormiẽtium affectus, quàm responsio quę à falsis dijs à dęmonibus scilicet auribus eos deprecantium insinuabatur, ad quem modum multa à suo dęmone in sua apologia dicit Socrates accepisse.

Mirabantur enim omnes cum vitæ nostræ integritatem, tum certos artis effectus.

¶Mirum quantum sibi placeat, quantunq; sibi canat encomium Galen. videtur quidem solũ hunc librum ędidisse, vt optimum sui ipsius se ostenderet enchiomastem, & sane multa dicit, quę videntur fidem excedere, vt sunt hæc quòd agnouit quòd ex assumpta theriaca quartana febris dubio procul esset duplicatura, quòd media hieme certo prędsagierit quo die prima quartana & secunda & tertia Eudemo sexagenario erat recessura, quòd ex pulsu agnouit inflammationem faucium pulsum pueri sic immutasse: non quidem est dubitandum quòd inflammatio valeat pulsum immutare, sed quòd inflammatio faucium parua quam vix commodus sentiebat, sic pulsum immutasset, quod posset id Gale. percipere non caret admiratione: diffiteri tamen non possumus fuisse illi summam ingenij perspicaciam incredibiliq; labore bonas disciplinas excoluisse, atq; cum tam ardenter literis indulserit, credendum est in vitiorum tramitem non deflexisse, ocium quidem est mater vitiorum & nouerca virtutum.

Nec amplius fluxus indicium aliquod supereresset, quadraginta aureos ad me Boethus misit.

¶Quadringentos aureos dedit Boethus Galeno ob sanatam vxorem, vnde liquet quanto in prætio fuerit olim medicina, huius rei etiam facit fidem, quòd Erasistratus Antiocho Rege sanato centum talentis fuit donatus, vt dicit Plin. 29. lib. cap. 1. sed omnia hęc excedunt quę ab Artaxerxe monarcha per Hellesponti præfectum Hippocrati fuerunt promissa, dari illi iussit auri quantum voluisset, & promisit futurum ęqualem summis in Perside viris, quę omnia constantissimus & minime lucri auidus fuit aspernatus Hippoc. Cærerum & nostra ætate non deest medicinę suus honos & quęstus, nam à Regibus & potentissimis viris abunde medici sunt locupletati, inter omnes vero qui amplissima mercede medicinam factitarunt, fuit Thadęus Florentinus, de quo refert Volaterranus. 21. lib. cõmentariorum, quòd ad faciendam medicinam extra Bononiam, vbi tunc medicinã profitebatur, non vilius quàm aureorum quinquaginta mercede in singulos dies peregrinari volebat, quem dicit vocatum ab Honorio quarto centum aureos sibi statuisse, itaq; reuersum ab eo iam curato, decem mille aureos reportasse, si sic omnibus cederet, merito posset dici id quod dicit citata parte Plin. nullam artem esse fructuosiorẽ, sed certe quodam infelici fato euenit, vt ditentur minus, qui literis maiorem operam nauant: nam hi cum non adulentur, nec verborum lenocinio popularem aucupentur famam, non tam liberales principum & magnatum experiuntur manus, sed quantumuis bonis ingenijs inuida sit fortuna, nunquàm bonis studijs defuit honos & pręmiũ. possem hoc vere asseuerare, quòd cum stipendia honorifica, & ampla mihi fuerint promissa, non eis fuisse allectum, quia elegi potius quod animi tranquillitatem & studia non interturbaret, quàm id quo affluentius & vberius locupletari possem.

Voco autem indignos quicunq; malo sunt animo, neq; libros vt discant legunt, sed vt quempiam inde calumnientur.

¶Frequens est hoc viris indoctis vitium, qui vel lecto libri qui recens in lucem ędituꝛ titulo. fugillant & verberant quę non legerunt, nec si legissent poterant intelligere vel imitari.

Vinum sabinum popoſcit, atq; pipere insperſo bibit.

¶Hoc medicamento fuit vsus Gale. ad sanandam prauam ventriculi affectionem, qua laborabat Antonius Imperator. nunc vero & triuiali homini putant aliqui indecorum prędiosos antidotos nõ propinare, sed multo satius est, vt alibi dixi rebus facilibus velle expugnare morbos, quàm medicamentis prędiosis, quę nihil aliud habent quàm quòd multo parantur impendio, sed de his multa libro de arte curatiua.

Nil

UVA. BHSC. IyR_342

Nil præter pulſuum ſcientiam adijciens, quam etiam ſolam Hippocrates non attigit.

¶Non dicit artem pulſuum non attigiſſe Hippocratem, ſed artem prænoſcendi ex pulſibus iuxta id ſcilicet, quod diximus. 3. lib. de crisi, quod Hippo. non eſt perſecutus ſigna ex pulſibus ea ſigna ſcilicet, quę criſim ſignificant.

Diſciplinæ ſiquidem anni pro diſcentium natura, multi ac pauci redduntur.

¶Non eſt hoc iuxta plurimarum academiarum ritum, in quibus non diſcentium natura, ſed ſolum anni ad exhibendos gradus, qui ſunt literarum inſignia attenduntur.

In Aphoriſmos Hippocratis annotationes per Lupeium.

Vita breuis ars longa ex Hippocrate.

¶Vitã hominis breuẽ vocat Hipp. latis eſt breuis ſi ſeptuaginta annis terminatur, vt ſcripſit Macrobius. 1. lib. Saturna. & Solon, vt autor eſt Diogenes Laerti. vita Solonis, quibus adſtipulatur pſalmographus. cum dicit vitam hominis eſſe ſeptuaginta annos, ex his vero quę Propheta dicit, colligitur vitam hominis ſuo tempore non fuiſſe diuturniorem quàm preſenti ſeculo, quòd ſi diuturnior fuit, non eo gradu quo multi putant. Cæterum quòd falſa ratione fuerit motus Macrobius ad credendum vitam humanam ſeptuaginta annis terminari, quia ſcilicet ſeptuageſimus numerus conſtat ex ſeptem & decem iã hoc libro declarauimus neq; illi ſunt audiendi, qui putant ex ſacra ſcriptura elici vitam hominis non poſſe vltra annos centum & viginti extendi, quo in errore fuit Langius epiſt. 89. in quinquagenis quidem ex Diuo Hieronymo & Chryſoſtomo adduximus, quòd vbi legitur erunt anni eius centum & viginti, quòd non deffinitur tempus humanæ vitę, ſed tempus quo ad pœnitẽdum Deus illis preſcribit. qua in re maxime fuit deceptus Ioſephus. 14. cap. qui ait terminus vitę centum & viginti annorum poſitus eſt, hos annos ſtatuente Deo quantos & Moſen quoq; vixiſſe prouenit, quòd vero & poſt Moſen multos vltra centum & viginti annos vixerint hoc capite manifeſtauimus, & ex exẽplis quę promemus fiet palam, erraſſe Titelamanum, qui in compendio philoſophię lib. 8. dixit, dictum eſſe in ſacra ſcriptura vitam hominum eſſe centum viginti anni, quia hoc eſt tempus quo poſt diluuium homines poſſunt viuere ſani & robuſti, qua parte dicit ab ætate Dauid homines non viuere ſanos & robuſtos, niſi ſeptuaginta annos. Cæterum vt errarunt qui dixerunt vitam hominis vltra centum & viginti annos non poſſe progredi, ſic à veritate declinarunt, qui ſcriptis mandarunt, centum & viginti & duos annos impleri non poſſe. huius opinionis fuit Epigenes, vt refert Plinius. 7. lib. cap. 49. qui cap. 48. fabuloſum putat, quòd aliqui homines vixerint ducentos vel trecentos annos: multis porro exemplis horum ſententiam poſſemus conuellere, ſed nil magis poterit illam prouere, quàm quod de his qui in India Quiriãdies dudũ reperta habitãt dicitur, ibi homines viuere centum quinquaginta annos à veris ſcriptoribus eſt traditum, Olaus etiam magnus lib. 4. hiſtoriæ gentium ſeptentrionalium refert, partibus ſeptentrionalibus homines viuere centum ſexaginta annos, dicitq; in Scotia quendam Epiſcopum nomine Dauid vixiſſe vltra centum ſeptuaginta annos, Neotericus eſt hic autor, & recentia narrat, mirum tibi hoc videbitur ſed multo maiorem adfert admirationem quòd refert Baſæus in ſuis commentarijs cronicorum quos pridem ędidit, hic ſcribit ſe allocutum fuiſſe hominẽ Luſitanum, qui affirmabat apud Indos vidiſſe hominem, qui exceſſerat annum trecenteſimum: quòd ſi homines nunc tantum viuũt, non eſt quòd quis culpet aſtrorum influxum, & terrę ſterilitatem (vt multi faciunt) non me lateat tamen quòd Diuus Cyprianus aduerſus Demetrianum, quòd horum ſententię videtur adſtipulari: ſic ait mundus demetriane non illis viribus ſtat, quibus prius ſteterat, nec vigore & robore eo valet, quo antea prœualebat: his alludunt quę dicit Seneca epiſt. 91. qui ait, neq; dubium eſt, quin meliora tunc mundus nondum effœtus ędiderit. porro diffiteri non poſſumus, nunc plurima ex parte homines minus quàm prioribus ſeculis viuere, ſed hoc potius vt lib. de arte curatiua diximus,

UVA. BHSC. IyR_342

mus,ad diuinam voluntatem quàm ad aſtra vel ad elementa eſt referendum, illud porro eſt hic an notandum,quòd Ariſtot.5.lib.de genera.anima.cap.10. dixit, vitam longiorem hominibns quàm cæteris animantibus (excepto elephanto) eſſe conceſſam,ſed ex ijs quę ſupra prodidimus,patet & longiorem vitam homini quàm elephanto fuiſſe impartitam,vnde claret quod id quod de fœnice coruo & cornice de ſententia Heſiodi dicit Plini.7. lib.cap. 48. prorſus à veritate exorbitare. quare id quod de Theophraſto dicit Cicero in tuſcu.quòd moriens accuſauit naturam, quod cor uis & cornicibus longiorem vitam quàm hominibus dederit,non eſt ad ſententiam Ariſtotelis,cuius Theophraſtus imbibit ſaluam,nec Ariſtoteli videtur tribuendum , id quod libro de breuitate vitæ dicit Seneca,qua parte ait,inde Ariſt.cum rerum natura exigenti minime conueniens ſapienti viro lis eſt,illam ſcilicet iam animalibus tantum indulſiſſe,vt quina aut dena ſecula edurent, homini in tam multa ac magna tanto citeriorem terminum ſtare,hucuſq; ille,vbi citans hunc aphoriſmum Hippocra.dicit non eſſe vitam breuem,ſed longam,vt philoſophus moralis loquitur,qui non exiguum temporis nos habere dicit,ſed multum perdere.diffiteri quidem non poſſumus,vitã hominis eſſe breuem,nam pauciores ſunt qui quadraginta annos non attingunt,quàm qui eos excedunt,iam vero quòd centum annos viuere omnibus qui medicinæ indulgent datum eſſet, vita hominis diceretur breuis artis medicinæ comparatiõe , quòd ſi antiquis medica ars longa cenſeba tur,multo magis nunc longa eſt habenda,quando nunc dimidium vitę in addiſcendis linguis homines collocant,& multum temporis in maleferiatis legendis autoribus. illis vero medicinæ proceribus ſermo patrius erat quo medicinam profitebantur,ſed de ijs ſatis.artem porro vocauit medicinam Gale. preſſe ſumens nomen ſcientiæ,vt Plato, qui ſolam dialecticam dixit eſſe ſcientiam, vt alibi iam declarauimus.

Apho. 2. Eſt autem purgatio humorum qui ſua qualitate moleſtant euacuatio.

¶Lib.3. prorrhe. comment. 18. diximus aliter purgationem & vacuationem ibi ſummi à Galeno quàm hac parte.

Ibi. Quòd fit Eryſipelas à flaua bile.

¶A bile ſyncera non Eryſipelam ſed herpetem naſci probauimus ex Gale.lib.de tumoribus prę ter naturam,&.2. lib. ad Glauconem cap. 1. vbi ex ſanguine & flaua bile calidioribus vel ex ſanguine ferueſcente & tenuiſsimo dixit Eryſipelam oboriri.

Aph. 3. Et ſicuti rurſus qui habitu exercitatorum ſunt non ſunt ad extremam euacuationem perducendi,ſic & qui alia quauis egent euacuatione,non ſunt ſupra modum euacuandi.

¶Videtur hoc non concinere his quę dixit lib.de ſanguinis miſsione vbi vſq; ad animi deliquium conſulit ſanguinem mittere;reſpondebis quòd vt Gale.citato lib.dicit,abſtinendum eſt à ſanguinis miſsione quæ ad animi deliquium ducit,niſi magna incumbat neceſsitas.Cæterum eos ægrotos qui bus tam copioſam euacuationem adhibemus, poſſe eam tollerare non diffidimus: alias neutiquàm illam aggrederemur.

Aph. 4. Eſſet autẽ victus tenuis in extremo, qui per ſolam inediam vel melicratum,vſq; ad iudicationem procedit.

¶Qua ratione inedia facit in aliquibus ad rationem viuendi ad genus victus refert illam Gale.ſed extra communem vſum eſt, quòd inedia dicatur victus.

Ibi. Ac augens quidem alimentum eſt quod plenum vocatur, conſeruans autem quod modicum exiſtit, auferens vero qđ tenue dicitur.

¶Quòd vnis eſt augens alimentum,alijs eſt conſeruans,quo fit vt victuum vt ita dixerim gradus, non abſolute ſint accipiẽdi,ſed iuxta naturam ægrotantium,& conſuetudinem menſurandi, quod parte quam exponimus ſatis indicauit Galenus.

Aph.5. Quodcunq; peccatum fuerit eorum qui ita tenui victu vtuntur, id tum propter vires per talem dietam debilitatas,tum propter inſolen-

UVA. BHSC. IyR_342

¶Deliraunt multi in expoſitione huius aphoriſmi, putantes velle Hippocratem & Galenum gra
uius eſſe cibum tenuem quàm pleniorem adhibere ęgrotantibus: Hippocra. vero vt Galenus expo
nit, nil aliud vult, quàm quòd peccatum quod commiſerint, qui tenui victu vſi fuerunt ſolet eſſe
grauius. *Hanc interpretationem lege in Brudio. 1. de victus rat. febric. c. 1. f. 3. p. 2.*

Apho. 7. Nuncid tantum dixiſſe ſat erit, quód ſi quis propter inflammationes, vel febres quæ à morbis acutis ſunt inſeparabiles, quiſpiam veretur effatu dignum afferre alimentum, hoc ipſum morbo in ſuo vigore conſiſtente magis verebitur facere.

¶Lib. 5. apho. apho. 30. non abnuit aliquos morbos eſſe acutos citra febrem, vt puta morbum atonitum, & morbum comitialem, vt igitur hæ partes conueniant, ſic expones partem annotatam, quòd in illis morbis acutis qui neceſſario adiunctam habent febrem, ſi quis veretur effatu dignum afferre alimentum, nam illi morbi acuti qui ſunt citra febrem vt eſt morbus comitialis non extreme tenuem victum deſiderat: vt morbi acuti qui ſunt cum febre quod hac parte dicit, quòd in vigore inflammationum magis eſt verendum exhibere alimentū. non contradicit hoc ijs quæ. 6. Metho. dixit vbi ait: dicetur tenuiſsime oportere cibare in principio inflammationis, nam hoc verum eſt, cum hoc tamen conuenit, quòd effatu dignum alimentum, quod nec in principio inflammationis nec in vigore conuenit magis noceat morbo in vigore cōſiſtente. adde quòd in aphoriſmo de inflammationibus internis quę ſemper febres acutas comites habent loquitur de inflammatione ſimpliciter loquitur. 6. Methodi.

Aph. 8. Nam in quibus vigorem mors ſequitur, ſola artis præſagendi parte vtimur, ſcilicet id quod futurū eſt prædicentes, nec rei euentus nobis poſtea imputetur.

¶Si Galen. vir in philoſophia & medicina tantus, timebat ne rei euentus ſuo aſcriberetur errori, non mirentur qui medicinæ vix initiati illam faciunt quòd praui ſucceſſus illis aſcribantur, vnde patet quanta ſit huius artis calamitas, quando deuorare medicus debet totius populi ęrumnas.

Aph. 11. Ipſe vero manifeſtius in lib. de victu acutorū, quòd neqꝫ cum iam adſunt, neqꝫ haud ita multo poſt afflicturæ ſunt acceſsiones, cibus dandus eſt, ſed cum declinant aut ceſſant.

¶Contra hæc quæ Hippocrates & Galenus monuerunt ſæpeſsime medici conſulunt, ſatius quidē putant vna hora ante acceſsionem cibum ægrotanti exhibere, quàm in declinatione, quam partem acceſsionis non vult vocare Gale. commento ſequenti.

Ibi. Totius victus rationem in vno quoque morbo à duobus intentionibus iuſsit aſſumere, ex ſummo totius morbi vigore, & viribus ægrotantis.

¶Contra hoc videtur quod dixit. 3. metho. vbi à tempore morbi non ſumi indicationem exhibendi victus dixit, dices quòd proprie tempus nō indicat de cibo exhibendo, nulla quidem pars morbi cibum petit, ſolus quidem virtutis reſpectus eſt, qui de nutrimento indicationem præbet. vt. 11. metho. dixit, ſed quatenus cum tempore quod eſt vſq; ad ſtatum, metitur medicus vires ægrotantis, eatenus intentionem ordinandi victus ab ſtatu ſumit.

Apho. 12. At morbo quidem laterali & phrenitidi magna ex parte per tertium diem acceſsiones fiunt, quæ autem ventri eueniunt aut hepati, & ſuppurationibus, & phtiſi, quotidie.

¶Non eſt id ſemper perpetuum, nam ſi ex bile male habet ventriculus & hepar, nihiloſecius per tertium fient paroxiſmi, quàm affecta pleura vel cerebro, ſed plurima ex parte inflāmationes ventriculi ex pituitoſo ſanguine proficiſcuntur, vnde quotidie acceſsiones habent: tumores vero hepatis vt plurimum ſunt à ſanguine, cuius quidem ratione etiam quotidie fiunt acceſsiones, ſi fateri volumus ſanguinem proprios facere circuitus, ijs adde quòd hepar eſt humorum officina, tanta humorum

UVA. BHSC. IyR_342

morum copia cum illud inflammatur aggregatur, quæ quotidie valet accessiones facere, adeo q̃ etiam si humor esset biliosus, quotidie posset facere accessiones, hac ratione & morbi ventriculi quotidie habent paroxismos, nam ibi multa copia humoris aggregatur, ciboq̃ quem quotidie sumit ægrotans magis irritantur inflammationes hepatis & ventriculi, quàm inflãmationes reliquarum corporis partium, quo fit vt quotidie inuadant.

Ibi. Per accessionem autem te nunc oportet intelligere deterius tẽpus totius circuitus, quod est à primo insultu, vsq̃ ad tẽpus consistẽdi.

¶Quod declinatio ad accessionem non attineat, dicit hac parte Gale. quod superiori aphorismo iam annotauimus.

Aph. 13. Differentia quidem ætatum confert aliquid ad capiendã victus rationem, senes quidem facilime ferunt inediam

¶Iodocus Buranus exponens cap. 3. primi lib. Cornelij Celsi, reprehendit Galen. eo quòd plures quàm quatuor ætates posuerit, dicitq̃ senectutem duas habere partes, primã quæ est ab anno quadragesimo nono vsq̃ ad annum sexagesimum, secundam partem dicit complecti decrepitam ætatem, dicitq̃ iuxta Cellum, quòd in hoc aphorismo nihil aliud voluit Hippo. quàm quòd senes in prima parte senectutis minus incommodum ex inedia patiuntur, idq̃ dicit esse iuxta Cellum, qui parte citata dixit, inediam facilime sustinent mediæ ętates, minus iuuenes, minime pueri & senectute confecti. hæc dicit ille Buranus, cui pręstaret tacuisse, nam eo quòd Gale. maioris lucis nomine, vt multi alij, plures quàm quatuor ætates possuerit, non erat reprehendendus. Cæterum & in hoc aphorismo non multas numerat ætates senectutis, sed dicit quòd de his qui sunt in principio senilis ætatis recte dictus est aphorismus, sed de ijs qui ad extremum peruenere nõ recte, qua in re nec latum pilum distat à Cornelio Celso, cuius expositionem ipse Buranus laudat.

Apho. 14. Et si aliquando quãuis raro talis ijs accidit febris, qualis iuuenibus, omnino hæc ad interitum ægrotantis terminatur.

¶Non negat Gale. quòd non possit tam acuta febris inuadere senem, sicut iuuenem, licet hoc sit rarissimum, quare id quod cõmuniter docetur, quòd calor ascititius ramificatur ab extraneo, vix ab ijs qui hoc docent intelligitur.

Apho. 15. Et ob hanc causam Diocles inquit, sudores esse præter naturam.

¶Licet non refellat hanc Dioclis opinionem Gale. illi tamen non probatur, vt clare colligitur ex ijs quę dicit lib. de symp. differentijs cap. vltimo, qua parte ait: fortasse vero dubitauerit quispiam de sudore ceu nec ipse naturæ lege incidat, quippe quod Diocles etiam docere tentauit, videtur autem dura esse opinio, & præter rerum euidentiam: hęc ille, quibus (si bene aduertis) non dissentit hac parte quam exponimus, nam dicens & ob hanc causam Diocles inquit sudores esse pręter naturam, non aliud vult, quàm quod ex medicorum grauium sententia, quo fortius extiterit calidum innatum, hoc magis difflationem sensum effugere, sed licet hoc concedat, non asseuerat, excrementa omnia insensibliter à calido innato digeri vel difflari.

Ibi. Habent homines satis ipsa experientia compertum, non in se ipsis tãtum sed etiam in iumentis, nam ante ęstatis initium circa vltimã veris partem, & sibi & illis sanguinem detrahunt.

¶Ad suæ sententiæ probationem non solum ex Diocle, sed ex ijs quæ vulgus facit tradit rationes Gale. sed vt Dioclis opinionem duram esse dixit, sic hominũ consuetudinem qui sine delectu in fine veris sanguinẽ mittunt Gale. non probaret, nã licet ijs qui sanguine abundant sanguinis missiones vtiles essent, alijs non possent non incõmodare, quare patet deprauatus mos qui in aliquib⁹ Hispaniæ partibus habetur, Diui. quidem Ioannis die multi citra medici consilium, venas aperiendas venisecis tradunt.

Apho. 16. Victus humidus febricitantibus confert.

¶Antonius Musa non esse perpetuum quod hac parte dicit Hippocrates, putat, eo scilicet

UVA. BHSC. IyR_342

quod multa sunt humida, quæ febricitantibus non conueniunt, vt puta caro suilla & multa id genus cibariorum, sed si aduertisset, quod Hippo. non omnem victum humidum laudat & quod solũ voluit, quod cibus qui febrientibus exhibetur sit humidus, in ijs tricis non consumeret tempus. Cęterum cum Hippocrati sępe dicatur victus humidus qui est liquidus, non mirum quòd quis credat, in hoc aphorismo monere medicum, vt potius liquida quàm nutricatũ siccum tribuat febriẽtibus, & maxime pueris qui liquido nutrimẽto assueti sunt. cibarium vero in substãtia liquida magis videtur conuenire febrientibus, quàm idem in substantia solida, vel aliud quod eandem qualitatem habeat: quia illo modo magis humectat, & facilius peruadit venas, magilq; lubricam facit aluum, nemini enim dubium, quòd sorbitio ex hordeo vel ex frumẽto magis humectabit quàm victus ex substantia hordei vel frumenti, ob quod cibaria quę sorbentur vt pote ptisanam & alia huiusmodi multum laudauit febrientibus. 1. libro de ratione victus in morbis acutis Hippo. nec noua est hęc expositio, nam ex Celso colligitur. 3. lib. cap. 6.

Ibi. Febri enim quoniam calida & sicca passio est, est enim cõuersio natiuæ caliditatis ad igneam.

¶Natiuus calor, qui non simplex qualitas est humiditatis natiuę est particeps, calor vero febrilis nil cum hac humiditate commune habet, cum igitur per febrem distẽperetur symmetria quæ est in calore & humiditate naturali, non est cur quis dicat, febrem proprie nõ esse siccam passionem, non minus quidem de ratione calidi natiui est quòd habeat humiditatem quàm calorem, febris vero distemperans calidum natiuum, quicquid de ratione calidi natiui est distemperat.

Apho. 17. Si vero cum virium debilitate neq; defectus aliquis affuerit, neq; corruptio, humores autem naturales se modice habuerint, vel etiam superabundauerint, ijs raro, & pauca afferemus.

¶Dubitabit aliquis quomodo erit virium debilitas in corpore, in quo non est humorum inopia, nec corruptio. sed est symmetria & modus humorum naturaliter se habentium, dices forsan, hanc symmetriã suo modo esse in sene, sed esto q; hoc sit, à veritate abhorret, quod seni raro afferatur alimentum, sed non intelligit hic quod sit multa virium debilitas. porro & licet humores qui sunt in venis symmetriam seruent, potest esse aliquid in ventriculo, cuius quidem ratione vires detrimentum patiantur.

Ibi. Si vero cum humorum defectu vel corruptione vires validæ fuerint, tunc multos cibos, atque multoties ijs qui ita laborauerint dabimus.

¶Si vires sunt validæ non potest esse multus humorum defectus, nec corruptio, nec cum hoc defectu & corruptione possunt esse vires tam validæ ac in sanitate. quare quod dicit Gale. quòd sunt ijs exhibendi multi cibi intelligendum est comparatione ciborum qui prębentur ijs quibus vires sunt debiles, non comparatione victus qui præbetur sanis. sed impugnabit aliquis, si corruptio est humorum nullo modo multos cibos esse exhibendos, siquidem. 2. lib. apho. apho. 10. dixit Hippocra. non pura corpora, quanto plus nutries magis lædes. ad hoc dicendum, verum esse quòd impura corpora plus egent vacuatione corruptorũ humorum, quàm multo cibo. & hoc est quòd Hippocra. monet vt plus scilicet intendamus in corruptorum humorum expurgatione, quàm in viribus cibo augendis, interim vero quòd humores praui non euacuantur, si vires validas impura corpora habent, multi cibi sunt exhibendi, ne vires scilicet collabantur, sed possint humores coquere, & expurgare. si enim ei qui scabiem cum viriũ robore habet, cibum tenuem exhiberes, grauiter offenderes illum, huic expositioni adstipulatus Gale. secundo libro apho. apho. 25. ait: patet prius esse purganda quàm nutrienda huiusmodi corpora, non pura enim corpora, quanto plus nutries plus lædes.

Ibi. Autumnus vero morbis qui ex corruptiõe fiunt assimilantur, quapropter qui eo febricitant tempore, continuo aptim indigent adiectione, & si vires validæ fuerint sæpe multa dabimus.

¶Viden-

UVA. BHSC. IyR_342

¶Videtur cum ijs quæ Galen.dicit non conuenire aphorismus Hippocratis sequens, qui sic habet æstate & autumno cibos difficile ferunt,si enim autumno sani cibos difficile ferunt, non eo tempore ijs qui febricitant sæpe & multa dabimus, sed attende quæ dixit Gale. si vires validę fuerint: debes etiam considerare,quòd cũ Gale.dicit multa esse exhibenda,non intelligit vr superiori scholio diximus comparatione cibi qui prębetur sanis, sed comparatione qui exhibetur febrientibus alio tempore.

Apho.18. Aestate & autumno cibos difficilime ferunt hyeme facilime,secundum locum ver habet.

¶Celsus in proemio dicit,famen facilius fert adolescens, quàm puer,facilius in denso cælo quàm in tenui,facilius in hyeme quàm ęstate,id forsan hoc aphorismo voluisse Hippocratẽ debuit Celsus suspicari.nam licet hyeme plus cibi sit adhibendum,difficilius fertur fames æstate:debuit putare Celsus figuram esse in aphorismis Hippocratis.

Apho. 21. Enim melior est indicatio quæ fit per euacuationem inferiorem,quàm quæ per abscessum,deinde per quam humor noxius, quàm per quã alter euacuatur,tertio loco quæ recto tramite procedit.

¶Alij legunt per euacuationem simpliciter,& videtur quidem omnem crisim quæ fit per euacuationem esse meliorem , quàm quæ fit per abscessum : nisi quis velit sentire,nullam euacuationem multis morborum generibus sic prodesse,ac inferiorem.& ob hoc hanc expresisse Gale.

22. Concocta medicari ex Hippocrate.

¶Quod sæpe non turgente materia liceat purgare in enchiridio & alijs locis declarauimus.ante integram coctionem purgat Hippoc.in pleuritide descendente , & in initio lippitudinis purgauit multos Gale.vt.13.metho. ille dicit,primo die exhibuit pillulas fortes vni quem tumor linguæ vexabat,vt ipse dicit.14.lib.methodi.semper enim quòd maior vtilitas speratur ex euacuatione vel reuulsione quam facit pharmacum,quàm damnum ex illa vi quæ non concoctis humoribus naturæ infertur,pharmacum possumus inter initia morbi propinare.

23. Nam & in ardentissimis febribus, si vsq; ad animi defectionẽ sanguis mittatur,statim totius corporis habitus refrigeratur.

¶Vt.2.lib.de crisi:declarabimus vocant aliqui febrem synochum,ardentem de hac febre intelligit hac parte Gale.cum dicit in ea vsq; ad animi defectionem sanguinem esse mittendum.

Ibi.In maximis vero doloribus nullum maius inueni remedium, quàm vsq; ad animi defectionẽ euacuare,adhibita distinctione,an mittere sanguinem an purgare oporteat vsq; ad defectionem animi.

¶Videtur hoc esse contrarium ijs quæ dixit.1.lib.ad Glauconem de cura.feb.conti.vbi ob vehemẽtem dolorem dixit in febribus abstinendum esse à multa sanguinis missione . ibi hanc partem declarauimus,illud vero quod dicit,ꝙ est adhibenda distinctio an mittere sanguinem an purgare cõueniat vsq; ad animi defectionem,sic est intelligendum,quod est adhibenda distinctio an exquisite sit sanguis mittendus,vel humores purgandi.Cæterum cum nõ quadret rationi,quod vsq; ad animi defectum sit purgandum,melius litera habebit,adhibita distinctione an sit purgandum vel vsq; ad animi defectionem sanguinem mittendum,nam in libro de sanguinis missione,quem hac parte allegat non tractat quod aliquando vsq; ad animi defectionem sit purgandum.

23. Neque enim minimum periculum est, in morbo acuto vti purganti medicamento,cum omnia id genus medicamenta sint potẽtia calida,febris vero quatenus febris est,non calefacientibus,atq; exiccantibus,sed potius contrarijs hoc est humectantibus & refrigerantibus eget.

¶Si febris est fortis medicamenta purgantia sunt interdicenda, vsquę quo febris remiserit,vt dicit Hippo.libro de medicamentis purgantibus,vbi ait quicũq; igitur à febribus fortibus corripiũtur,

UVA. BHSC. IyR_342

his medicamenta purgatoria dare non opportet, donec remiserit febris, sin minus saltem nō intra quatuordecim dies, carnes enim ipsorum & ventres cum calidi sint, medicamentum assumunt, & nihil depurgantur, & febris maior fit: hæc ille: quę non sunt intelligenda de omnibus febribus acutis, sed de febribus fortibus, hęc maxima ex parte ex inflammatione vel erysipelate viscerum proficiscuntur, ob id dixit Hippoc. quod quia ventres sunt calidi medicamentum assumunt & nihil de purgantur: in febribus vero acutis quæ non ex viscerum inflammatione ortum habent, vtpote in pleuritide descendente ante decimū quartū diē audet medicamentū purgatoriū & satis forte exhibere, & quarto de ratione victus dixit die quinto medicamentum purgatorium exhibuisse. Cæterum & hoc tēpore quo clemētiora medicamēta quam antiqui habemus tutius vigente febre quam antiqui possumus medicamenta purgantia exhibere. ex ijs porro quæ dicit Hippo. colligitur, quod in fortibus febribus tutius exhibentur medicamenta cum decocto eorum quę humectare possint, quam catapotia: hæc quidem à ventre calido magis quam potio quę vim humectandi habet assumentur, maioremq; ipsi ventri calido negotium facessent.

Ibi. Verum in acutis morbis circa principia statim vel circa primū diem vel non vltra secundum si sumus vsuri purgantibus medicamentis, quando turgent non datur facultas ista præparandi, nisi quis forte arripiat occasionem propinandi melicratum, in quo decoctum sit aliquid hyssopi vel origani vel tragorigani.

¶Ex ijs clare colligitur, quantum humorum coctionem exoptet Gal. qui & in febre à turgentibus humoribus orta, timet citra coctionem medicamentum purgatoriū exhibere, si vero cōsideras, q, humores quos qui tumultuantur decocto origani & thymi decoquendos ducit, videbis sępe medicos errare qui ad decoquendos humores ijs multo crassiores adhibent syrupos satis infrigidātes. Cæterum cū ille timeat mulsam. 11. metho. quia facile in bilem vertitur, si febris vehemens est, medicus debet timere exhibere hoc decoctum quod Gale. propinat. nō em̄ simpliciter illud dandum suasit, sed dixit nisi aliquis arripiat occasionē illud propinādi, ac si diceret si medicus videt humorum crassitiem attenuationē desiderare, nec febris est vehemētia, quę medicamentū quod possit attenuare interdicat illud propina. posset etiā aliquis hoc sic interpretari, nisi aliquis sit tam inconsideratus & audax, q, in huiusmodi febribus quę vehementer calidę sunt audet propinare decoctū origani vel tragorigani. 8. quidem metho. ab huiusmodi decocto in febribus calidis esse abstinendū monet. Cæterum Dioscorides decoctum tragorigani nō solum vtitur ad attenuandum, sed etiam ad purgandum: bilem quidem purgare dicit.

Galeni in secundum librum Aphorismorum commentaria.

Apho. 1. Cum vero hac fuerint priuati ægrotantes, tunc damnū sentiunt manifestius, non quia altera accessio accedat ex somno, sed quia deest illa, quæ ex vigilia habetur vtilitas.

¶Dicens Galenus quod non sine ratione quis dicet, quod somnus ex se non nocet in principio accessionis, id non asseuerat, nam quarto apho. apho. sexagesimoseptimo ait, somni proculdubio semper nocerent, quatenus ad profundum & viscera, materia fluit, nisi intelligas. totum hoc damnum ad carentiam vigilię esse referendū. mitto quod non loquitur in hoc aphorismo de somno, qui fit in principio accessionis vt in illo.

Ibi. Nam aliquādo consistente morbo somnus manifestam affert vtilitatem quandoq; etiam in extremis partibus augmenti, quæ ad consistentiam copulantur.

¶Vt hinc clare discas, errare illos, qui asseuerant, in omni tempore accessionis excepta declinatione esse noxium somnum.

Apho.

UVA. BHSC. IyR_342

Apho. 3. Aiunt nonnulli, vigiliam nunquàm esse immoderatam, sed hoc nomen solam immoderãtiam significare, obliti eius quæ in vsu vitæ seruatur consuetudinis. quoniam & mala mediocria nõnunquàm dicimus magnorum comparatione.

¶Quòd Græci agripnia dicitur non sumi Gale. pro vigilia naturali clare colligitur ex ijs quæ hac parte dicit. nam non reluctatur ijs qui dicunt semper significare immoderantiam, secundoq; libro methodi agripniam inter morbos numerat, quam non numerasset, si sensisset, aliquando esse naturalem: sed certe videtur, quòd Hippocrates sub agripnia omnem vigilandi actum fuerit complexus, quo significatu comprehendit vigiliam naturalem & non naturalem, sumpsit fusius agripniã quàm Galenus.

Quicunq; dolentes parte aliqua corporis omnino dolorem non sentiunt ijs mens ægrotat ex Hippocrate.

¶Per dolentes potes intelligere qui causam habent à qua dolere deberent. 7. libro de decretis sic aphorismum interpretatur Gale. quemadmodum ab Hippoc. sensus solus interdum labor appellatur: vbi ait: quicunq; aliqua in parte corporis laborantes, plerunq; labores non sentiunt ijs mens ægrotat.

Aph. 9. Nobis autem extenuanti victu de quo integrum scripsimus librum vtentibus, nihil horum contingere consueuit, & eorũ quæ in corpore præter naturam continentur euacuationes sine vlla molestia ac celerrime fiunt.

¶Dicebet Hippo. quòd corpora cum quispiam vult purgare, opportet fluida facere. dicit Gal. q̃ vtens extenuanti victu, præcauit mala quæ alij sine humorum præparatione exhibentes pharmacum purgatorium faciunt. Cæterum cum ad extenuantem victus rationem attineant cibaria quæ pituitosa excrementa non aceruant sed illa attenuant, claret errare eos, qui olera & alia quæ ex diametro opponũtur extenuanti victus rationi exhibent ijs, qui humorũ extenuatiõe habẽt opus.

Facilius est repleri potu quàm cibo.

¶Contra hoc videtur esse Celsus, qui. 1. lib. cap. 2. dixit sæpe si qua intemperantia subest, durior est in potione quàm in esca. Iodocus Lenius Celsum exponens, dicit voluisse Celsum periculosiorem esse infarctionem quæ fit ex potu, quàm quæ fit ex cibo. sed nil minus voluit Celsus, voluit quidem, quòd durior est intemperantia quæ solet esse in potionibus quàm in cibis, prauior intemperantia solet esse in aqua, quàm in pane, prauior solet esse intemperantia in vinis quàm in carnibus, sic qui iter agit magis solet timere prauas aquas, quàm prauuum panem, magisq; solet timere praua vina, quàm prauas carnes, itaq; intemperantiam quam in ipsis cibis & potibus antequàm assumantur posuit Celsus intellexit Iodocus, & omnes quos ego legi, de intemperantia ventriculi vel totius corporis. si enim de hac intemperantia intellexisset Celsus, non dixisset, durior est in potione quàm in esca, sed ex potione quàm ex esca, quod enim liberalius liceat potionem exhibere quàm escam ipse Celsus indicauit. 3. lib. cap. 6. ex dictis patet errasse Liuinium qui libro de naturæ miraculis Celsi textum eo modo quo Iodocus interpretatur.

Ibi, Qui cita indigent adiectione, ijs humidum ad recuperandas vires remedium est vbi autem adhuc citius per odoratum.

¶Non solum spiritus, sed etiam solidæ corporis partes odore nutriri voluit Ioannes Menardus libro suarum epistolarum epistola sexta, idq; autoritate Plinij voluit corroborare, qui. 7. lib. cap. 2. dixit: Astomorum gentem halitu tantum viuere, & odore quem naribus trahunt. sed fabulosum est quod de Astomis dicit Plinius. quando non est creditu dignum, quòd sine ore nascantur. licet porro hæc fabulosa putem, non abnuo, quòd per aliquod tempus odor possit vires reparare, quod ratio suadet, & experientia ostendit. vt enim chamaleonem aere nutriri fatemur, non obstat vt eredamus, quòd aer bonis odoribus insperfus possit corpus humanum recreare, & per aliquod tempus nutrire.

UVA. BHSC. IyR_342

Ibi, Nam aquosa vina sic enim nominant alba & tenuia, sicut aquę similem formam habent, ita etiam vini quare vrinam cient.

¶Quæ vrinam dicuntur proprie ciere, sunt medicamenta quę dicuntur diuretica, cum vero alba & tenuia vina minime omnium vinorum sint calida, consequens est, vt minime sint diuretica. si igitur dicuntur vrinam ciere, est quatenus vrinam adaugent, ipsa quidem paucum alimentum submnistrant, sed fere tota per vesicam redduntur.

Apho. 13. Quibuscunq; crisis fit, ijs nox grauis ante accessionem ex Hippocrate.

¶Exponens hunc aphorismum Galen. dicit, quòd grauitas quæ precedit crisim nocte est manifestior, quia hoc tempore dormire consueuimus, ob hoc putant multi, frequētius homines mori noctu quàm die, hos irridet Antonius Musa exponēs hunc aphorismum. porro licet hęc non sit sufficiens causa, non possumus diffiteri, verum esse quod plures homines noctu fato defungantur quàm die. nam ægritudines assiduæ quarum vi ægroti maxima ex parte moriuntur, noctu plurima ex parte magis vexant, tempore vero maioris afflictionis solet ægrotus espirare ex Aristo. tradidit Plin. 2. lib. cap. 98. quòd nullum animal nisi recedente æstu expirat, quod nulla video suffultum ratione. Cæterum qua ratione plures homines moriuntur noctu quàm die, nascuntur etiam plures noctu, quia tunc grauidę dolores magis sentiunt.

Apho. 17. Euacuatio autem omnium humorum æqualiter quæ quidem exquisitissima est, fit per venę sectionem, proxima autem huic est, quæ per tibiarum scarificationem.

¶Non æque debilitat scarificatio quàm venæ sectio quia venæ quę ad tibias sunt, quę scarificātur minutę sunt, non continent tantam copiam spirituum, ac venæ grandes ex quarum sectione mittitur sanguis. ob id tutius est in pueris scarificare quàm venam secare, quod si considerasset Lacuna, non sic irrisisset Hispanorum consuetudinem, qui in pueris scarificare solent nates, vel carnes quę ad tibias sunt.

Ibi, Quod autem in vinis accidit tale est, vbi ex toto acida facta sunt, non redeunt rursum ad vini naturam, paruo autē in ipsis facto momento, ita vt acidum quidem habeant saporem, nondum tamen acetū sint, multa sæpius ex ijs pristinam naturam recuperarunt.

¶Recuperāt vina acida pristinā naturam alicuius rei quæ vino immittitur beneficio, de qua re viri de agricultura scriptores tractant. raro tamen ex se ad pristinam redeunt naturam.

Aph. 18. Talia igitur quantū ad hoc solum attinet, quod vniuersum nutriunt etiam veloces habent excretiones, si vero aliqua adsit acritudo excitans ad excretionem, aut lentor, ob quem magis retineatur, hęc quidem velocius ad excretionem prorumpent, hæc vero tardius.

¶Dixerat Hippoc. quòd eorum quę vniuersim & celeriter nutriuntur veloces quoq; fiunt excretiones, dicit hac parte Gale. quòd velocis excretio, non potest sufficienter indicare de nutritione quæ fit velociter & vniuersim, nam aliquando velox fit excretio, non eo quòd velociter cibus nutriat, sed eo quòd habeat acrimoniam ad excretionem excitantem.

Aph. 18. Acutorum morborum non omnino certæ sunt pronuntiationes salutis nec mortis.

¶Contra id videtur quod dicit. 3. prognost. tex. 8. vbi ait qui minimo temporis spatio iudicari debent facilime cognitu sunt, ad hoc dices quòd non dicit in aphorismo non esse certam pronuntiationem, sed non omnino certam, nec in aphorismis negat esse omnino certam in ijs morbis, qui tā euidentia signa habent, vt illi peracuti de quibus in prognostico dixit, quòd si falli contingat, est raro. sat ad veritatem aphorismi est, quòd in morbis acutis, qui frequentius accidunt, pronuntiationes salutis & mortis contingat esse fallaces.

Apho.

UVA. BHSC. IyR_342

Apho.20. Citius autem festinat ad exitum id quod excernitur nõ nunquàm ob multitudinem bilis ad aluum fluentis, quæ irritat ad excretionem, nonnunquam vero ipsa ventriculi potentia retentiua facta debiliori, expulsiua vero eius atq; intestinorum forti existente.

¶Si existente ventriculi vi retentrice debili, expultrix eius facultas atq; intestinorum debilis esset, posset esse quod non cito festinaret ad exitum id quod excernitur. at si facultas retentrix ventriculi debilis est, & est fortis eius & intestinorum facultas expultrix, ocius festinabunt alui purgamẽta.

Apho.21. Vini potionem thorexim nominare consueuit.

¶Autoritate quadam ex lib. de natura hominis vult probare Galen. quòd thorexis significet vini potionem, sed certe potius hic aphorismus lucem prębet autoritati de natura humana. nam ex ijs quæ citata parte dicit nemo potest colligere, vt doctissime annotauit Franciscus Valesius vir singularis ingenij & rarę eruditionis multis mihi de nominibus amantissimus, quòd thoressomenus significet meraci potatorem, quando qui vinum dilutum bibit non est abstemius. Cæterum cum hac parte dicat thorexim soluere famen, perspicuum est apud Hippoc. thorexim non comprehendere potionem vini diluti, sed vini meraci: nam vinum dilutum non est remedium famis caninæ. tãtum quidem potest vinum dilui, quòd potius famen adaugeret quàm tolleret. si igitur thorexis significat vini meraci potionem, consequens est, quòd lib. de natura humana voluerit, quòd thoressomeni sint vini meraci potatores, ad indicandum quidem Hippoc. q nõ omnes ęgritudines à cibo proficiscantur, dixit: siue quis bibat aquam, siue meracum, ægritudinibus infestabitur, ad sua quidem probandum, magis agit quod meracum potantes & bibentes aquam ęgritudinibus infestantur, quàm bibentes vinum dilutum & bibentes aquam, nec est mirandum, quòd meminerit aliquos meracum solum bibere, nam in regionibus frigidis tẽpore hyemis videmus in Hispania homines habere pro consuetudine nec tantillum vinum diluere, qui certe sunt vere thoressomeni libroq; 3. de ratione victus in morbis acutis innuit Hippocrates, frequens suo tempore esse vinum meracum bibere, quod ibi iam annotauimus.

Ibi. Neq; enim acerba vina talem famen sanant, siquidem neq; calefaciunt.

¶Quod non vehementer calfaciunt intellige, nã vt alibi diximus, calfaciendi vim hęc vina habẽt.

Ibi. Cum enim canini appetitus fieri consueuerint, vel propter solam intemperaturam frigidiorem, vel propter humores acidos quos exorbuit os ventriculi, & hæc ambo sanare possit vinum.

¶Ex ijs quę hac parte dicit Gale. videtur colligi Gale. immensam comedendi cupiditatem, quæ fit ex alui profluuio vel alia facta euacuatione proprie non dici appetentiam caninam. non enim inter causas appetentię caninę posuit euacuationes, sed fagiditatem, vel acidos humores.

Apho.25. Quartanæ sunt maximæ qui hyemem attingunt.

¶Pli. 7. lib. cap. 50. quartanã nũquàm hibernis mẽsibus incipere dicit, in quibus videtur abludere à dictis Hipp. qui quartanas hyemales esse longissimas sensit. pro horũ autorum concordia dixi ego libro de arte curatiua, quod Hippocra. non dixit quartanas hyemales esse longissimas, sed quæ ad hyemen coniungũtur, qua dicendi forma potius videtur adstipulari Plinio, quam aduersari. si enim sensisset hyeme quartanas incipere, non scripsisset, quæ ad hyemen coniunguntur, sed quę hyeme inuadunt: facit etiam pro hac expositione Cornelius Celsus, qui. 2. lib. cap. 8. Hippocra. interpretans dixit, quartana ęstiua breuis, autumnalis fere longa est, maximeq; quę cœpit hyeme apropinquante, qualis est quę in fine autumni incipit. sed Hippoc. 3. lib. apho. apho. 19. Plinio refregatur, dicit quidem morbi omnes quidem in omnibus temporibus fiunt. Cæterum licet non negandum sit, & hyeme posse quartanam incipere: minime diffiteri debemus, hoc esse rarum, quare non mirum quod Plinius scripserit, hibernis mensibus quartanam non incipere.

Apho.26. Febrem conuulsioni superuenire melius est, quam febri conuulsionem.

UVA. BHSC. IyR_342

¶Quod febres ſubortę conuulſionibus illas ſanent, dixit etiam Plato in thimęo. Cęterum quod licet Hippocrates non monuerit, quòd febris inducatur, quod liceat illam inducere ad curandam conuulſionem, latis late lib. de arte curatiua probauimus, adeo vt non ſit neceſſe illud in hac parte repetere, eſſe vero hoc conſonum Hippocrati, colligitur ex ijs quę dicit. 2. lib. de morbis popul. ſect. 5. qua parte ait, ſi puerperis conuulſio fiat febrem excitato, quòd ſi puerperis ex partu defatigatis hoc facere licet, non eſt cur alijs facere non liceat.

Apho. 29. Recordantibus nobis, quòd deploratos non oportet curare, ſed relinquere, & morbi finem tantummodo prænuntiare.

¶In deploratis, quod nil medicamento purgatorio, vel venę ſectione moueamus conſulit Gale. ab ijs quidem ſolum auxilijs abſtinendum eſſe hac parte monet, & non ab alijs. nam non dehortatur medicum à cibi præſcribenda ratione, nec à leuium medicamentorum exhibitione: humanum em̃ & plenum beneuolentię ſignum eſt, vt cap. de elephantia dixit Aetius, in extremis etiam malis, vſq; ad experimentum procederc. quare & in morbis longis, vt hectica & phyſi. & inueterata elefantia, licet ſpem adimant à medicamentorum exhibitione non eſt abſtinendum.

Ibi. Sunt autem hæc venæ ſectio, nonnunquàm vero & purgatio, quorum neutrum oportet morbo iam conſiſtente adhibere.

¶Vix aduerſus vllum medicinæ dogma magis peccant medici, quàm aduerſus hoc quod hac parte promit. Gale. ſæpe quidem in febribus acutis die. 6. quo eſt vigor morbi, medicamentum purgatorium exhibent, dicuntq; id facere vt releuata natura poſsit maiori vi. 7. die iudicium facere, qua in re quantum aberrent, alibi iam declarauimus. Cæterum & delinquunt etiam in venę ſectione, quam ſine delectu nullo non tempore non adhibent.

Aph. 34. Putant igitur febrem ardentẽ factam hiberno tẽpore facilius poſſe ſanari ea quæ fit in ęſtate, non aduertentes quòd vehemens diſpoſitio cauſa eſt, vt febris ardens hyeme fiat.

¶Vult Gale. quòd febris ardens non ſit tam frequens hyeme quàm æſtate, cui ſententiæ non adſtipulatur Ariſto. 1. ſectio. problem. probl. 29. qui quærit cur per hyemen ac autumnum febres ardentes potius oriantur. ſed certe licet verum ſit, quòd febrium ardentium pernicioſum genus magis accidat hyeme quàm æſtate: nõ tamen omne genus febrium ardentium hoc tempore magis accidit.

Ibi. Calidæ enim naturæ & ætati, & habitui, morbi calidiores ſunt congruentes, frigidioribus vero frigidiores.

¶Contra hoc videtur eſſe Celſus, qui. 3. lib. cap. 23. dixit, morbum comitialem qui frigidus eſt ſæpius viros quàm fœminas occupare. mulieres forſan ab hoc morbo ſunt tutiores ratione mẽſtruæ purgationis, in mulieribuſq; humores deorſum eunt, in viris maiori excitante calore ſuperiora petunt, adde quòd morbus comitialis ſępe oritur ab atra bile, quę in viris magis ſolet abũdare, quàm in mulieribus.

Apho. 35. In quouis morbo partes ad vmbiliculum & imum ventrem attinentes craſsitudinem habere melius eſt, multum vero extenuari, ac contabeſcere prauum ex Hippocrate.

¶Hi quibus partes ad vmbilicum contabeſcunt, contabeſcere etiam ſolent partes quæ ſunt in ſuperiori ventre, quare ex vomitionibus periculum ruptionis venæ poſſent incurrere, ob id dixit Gale. Hippocratem prætermiſiſſe periculum quod ex nimia ventris extenuatione poſſent incurrere vomentes. Cæterum ſi extenuatio parua eſſet nõ ſic incommodaret vomitioni ac inferiori purgationi, ſed multam extenuationem ſignificauit Hippo. cum dixit extenuari ac contabeſcere: eo vero progreſſa ventris extenuatione, vt partes circa vmbilicum contabeſcant, & partes pectoris nõ poſſunt non extenuari, quare qui ſic ſunt extenuati, omnes purgationes, ſed ſuperiores præcipue difficile ferunt.

Apho. 38. Parum deterior cibus & potus, ſuauior autem meliori-bus quidem, ſed minus ſuauibus eſt præferendus.

¶Nil

UVA. BHSC. IyR_342

¶Nil est frequentius in ore medicorum, quàm aphorismus hic Hippoc. qui volentes subscribere ægrotantium palatis quemlibet cibum quem æger cibi fastidio detentus poscit propinant, at non quemlibet cibum sed parum deteriorem esse præferendum Hippoc. dixit, cibaria enim quæ admodum praua sunt, licet ad horam videantur ægroto satisfeciſſe, cum ex ijs noxius succus gignatur, magis agunt ad proruendam appetentiam, quàm ad illam conciliandam.

40. Neq; enim hi soli morbi senes comitantur ad mortem, sed & crebri anhelitus, quos Græci asthmata nominant.

¶Seneca. 7. lib. epist. epist. 55. de quodam crebro anhelitu morbo satis breui & periculosissimo facit mentionem, intra horam dicit desinere, suspirium illum vocat. iam vero quod loquatur de paroxismo & non de tota ægritudine, mirum quod paroxismus pluri tempore non durauerit, cum suspirij paroxismi pluri tempore durare soleant, non recordor talem morbi insultum vidisse, nec apud graues medicos legisse.

Aph. 39. Seniores iuuenibus plurimum ægrotant minus Hipp.

¶Sicut ad cætera valet prudentia, sic ad vtendum recta victus ratione, qua quidem melius vtuntur senes quàm iuuenes, propter quod Marcus Cicero lib. de senectute prouerbium illud probauit: mature fias senex, si vis fieri senex. Cæterum nec solum senes cum recte valent, suæ sanitati melius prospiciunt quàm iuuenes, sed etiam cum morbis corripiuntur, vt lib. de morbis dixit Hippoc. vbi rationem exhibet, ob quam expuitioni puris sunt minus obnoxij quàm iuuenes. quæ ratio nõ solum ad puris expuitionẽ, sed ad alios morbos potest extendi. Celsus. 2. lib. cap. 1. sentit, longis morbis senectutem, acutis adolescentiam magis patere, in hac humores calidi, in illa frigidi exuberant, ad quod ille respexit.

41. Qui frequenter, ac fortiter, absq; causa manifesta exoluuntur, de repente moriuntur.

¶Quo diterat exolutio à deliquio animi, & à syncopi. lib. 1. de febribus ad Glauconem cap. 13. explicabimus.

Apho. 42. Sicut in quibus anhelitus aliquem seruat ordinem, debilior apoplexia existit, & si oia fiant quæ sunt necessaria, cito curatur.

¶Sic traduxit Leonicenus, at cum omnis apoplexia difficile curetur, credendum est, illum. textum reperisse deprauatum, sic melius leges. siquidem in quibus aliquem ordinem seruat debilis est, huiusmodi apoplexia, quam ipsam fortasse curabis.

Ibi. Omnes autem apoplexiæ fiunt vi animali nõ potente diffluere ad partes infra caput existentes, aut propter aliquam dispositionem similem inflammationi, quæ in ipso cerebro sit constituta.

¶Cur non dicat propter inflammationem, sed propter aliquam dispositionem similem inflammationi, non est scrutatione indignum, Cenonianus vt in difficultatem non incideret, transtulit vel propter affectionem aliquam à calida materia in ipso cerebro consistentem, sed prima lectio Gal. textui magis arridet. dicens porro Gale. quod fit apoplexia à dispositione simili inflammationi in cerebro existente, id voluit, quod dixit libro de causis morborum, vbi ait: vbi vero intercipiuntur quæ sunt in animali arteriæ, hoc est ita oppletę sanguine fuerint, vt nullus in ipsis vacuus relinquatur locus, in quem dum attolluntur aerem externum attrahere possint, tunc quodammodo strangulatur, atq; extinguitur calor internus, ac qui ita affecti sunt, subito sensum & motum totius corporis amittunt: hucusq; Gale. porro hæc dispositio quam hoc loco memorat Gale. non est inflammatio, sed est similis inflammationi, fit à sanguine hæc interceptio vt inflammatio, calorem natiuum coercet vt illa, non tamen est inflammatio: inflammatio quidem morbus calidus est, cum vero à sanguine sic intercipiuntur arteriæ, vt calor natiuus extinguatur frigidus generatur morbus, vt arte cura. ipse late declaraui. non igitur ab re dixit Gale. à dispositione simili inflammationi generari apoplexiam, illa quidem dispositio non est inflammatio, sed est similis inflammationi.

Apho. 46. Duobus doloribus simul eundem locum infestantibus

UVA. BHSC. IyR_342

bus vehementior alterum obſcurat Hippocra.

¶Si dolorem hac parte ſumimus pro diſpoſitione dolorem producente, quo nomine dixit in cranone antiqui dolores frigidi, clarius eſt aphoriſmi ſenſus, cum duę cauſę in vna parte ſunt quæ dolorem producere valent, maior alteram obſcurat.

Apho. 47. Fit dolor & febris ex quadam veluti ebullitione, atq; exuſtione ſanguinis, qui vbi ex toto exuſtus fuerit, reſiduũ eius fit pus, quemadmodum in lignorum exuſtione cinis.

¶Non eſt intelligendum, quòd pus fiat ad modum quo fit cinis in vſtione lignorum, longe aliter fit pus quàm cinis, comparationem igitur ſic intellige, quòd ſicut in corruptiõe quam in ligno facit ignis, quòd relinquitur eſt cinis ſic facta iam crematione in ſanguine pus fit reliquum, non q̃ per vſtionem fiat pus, ſed quòd quando fit pus, quodammodo ſanguis vritur, quę vſtio vel eſterue ſcentia durat vſq; ad integram puris generationem, aliquãdo autores vſtione & putrefactione promiſcue vtuntur. ſic dicit Vergilius. 1. georgi. ſcintillare oleum & putres cõcreſcere fungos, per fungos hic intelligit fauillas quę in lucernarum extremitate concreſcunt, quas licet per vſtionẽ ſint genitę vocat putres. Cæterum quòd exuſtionem pro putrefactione conſueuerit ſumere Galen. præter ea quę diximus, colligitur ex ijs quę dixit comment. 1. de ratione victus in morbis acutis, tex. 18. qui ſic ait, præterea cum febres & ex humorum putredine oriantur, non paruam diligentiam adhibere oportet, vt quicquid ex ipſis concoqui poſsit concoquatur, & quod iam exuſtum ſit, neq; amplius concoqui poſsit euacuetur. per exuſtum hac parte & humorẽ putridum qui coctionem non admittit intelligit.

Vlti. Magnitudo corporis iuuentæ quidem neq; indecens neque illiberalis.

¶Videtur ab re hunc aphoriſmum traditum ab Hippocrate, cum nil vtilitatis medicus inde excerpere poſsit: ſed quodammodo agit ad partem prognoſticam, prędicit enim medicus iuuenem longum in ſenectute futurum gibbum, vnde pectoris vitia poterunt ſuboriri, quòd ſi verũ eſſet quod dicit Clemens Alexandrinus in pedagogio lib. 2. cap. 1. quòd puerorum corpora recte creſcunt in longitudinem, ſi deſit nutrimentum, quia non prohibetur ſpiritus recurrens ad incrementũ, aphoriſmum ideo traditum diceremus, quia monet medicum: in cuius manu eſt vt corpora fiant longa vt id anxie non intendat, quia hæc longitudo ſolet in ſenectute malum accerſere, ſed dictum Alexandrini tam futili ratione eſt fulcitum, quòd putare quòd ad id attenderit Hippocra. eſſet abſurdum. Cæterum ſi Hippocrates conſueuiſſet ſub verborum inuolucris ſuas ſententias prodere, dicere poſſemus, illum prędicto aphoriſmo velle, quòd longitudo corporis ad pulchritudinem quæ præcipue iuuenum eſt agit, ſed non agit ad prudentiã quæ proprie ſenum eſt. nam plurima ex parte prudentiores ſunt quæ ſunt paruo corpore, quàm magno vt dixit Alexander Aphrodiſeus ſectio. 4. probl. prob. 25. facit etiam aphoriſmus vt non tot labores imperemus ſenibus longis quàm ijs qui mediocri ſunt ſtatura.

In tertium librum Aphoriſmorum.

APho. 1. Mutationes temporum nonnulli exiſtimant dici, quibus inuicem commutantur, quaſi ſucceſsiones diceret.

¶Hanc expoſitionem non probat Gale. dicit quidem quòd verbum potiſsimum quod aphoriſmo adiectum eſt, hanc expoſitionem non admittit, addit etiam quòd in temporum viciſsitudinibus ſicut quidam morbi generantur, eodem modo alij ſoluuntur, ſed certe iuxta ea quæ Hippo. dicit lib. de aere & locis, nõ videtur hæc expoſitio omnino reijcienda, nam ibi dicit periculoſa eſſe ambo æquinoctia, & periculoſa eſſe ambo ſolſtitia: hęc vero præcipue tempora diuidunt: vt igitur hac parte appellauit æquinoctia & ſolſtitia periculoſa, licet non ignorauerit, quòd morbos qui in vno tempore fiunt in alio poſſunt ſolui, non mirũ quod in aphoriſmis mutationes temporum diceret potiſsimum periculoſas adieceritq; verbum potiſ-

UVA. BHSC. IyR_342

potiſsimum ad differentiam mutationum, quæ fiunt in vno tempore. ſed forſan potiſsimum apud Hippocratem non habet aduerbij locum ſed nominis, vt ſit ſenſus, potiſsimę mutationis temporū quę fiunt in æquinoctijs & ſolſtitijs & in ortu pleiadum & arcturi gignunt morbos. ſed licet hæc non diſpliceant minime explodenda videtur Gale. expoſitio: Hippocra. quidem de tēporibus actu rus quæ ratione aeris temperamenti mutantur, ab hoc aphoriſmo ſumpſit exordium. potiſsimum quidem ex aeris mutatione morbos gigni videmus, id vero magis probatur in ijs mutationibus, quæ fiunt ſecundum illorum temporum alterationes, quando multę alia poſt aliam fiunt, fauet vero huic Gale. expoſitioni ſequens aphoriſmus, in quo Hippo. tractat de mutatione temporum naturali, vbi ait naturarum hæ quidem ad æſtatem hæ vero ad hyemem bene vel male ſe habent, qua parte indicauit præcedenti aphoriſmo non locutum fuiſſe, de mutatione temporum naturali: ſenſus enim huius ſecundi aphoriſmi hic eſt, dixeram in præcedenti ſententia mutationes temporum potiſsimum morbos gignere, hoc non intelligatis de quacunq; mutatione, nam naturarum hę quidem ad æſtatem hæ ad hyemen bene vel male ſe habent, ex quo poteſtis intelligere, mutationes tē porum naturales potiſsimum morbos non parere, mutationes vero de quibus præcedenti aphoriſmo fuimus locuti nullę naturæ ſunt accommodę. adde quod vt Galen. dicit. 1. vulg. commen. 1. tex. 1. vbi tempora anni recte procedunt & in ſe mutuo conuertuntur, non exiſtunt morbi vulgares, ſed ſolum diſperſi, qui ſunt victus comites. ſi igitur ratione victus præcipue morbi tunc generantur, nam eos qui bona vſi ſunt victus ratione, mutatio temporum naturalis non offendit, videtur & hanc expoſitionem eſſe conſentaneam.

Apho. 5. Vrinæ accidunt difficultates, veſica flatu aquilonis ob frigiditatem offenſa, eſt enim exanguis, & propterea ex cauſis frigidis pluſquàm aliæ partes ipſa eſt offenſioni parata.

¶Aliæ partes exangues exceptis dentibus frigiditati non patent, ſicut veſica, & ob id recte dictum eſt à Gale. ex cauſis frigidis pluſquàm aliæ partes veſicam eſſe offenſioni paratam.

Autumnus tabidis malus.

¶ 6. Libro de morbis popularibus ſectio. 7. & ver dicit eſſe tabeſcentibus malum, cum fici folia cornicis pedibus ſimilia fuerint, vel denotat hic foliorum fici color prauam auram, quæ in hunc colorem folia mutauit, vel ſignificat ijs verbis aliquam partem veris, qua hunc colorem habent folia fici.

Apho. 14. Zona vero exquiſitam habens temperiem ac media orbis terrarū eſt, quæ per enidū & coum inſulas & loca ea porrigitur.

¶De temperatura regionum diximus iam lib. 2. de temperamentis. Cæterum dicit Gale. quod zona quæ porrigitur per enidum & coum inſulas eſt media orbis terrarum, qua parte inſinuat, non eſſe habitationem ſub æquinoctiali, ſi enim ſenſiſſet regionem ſub æquinoctiali habitari, hanc vocaturus eſſet regionem mediam orbis, vocauit vero illam regionem mediam orbis quia earū quas habitari cenſebat eſt media. Diuus porro Hieronymus (vt aliquid ad leuandos labores medicos noſtro more ex theologis delibemus) dicit. 4. cap. in Ezechielem Ieruſalem eſſe in orbis medio.

Apho. 14. Ordo autem temporum ſicuti ipſe ſæpius in lib. oſtendit epid. & ſicut hi qui hoc ſtudio excelluerunt ſcripſerunt, hic eſt: ortus pleiadum principium eſt æſtatis, poſt quem canis ortus oporam appellant inchoat, quam etiam ſecundam partem æſtatis vocant.

¶Qui in ſeptem tempeſtates annum diſtribuunt, æſtatem ad canis vſq; exortum protendunt, ab hoc ad arcturi ortum autumnum, vt dixit Gal. 1. lib. epid. tex. 1. iuxta vero horum computationem, non eſt pars æſtatis tempus quod eſt à canis ortu vſq; ad ortum arcturi, neq; ſecundum hos autumnus incipit ab arcturo oriente, ſed vt hæc exactius intelligas, lege quę Gal. dicit citato loco.

15. Quæ enim fit per balneas euacuatio parua eſt, & ſolum fere cutem euacuat.

¶Non de omnibus balneis intelligit, ſed de his quæ fiunt ex aqua dulci: quod eſt cōſentaneum ijs

quę

UVA. BHSC. IyR_342

quę de lauacro aquæ dulcis dixit.11.metho. balneę quidem ſulphureę & bituminoſæ alia quàm ea tem euacuant.

Ibi. Neque tamen ea quæ fit per purgantia pharmaca ſuperfluitatum euacuatio idonea eſt, nam valde indigentibus & ex longis interualis vtilis eſt.

¶Si iis quæ Gale. hac parte dicit medici animum aduerterent, cautius medicamenta purgatoria exhiberent, nec tam frequenter illa propinarent, ſed multis eorum ſolenne eſt, in malo quanuis leui tribus diebus ſumptis ſyrupis medicamentum purgatorium exhibere, quorum abſurdam conſuetudinem etiam vituperauit Plato in thimęo, cum dixit niſi in morbis grauibus pharmaca non eſſe adhibenda. idem dixit Plutar. lib. de præceptis bonę valetudinis. non abnuo tamen, quod nos qui mitiora quam antiqui medicamenta habemus, quod frequentius quàm illi poſſumus purgationibus vti.

Apho. 16. Quas igitur articulorum paſsiones in ſiccitatibus dixerit fieri, dignum eſt inquiſitione: ſi enim immodice factæ conſumpſerint articulorum humiditatem, difficilem ſane quendam motum ob ſiccitatem efficient, forte vero & dolorem nonnunquàm: eã vero paſsionem quam athritim vocant, haud quaquam efficiẽt; niſi quiſpiã omnẽ articulorum dolorem ita velit nominare.

¶Ex iis quæ hac parte dicit Gale. claret erraſſe illos, qui putánt à nuda intemperie non poſſe fieri dolorem in articulis: licet enim non fiat ea paſsio quæ athritis nominatur, bene poteſt fieri dolor, vt iam contra Fuchſium diximus libro de arte curatiua.

Ibi. Iam vero & vrinarum acrimoniæ à quibuſdam fiunt in temperaturis, ſed potiſsimum ab ea quæ eſt ſecundum caliditatem, deinde ab ea quæ eſt ſecundum caliditatem & humiditatem, tertio ab ea quæ eſt ſecundum humiditatem.

¶Totus hic textus videtur deprauatus, videtur legendum potiſsimum ab ea quæ eſt ſecundum caliditatem & ſiccitatem, ſecundo ab ea quę eſt ſecundum caliditatem, tertio ab ea quę eſt ſecundum ſiccitatem. hoc vltimum ſic legunt aliqui. ſed certe non minus videntur alia duo caſtiganda quàm tertium, niſi dicas quòd licet humiditas non faciat ad vrinę acrimoniam, ſed quatenus quæ humida ſunt, facile putreſcũt, & quæ putrida ſunt reddunt vrinam acrem, ob id dictum eſſe intemperaturam calidam & humidam facere vrinam, ſed ſi ad hæc reſpexiſſet, non ſecundo loco ſed primo, erat ponenda in temperatura calida & humida.

18. Magis autem exquiſitus ſermo fuiſſet, ſi ita ſcripſiſſet, adoleſcẽtes vere, pueri æſtatis principio.

¶Si pueri retrimentitia humiditate non abundarent, melius degerent vere, quàm principio æſtatis: cum vero illa humiditate abundare ſoleant, principio eſtatis melius degunt, preſertim in regione temperata vel quæ temperatæ proxime accedit qualis eſt Hippocra. nam in regionibus calidis melius degent vere quàm principio æſtatis.

Apho. 23. Anhelitum vero nemo poteſt cohibere, neq; aliter datur ſpirandi facultas.

¶Andręas Lacuna in quibuſdam contradictionibus ſenſit, hac parte ſenſiſſe Galenum anhelitus operationem eſſe naturalem, ſi quis vero attente quę Gale. ſcripſerit, legerit, videbit nil minus illum voluiſſe: voluit quidem anhelitus membra nemo ſic poſſe obtegere, vt à frigiditate non lędantur, quapropter dicit dixiſſe Hippocratem, hyeme morbos laterales inflammationes pulmonis, & tuſſes ſolere inuadere.

Apho. 24. A natura aliena eſt expurgatio per aures.

¶Noũ

UVA. BHSC. IyR_342

¶Non quamlibet expurgationem per aures dicit esse alienam à natura, sed quę est humiditatum, de quibus in apho. Hippo. mentionem agit.

Apho. 26. Aliud vero genus lumbricorum est rotũdorum, qui in superioribus intestinis magis generantur, adeo quòd ad ipsum quãdoq; ventriculum ascendunt.

¶Ex ijs quę hac parte dicit Gale. dicunt quidã colligi, in ventriculo nõ gigni lumbricos, sed certe id nõ colligitur, imo qui considerauerit quæ parũ infra dicit Gale. potius suadebitur, Gale. voluisse, lumbricos posse gigni in ventriculo, quàm voluisse contrariũ: tradens quidẽ causas lumbricorũ dicit, cibus plerunq; corrũpitur in ventriculo, & præcipue in inferiori puerulis: verũ caliditas in valde tenellis nondũ materiã obtinet, in hac parte insinuat, posse esse materiam lumbricorũ in ventriculo, & in adultioribus posse caliditatẽ adesse, neq; ab hac sententia quicquid quidã dicent abludit Arist. 4. lib. meteo. cap. 3. cum ait: nec vllum animal in cibi concoctione quæ in ventriculo efficitur procreatur, nam esto q; in cibi cõcoctione lumbrici nõ generentur, nõ obstat, q; ex cibo vel humore putrefacto lumbrici generentur: cibi quidem concoctio tota est à calore naturali, citra hanc potest humor corrumpi, indeq; vermis generari. sed hoc Gale. 1. de locis affectis non videtur placuisse, de qua re ibi.

Alterantur puerorum dispositiones citissime propter corporis humiditatem & naturalis potentiæ imbecillitatem.

¶Andręas Lacuna in illis contradictionibus, quas ex scriptis Gal. annotauit, putat Gale. hac parte voluisse pueris esse naturalem potentiã imbecillem, nil tamẽ minus Gal. voluit, non loquitur quidem hac parte de naturali potentia quę aliquid efficit, sed de dispositione & firmitate & mẽbrorum habitu. dispositio vero in pueris debilis est, eo quod eorũ mẽbra mollia & tenera sunt & humida, quare renituntur parũ debiliterq; iniurijs occursantibus reluctantur, nõ eñ adhuc illis sunt firma mẽbra. quam vero hic vocauit naturalem potentiã Gale. vocauit Aetius firmitatẽ vitalem, ob cuius debilitatem dixit cap. de hydrope, ex malo habitu maxime perire pueros, idem est quod dicit Gale. & Aetius acsi naturalis vel vitalis potentiæ imbecillitatem dixissent, sed de ijs satis lib. de arte curatiua capite de hydrope.

Plurimę autẽ passiones puerulis iudicãtur, nõnullæ quidẽ in quadraginta diebus, nõnullæ in septẽ mẽsibus, nõnullę vero annis septem.

¶Celsus. 2. lib. cap. 1. non dicit hisce tẽporibus ęgritudines puerorum iudicari, sed pueritiã tunc periclitari, sic quiedm ait: maximeq; omnis pueritia primũ circa quadragesimũ diem, deinde septimo mense. tum septimo anno, postea circa pubertatem periclitatur, ijs vero quæ dicit Celsus astipulantur quę de annis clymatericis graues referunt autores. quipe qui dicunt septimo anno, & annis qui per septimũ deducũtur homines maxime periclitari, nõnunquàm etiã & qui per hunc cõputãtur etiã esse periculosos. sic asserunt annũ sexagesimumtertiũ qui vtrunq; cõplectitur numerum esse maxime periculosum, nulla ratione hoc videtur annisum, sed si verum est, quod dicit Celsus quod septimo anno & decimoquarto pueri maxime periclitantur, minime mirari debemus, q; in annis qui ijs respõdent, plusquàm in alijs periclitari contingat. Cæterum quãdo syderũ motui nõ tribuimus ea quę septimo anno vel quartodecimo contingunt, non est cur multum cruciemur in reddenda dierũ crysimorũ per lunæ motum ratione. sed de ijs satis multa lib. 3. de diebus decretorijs.

Aph. 29. Neq; enim simpliciter dicere oportebat, acutos qui in pueris nihilominus fieri videntur, sed ex acutis tertianas maxime, & febres ardentes.

¶Tertianas febres numerat inter morbos acutos, non quidem sumit morbum acutum vt prisci autores, qui vt autor est Hippo. lib. 1. de ratione victus dicebant, non esse morbum acutum citra febrem continuam. Cæterum nec licet dicere, quòd Galen. hac parte loquitur de tertiana continua, quia tertiana continua non differt à febre ardente, dicens igitur tertianas & febres ardentes indicat de tertiana intermittenti loqui, quod dicta Gale. contemplanti nõ potest nõ esse perspicuum.

UVA. BHSC. IyR_342

Ibi. Morbi autem comitiales quanuis malo victu vtantur iuuenes, tamen ipsis non accidunt multi.

¶Celsus non legit iuuenes, sed adolescentes, sic enim ait.2. lib. cap.1. adolescentia morbis acutis item comitialibus tabiq; maxime obiecta est, astipulatur interpretationi Celsi, quòd post morbos qui pueris accidunt hic aphorismus sequitur, non videtur porro rationi consonum, quod silentio præterierit morbos adolescentium, qui aliarum ætatum morbos describebat. Cæterum epilepsiæ solent accidere adolescentibus fœminis præcipue, quibus menses non respondent, sanguine quidem menstruo per vterum non purgato vteri affectiones epilepsiæ non dissimiles sæpe virgines adolescentulas solent infestare, hoc modo vero intelligendo aphorismum, sequens qui ait vltra hanc ætatem, asthma, morbi lat erales, pulmonis inflammationes, lethargi, phrenitides, ardores, est facilis. vltra adolescentiam est iuuentus quæ ijs morbis est obnoxia, non tamen est ignorãdum, quòd ex ijs quæ Hippocra. dicit. 2. lib. de dieta, videtur colligi, apud illum sub adolescentia complecti eam ætatem quam iuuentutem medici appellant: in quatuor fastigia diuidit ætates, quarũ primam vocat pueritiam, quam dicit esse calidam & humidam, adolescentiam dicit esse secundam ętatem, quam dicit esse calidam & siccam, tertiam ætatem vocat virilem quę est cum steterit iam corpus, quam dicit esse frigidam & siccam, quartam vocat senilem quam dicit esse frigidam & humidam, secundum hæc dicemus aphorismo. 29. egisse Hippocratem de morbis qui accidunt adolescentibus. sub quibus comprehenduntur etiam iuuenes, aphorismo vero trigesimo egisse de morbis qui accidunt ijs qui sunt in virili ętate, aphorismo vero trigesimoprimo, egisse de morbis qui accidunt senibus. Cæterum Censorinus libro de die naturali ex Hippocrate refert septem esse ætates, quod etiam Hippocrati tribuit philo. libro de mundi opificio. hoc tamen ex libris Hippocratis non colligitur, Aristot. porro Rhetori. 2. ad Theodectem, tres solum placuit ponere ætates. sed de ijs alibi.

Apho. 31. Articulorum autem dolores aliquando fiunt fluentibus ad hæc loca superfluitatibus, aliquando propter instrumentorum quæ natura ad eorum motionem fabricauit, frigiditatem.

¶Iam diximus apho. 16. quòd Galen. licet neget quòd athritis fieri possit sine humorum fluxione, non negasse dolores articulorum citra fluxionem fieri posse.

In Aphorismos Hippocratis

Quartus Liber.

APho. 1. Vtero gerentes sunt medicandæ si materia turget quarto mense, & vsq; ad septimum, sed hæ minus.

¶Volunt aliqui expositores, quod Hippocrates prorsus excludat septimum mensem, quod certe veritati est consonum. sed certe ex ijs quę sequuntur, sed hę minus, à ratione non alienum videtur, quod septimus mensis prorsus non sit exclusus: videtur quidem voluisse Hippocratem, quarto mense & quinto & sexto tutius propinari pharmacum, quam septimo mense. Cæterum licet septimo mense partum ędi contingat, & hoc mense humore turgente non abnuit Hippocra. quod pharmacum propinetur, quia rarum est septimo mense ędi partum, & fœtus qui nono vel decimo mense est in lucem ędendus, non necessario septimo mense admolitur partum, quod si in omni fœtatione medicus præferret, quod septimo mẽse enĩti potest mulier, nec sexto mense purgare liceret, quando fœtus qui septimo mẽse est egressurus, sexto mense perfectionem habet, quare adhibito pharmaco facile acetabula poterunt dirumpi: cæterum non ab re loquens de septimo mense dixit Hippo. sed hæ minus, quia apud aliquos censeri debuit periculosior quartus mensis quàm septimus, quorum opinioni adstipulatus fuit Aristotel septimo lib. de natura. anima. cap. quarto. vbi ait infestantur maxime mulieres mense quarto, octauoq;, & si quarto vel octauo mense perierit, ipsę quoq; magna ex parte pereunt, hæc ille. porro quia quarto mẽse sic infestatur vtero gerens, & aborsus est lethalis matri, videbatur, aliquibus

UVA. BHSC. IyR_342

bus,quòd tunc ægertime feret quę ex medicamẽto fit purgationẽm.videbatur quidem non posse illam ferre duas afflictiones:hanc causam dat lib.de octimestri partu Hippo.ob quam octimestris partus non viuat,quæ etiam videbatur illis facere ad suadendum, quod sit admodum periculosum quarto mense exhibere pharmacum.Hippo,porro hoc apho. contra sic opinantes minus tutum esse exhibere pharmacum septimo mense quam quarto nos docuit.

Apho. 2. Aut quia in aliqua parte corporis sit erysipelas, aut quia tertiana febris hominem habeat,aut ex ardentibus illa quę ex amara fit bile,nam in ijs omnibus flaua bilis abundat, atq; idcirco conabimur ipsam educere illis medicamentis quæ bilis eductiua ab effectu nominantur.

¶Ex ijs quæ hac parte dicit Gale.claret errasse illos,qui contendunt voluisse illum,quod non porrigatur pharmacum purgatorium ijs qui febre tertiana exquisita laborant, de hac febre loquitur hac parte,in qua dicit esse exhibendum medicamentum quod amaram bilem educat.

Ibi. Prius itaq; dictum est ab ipso de omni euacuatiõe generalius sic vasorum inanitio.

¶Non intelligas,vt quidam perperam intellexerunt,quòd hac parte velit quod sit dictum ab Hippocrate.1.apho. apho.2. de euacuatione eorum humorum qui quantitate peccant, nam id dicto aphorismo negauit Gal.vult vero,quòd in hoc aphorismo solum agit de purgatione quæ fit medicamento purgatorio,& in aphorismo primi libri iam citato de omni purgatiõe,siue sit per vomitum,siue per deiectionem,siue per nares,siue per palatum.

Aph.4. Medicari æstate superiora,hyeme vero inferiora.

¶Quomodo ijs conueniant quæ dicit Celsus.1.lib.cap.3.& quæ dicit autor de salubri dieta, qui hyeme vtiliorem esse vomitum,quàm æstate docuerunt,libro de salubri dieta declarauimus.

Aph.5. Sub cane & ante canem difficiles sunt medicationes.

¶Aliqui voluerunt,quod non sit legendum sub cane & ante canem,sed sub cane & anticane, horum errorem explosimus.1.lib.epidemi. memini me legesse in commento huius aphorismi dixisse Fuchsium,caniculam videri in speculo cui fuerit insperſa aqua, quo dicto satis indicauit perspectiuæ illum nunquàm indulsisse.

Apho.11. Videtur autem à maiori frigiditate generari aquosus hydrops,à minori autem tympania.

¶Hac parte videtur Gal.insinuare,quod omnis hydrops semper fiat à frigiditate ,quod est cõtrarium ijs quæ docuit lib.5.de locis patientibus,sed hoc loco nos cõtradictionem iam diluimus.

12. Alter humor pituitosus quando adhæserit intestinis nunquàm est per superiora purgandus,hoc est per vomitoriam medicinam, sola enim euomi natura apta sunt,quæ in ventriculo continentur.

¶Videntur ijs obstare quę dicit Gale.7.lib. apho.commen.10. &.3.lib.de symptho. causis,prima parte dicit in ileo aliquando stercus vomi, secunda parte quod clysteres aliquando ad ventriculum ascendunt.hanc contradictionem commento huius aphorismi sic diluit Fuchsius, quod nihil eorum quę in intestinis continentur,naturali ratione per vomitum vacuari possit,quod autem interdum stercus aut clysteres per lethalem vomitum reijciantur,idipsum quidem accidit,quod violenter sursum ferantur,idq; propterea,quod ventriculus & intestina iam non se habent secundũ naturam:hæc Fuchsius,quę certe non satisfaciunt, quippe in leuitate intestinorum de qua loquitur Galen.nec ventriculus nec intestina se habent secundum naturam : adde quod humor biliosus æstate ex toto corpore nedum ex intestinis primis aptus est per superiora purgari,iuxta ea quæ dicit apho.4.huius sectionis.satius est igitur dicere,quod Galen.non negat,quod ea quæ sunt in intestinis non possint per vomitum vacuari, loquens tamen de humore pituitoso qui intestinis adhęret,

UVA. BHSC. IyR_342

hęret, dicit quod non eſt per ſuperiora purgandus, & de hoc intelligens, dicit quod hic humor ſolum euomi natura aptus eſt cum in ventriculo continetur, nam ſi in inteſtinis adhæret, nil eius poteſt per vomitum euacuari, hoc eſſe ad mentem Galeni quicunq; eius dicta perpenderit facile intelliget. quod ſi conſideraſſet Lacuna in ſuis contradictionibus, non dixiſſet in dictis Galeni eſſe contradictionem. ſed de ijs iam in enchiridio.

13. Aqua vero neq; epota, neq; extrinſecus occurſans, natura apta eſt ſolidas animalis partes humectare.

¶Non vtcunq; humectare intelligas, ſed de humectatione qua humiditas genuina conſeruatur vel adaugetur, hoc vero licet de per ſe non faciat aqua, facit ex accidenti, vt colligitur ex ijs quæ dixit tertio de ratione victus commento. 17.

Apho. 25. Cum volueris magis ducere elleborum moue corpus, cum vero ſiſtere, ſomnum facito, & non moueto ex Hippocrate.

¶Ex ijs quæ hac parte dicit Hippocra. volunt quidam colligere, quod aſſumpto pharmaco ſubdu ctiuo non ſit dormiendum, ſed non idem eſt præſcribendus modus elleboro qui magna vi per vomitum debet euacuare, ac medicamentis purgantibus, quæ adhibentur ijs qui febre laborant, hi enim ad motiones non ſunt idonei, facilius porro medicamentum per ſomnum reciprocato calore deducitur ad actum, reducto vero prorſus abſtinendum eſt à ſomno, vt in enchiridio dixi: quare grauiter errant, qui aſſumptis catapotijs dormiunt, vſq; quo purgatio incipiat, breuis quidem ſomnus eſt imperandus ijs qui ſumpſerunt medicamentum, nam longus eneruat vires medicamenti, & operationem cohibet. Cæterum neq; ex ijs quæ de elleboro dicit Hippoc. contrarium ijs quæ diximus colligitur. dicit quidem. 14. aphoriſmo, quod cum bibit quis elleborum ad motiones quidē corporum ducere magis, ad ſomnos vero & quietem minus, qua parte licet dicat, quod magis eſt mouendum, nō omnino ſomnum prohibet, non abs re poſt paucum ſomnum deducto ſcilicet medicamento ad actum corpus mouebitur, quod ſi nolumus elleboro multum ducere, non eſt corpus multum mouendum. ſomnum vero dicit ſiſtere quod intellige cum iam mouere humores elleborus incipit.

Aph. 17. Fit autem vertigo ore ventriculi à malis humoribus morſo, nam propter neruorum magnitudinem venientium ad ipſum à cerebro, hac parte patiente animæ opera detrimentum patiuntur.

¶Ex hac parte colligitur, voluiſſe Gale. poſſe accidere vertiginem, citra hoc quod humor aliquis cerebrum infeſtet.

Qui medicamentis purgati non ſitiunt, non quieſcunt priuſq; ſitiant Hippocra.

¶Putabit aliquis, eam fuiſſe Hippocrati ſententiam, quòd qui potione medica dum purgantur nō ſitiunt, quòd non ceſſent à motu, donec ſitiant iuxta illud præſcriptum: poto elleboro corpus mouendum potius, & iuxta illud cum elleborum citare voles, videtur quidem quòd Hippocr. qui motum ijs qui ſumpſerunt medicamentum purgatorium imperabat, iuſsiſſe ne à motu purgati deſiſterent, vſq; quo inde ſitis excitaretur, hoc ſentiebat eſſe indicium integræ humorum agitationis, & humoris calidi cum purgatur ad partes vbi ſitis gignitur delationis, hoc enim iuxta eos qui medicamento epoto nunquàm dormiendū, ſed ambulandū eſſe cōtendunt aliquā apparentiam habet.

Supra ſeptū tranſuerſum dolores purgatione indigere per ſuperiora ſignificant, quicunq; vero inferiora moleſtant, per inferiora.

¶Non abs re quis poſsit arbitrari, Hippocratem velle dolores qui ſunt in membris thoracis per ſuperiora, ideſt per excreationem eſſe curandos, & qui ſunt in imo ventre per aluum, quod enim Hippocra. expuitionem vocauerit purgationem, colligitur ex ijs quæ dicit lib. de ratioue victus in morbis acutis, quod Galenus annotauit quinto libro aphoriſmo. aphoriſ. octauo, vel forſan in hoc aphoriſmo voluit id quod dixit de pleuritide lib. de ratione victus, quòd ſi eſt ſub ſepto tranſuerſo eget purgatione per inferiora, ſi eſt ſupra ſeptum tranſuerſum venæ ſectione, & iuxta hoc non eſt legendum purgatione indigere, ſed euacuatione indigere, nec ab re quis dicet

UVA. BHSC. IyR_342

cet quòd Hippocra. voluerit, quòd dolores qui sunt supra septum transuersum euacuatione per superiora egere ideſt sectione venarum cubiti, dolores qui sunt infra septum transuersum (dummodo venæ sectione egeant) sectione venarum crurum: circa vero illud quod ex Galeno citauimus, quòd screatio Galeno dicitur purgatio. notandum mihi apparet, quòd cum Auicenna capite de pleuritide dixit soluantur in nocte, quòd purgentur in nocte voluit, per purgationem hic intelligens eam quæ fit per sputum. volebat quidem Auicenna medicos monere, vt nocte quo tempore magis solet cohibere sputum, quòd multam operam nauarent in procurãda purgatione quę fit per sputum: hoc hic mihi vilum est. quidam tamen medicus Arabs qui medicinam facit in quodam oppido illustrissimi Ducis de Villahermosa mihi merito suspiciendi, dixit mihi in genuino Auicennæ textu non haberi soluantur in nocte, sed soluantur blande & mititer: hęc sint per transenam dicta.

24. Difficultas inteſtinorum ſi cœperit ab atra bile lethalis eſt.

¶Videtur frustra additum, si cœperit, cum quandocunq; ab atra bile dysenteria fiat, est cancer in intestinis, qui quidem semper est lethalis. adde quòd Gale. dicit libro de atra bile, atram bilem semper lethaliter excerni. dicit Aetius cap. de dysenteria, quòd atra bilis quę excernitur ratiõe iudicationis febrilium morborum, hanc curare non desperamus, si vero sua sponte nullo præcedenti febrili morbo, neq; concoctione apparente, immedicabilem esse eam dysenteriam. porro quia atra bilis quę præcedentibus signis coctionis excernitur, non eam adustionem, neq; eam malignitatem habere indicat, ac ea quæ in principio excernitur, ob id contingit nonnunquam curari, quòd si tã exacta bilis atra in progressu ac in principio excernitur, immedicabilis etiam erit dysenteria, exactam quidem atram bilem semper lethaliter excerni, libro de atra bile dixit Gal. non tamen omnẽ atram bilem dixit.

Apho. 36. Quanuis quartus dies ſit primus iudicatorius.

¶Lib. 1. de diebus decreto. cap. 5. tertium diem ponit inter dies decretorios, sed imbecillus est hic dies, & raro iudicat.

Aph. 37. Cum contingerit eam quæ corpora regit naturam, quæ ſecundum Hippocratem eſt calor naturalis.

¶Virtutem totius regitiuam vocant medici hanc vim, quæ corpora regit, nescíunt tamen dicere quid sit, nec si ab alijs virtutibus sit distincta. dicit Gal. quod apud Hippocratem est calor natiuus, putauit quidem vt Gale. calorem natiuum esse animam, apud nos vero natura corporis est anima, ipsaq; est quæ admirabili quodam modo corpus gubernat.

34. Neq; nos latet, triplicem eſſe tumorum differentiam, vel enim ſunt cum dolore, quos iuniores inflammationes nominant, vel abſq; dolore duri, quos Græci ſcirrhos vocant, vel ſine dolore molles, quos Græci oedemata appellant.

¶Sub inflammatione complexus est omnem tumorem ab humore calido ortum.

40. Quibuſcunq; mulieribus ſanguis ad mammas colligitur, furorem ſignificat.

¶Putabit aliquis, sanguinem ad mammas collectum, non esse illum qui lactis modo effluit, sed intellexisse Hippocra. quòd cum sanguis mẽstruus deficit & ad mãmas ideſt ad partes superiores defluit, ꝙ significatur furor, ob hoc scilicet ꝙ indicatur sanguinẽ esse bilio sum, qui in partes supernas agit cursum. & hoc modo coniungemus prẽsentem aphorismum cum præcedenti qui habet, si mulier neq; grauida est, neq; peperit, lac habet, huic menstrua defecerunt, subiungit, si hic sanguis qui deficit ad mammas colligitur furor significatur, nec abre dicemus, quòd per colligi significatur facere collectiones, quas esse tumores præter naturam colligitur ex Plinio. 27. lib. cap. 8. nec debemus intelligere, quòd semel sanguis sic colligatur, sed quòd sit frequens, sanguinem qui per vterum expurgari debebat, ad mammas modo dicto colligi.

Apho. 41. Sudor multus ex ſomno factus abſq; cauſa manifeſta.

 ¶Abſq;

UVA. BHSC. IyR_342

¶Absq; causa manifesta intellige,absq; causa quæ sua natura sudorem mouet, vt sunt balnea,exercitia,& alia huiusmodi,cibus vero hoc modo non est causa manifesta, quia sua natura non magis mouet sudorem,quam alias euacuationes.& cibi sunt qui sua natura sudorem cohibent.

43. Solæ enim illæ febres quæ in quietem febre vacantem desinũt, periculo carent.

¶Non vult hac parte Gale.quòd omnes febres intermittentes periculo careant, sed quòd solę illę,febrem quidem quotidianam intetmittentem nõ esse sine periculo dixit lib.1.ad Glauco.cap.8. quòd verum esse sæpe ostendit experientia.neq; ijs obstat quòd dixit.1.lib.epid.parte tertia comment.5.febrium ad integritatem venientium lethalem esse nullam, nam ibi non vult quòd omnes febres intermittentes sint sine periculo, sed quòd febres tertianæ intermittentes, ad quod genus quidam referebant semitertianas,quòd non sint periculosę.dicebant enim quidam esse febrẽ semi tertianam,cum quis horis quatuor & viginti febre vacat, hos reprehendens Gale.dicit,semitertiana lethalis est,febres vero quę hanc intermissionem habent sunt sine periculo,vt Hippo.in aphorismis tradidit.

50. Fit nonnunquàm ex eadem causa difficultas spirandi, & delirium,patiente cerebro.

¶Mirum quòd non expresserit,hæc etiam accidere patiente septo transuerso, cuius inflammatio non semper est lethalis,vt dixit secundo prorrhe. commen.21. quare quod in hoc commento dixit Gale.non est semper perpetuum,neq; aphorismus Hipp. tanquàm perpetuus est habendus.

Apho.52. Quicunq; in febribus vel alijs morbis sponte illachrymant,nil absurdum,qui vero non sponte,absurdius: ex Hippo.

¶Hippocra.1.vulg.parte secunda aliter hoc prognosticum vel aphorismum scribit.si quidem ait, quibus in febribus acutis spontaneæ erumpunt lachrymę ijs est, siquidem reliqua non sint exitialia,narium profluuium expectandum, qui incommode habent,ijs non sanguinis eruptionem,verũ portendunt mortem,in hac parte videtur sentire,quòd spontaneę lachryme sunt malę,& in aphorismis quod non sint praue.sed si aduertis non est contradictio, in aphorismis spontaneas lachrymas vocat,quas sponte procurat æger, in epidemijs lachrymas spontaneas vocat, quæ sponte ex oculis citra vllum incitabulum profluunt.

Quibus plurimum siccæ tusses leuiter irritantes in febribus ardẽtibus fiunt,non multum siti infestantur.

¶Non infestantur siti secundum proportionem febris,vt explicat Hippocra.sexto vulg. comm.1. licet vero non secũdum proportionem sint siticulosi, nõ sequitur,q; sitis satis nõ possit vexare.

59. Tertiana exquisita septenis circuitibus quod lõgissimum est iudicatur ex Hippocrate.

¶Libro coacarum prænotionum.& nouem circuitibus iudicari tertianam exquisitam dicit.

Apho.61. Febricitantem nisi diebus imparibus febris reliquerit, solet recidiuare.

¶Huic alludit quod scriptum est quarto de ratione victus,sic est scriptum,maxime vero numerus impar est obseruandus, quem textum exponens Gale. & decimumquartum diem & sexagesimum & octogesimum ponit inter dies impares, quæ vero hunc locum exponentes dicemus, facient ad huius aphorismi explicationem. est vero clarior huius aphorismi sententia secundo libro epidemiorum sectione quinta,sic enim habetur,nisi in fideli die abeat febris,necessum est vt repetat.

62. Quibus per febres morbus regius ante diem septimum accidit malum.

¶Fuchsius hunc exponens aphorismum credidit, quòd Gale. voluerit in commentario,q; Icterus in febribus ante septimum sit malum,quia significat hepatis inflammationem, id vero noluit Gal. qui & ante septimum posse fieri obstructionem in hepate, cuius occasione fiat Icterus scripsit. Cæterum licet Icterus fiat ratione obstructionis hepatis ante septimum est malum, quia significat magnam

UVA. BHSC. IyR_342

magnam copiam bilis & hepatis imbecillitatem, quod non potuit bilem à se euellere. potest fieri etiam ratione iudicij Icterus, sed ante septimum non credidit Galen. quod posit bilis iudicatione ad corpus effundi. visum quidem illi est, quod bilis quę icterum producit est crassa, nam si nimis tenuis esset, per spiramina efflaret. nec sic cuti tenaciter adhæreret, quod si bilis cressa est, non poterit febris ab illa producta ante septimum iudicari, quod si iudicatur est rarum, cæterum quia septimo die & sequentibus diebus iudicatorijs recte effundi potest, ob id tunc est bonum, nisi scilicet hypocõdrium dextrum obduruerit, obdurato quidem hypocondrio dextro iudicatur potius ex inflãmatione vel scirrho hepatis vel obstructione icterum nasci, quam crisis ratiõe: neq; ijs obstat quod dixit. 1. vulg. parte secunda commen. 5. aliquibus accidisse icterum in sexto & fuisse liberatos, nam hoc tanquam rem difficilem & raro contingentem enarrat. iudicia enim quæ fiunt sexto die plurima ex parte sunt praua. Cæterum nec cum Hippoc. dicit malum intelligendum est lethale sed malum est signum, sępe vero malo signo apparente liberatur ægrotus, quod enim sit discrimẽ inter malum signum & lethale dicit Gale. 5. lib. apho. apho. 3. aliquis posit arbitrari, Hippocra. velle icterum qui per febres accidit deest propter vehementiam febris ante septimum esse malũ, magna quidem iudicatur febris vehementia quæ totum corporis habitum spacio sex dierum valuit commutare, non vero post septimum est malum, nam non mirum est quod temporis spacio febris corporis colorem tantum potuerit commutare, non contendo hoc voluisse Hippocratem, sed certe experientia ostendit, quod febres quæ inter exordia colorem corporis vehementer ad croceum mutant esse admodum ardentes & biliosas, non enim vt lib. de arte curatiua diximus, videtur Gale. integre collegisse, quod icterus in febribus succedat ex hepatis inflammatione, vel obstructione, vel scirrho, potest quidem proficisci ex nimia hepatis caliditate, vt quinto de locis affectis ipse dicit, cum vero ex nimio hepatis vel membrorum æstu proficiscitur, nihilosecius portendit malũ, quam si ab alijs causis: significat quidem magnam esse febris vehementiam, quæ pauco dierum interuallo, ante septimum scilicet, tantum in hepate calorem inducere valuit.

Apho. 66. Cum Hippocrates in febribus dicit morbos febriles intelligit, quando febres ipsæ sunt passio, & non casus partis alicuius, quæ aliquo dictorum affectuum laboret.

¶Idem docuit. 1. vulga. parte tertia commen. 4. vbi ait, mos est tibi veterum, vbi de febribus disputantes audias cognoscendus, nam si iecinoris inflammationem aut lateris aliusue partis febris consequatur pleuritim, vel peripneumoniam, vel hepatitim nominant morbum, non febrilem, qui vero citra inflammationem febricitant, febre hunc dicunt laborare. contra hoc videtur quod dicit 7. lib. apho. apho. 42. vbi ait atq; antiqui in ipsis febrium scripsere differentias, hepialon & lipyriam, sed non est contradictio, quando non exploratũ habemus, q, antiqui vocassent febrem lipyriam, quæ ex alicuius viscer is inflammatione oritur. vocauit Gale. lipyriam quę ex inflammatione viscerum oritur, non tamen inde sequitur antiquioribus Galeno sic fuisse nominatam. nam Aetius Gale. posterior non sumit lipyriam vt Gale. Gal. quidem omnes febres quæ ex viscerum inflammatione proficiscuntur vocat lipyrias. Aetius solas quæ ex ventris erysipelate oriuntur lipyrias vocat. Actuarius neq; ex inflammatione neq; ex erysipelate viscerum dixit oboriri lipyriam, vt videre est. 1. lib. metho. cap. 1. qui forsan magis ad antiquorum morem est locutus, quàm Gal. & Aetius.

76. Quibus in vrina crassa existente caruncułæ paruæ aut velluti capillí vna exeunt, ijs à renibus excernitur.

¶Lib. 1. de locis patientibus diximus, quomodo pili tam longi possint gigni in renibus, citauimusq; Actuarium, qui non in renibus sed in vreteris gigni fuit professus.

Commentarius Galeni in quintum librum Aphorismorum.

APho. 1. Ipse nos docuit Hippocra. quòd fit conuulsio ex repletione, & manitione corporum neruosorum, à quibus secundũ

UVA. BHSC. IyR_342

electionem motus perficiuntur, sunt autem hæ nerui, ligamenta, musculi, & tendones.

¶Proprie musculus dicitur conuulsione affici, sed quatenus in eos musculos qui ossa mouent tendones ingrediuntur, ad hoc etiam conuulsio attinet, nerui vero sunt præcipua pars musculi, qui cõ uellitur propter quod sæpe dicitur Galeno conuulsio passio neruorum. Cæterum quia ex cõpassione tendonum compatiuntur ligamenta, ideo & ad hæc quodammodo conuulsio attinet.

Ibi. Cum enim quæ primum fit conuulsionem ostendit cum ait conuulsionem ex repletione, atq; inanitione generari.

¶Conuulsionis nullas esse causas præter repletionem & inanitionem esse dicit Gale. 8. lib. de simpli. medica. facult. sed. 12. metho. non negat & à mordacibus humoribus, citra hoc quod repleant vel corpora neruosa inaniant, posse fieri conuulsionem.

Apho. 5. Verum proprie carus nominatur, totius corporis repentina sensus motusq; priuatio.

¶Non intelligas, quod de ratione cari sit quod sit repẽtina sensus motusq; priuatio, sed quod hęc repentina sensus motusq; priuatio quam ebrij incurrunt, ad carum attineat.

Apho. 6. Quicunq; à distentione corripiuntur, in quatuor diebus pereunt, si vero hos effugerint sani fiunt.

¶Si vero hos effugerint sani fiunt, sanari possunt intelligas, nam vidimus aliquos, distentione correptos, qui spacium quatuor dierum superarunt, & tamen non superarunt vim morbi.

Apho. 8. Quicunq; morbo laterali laborantes in quatuordecim diebus non purgantur, ñ ad suppurationem vertuntur.

¶Supputandi sunt dies à die quo æger cœpit expuere, alias falsus esset aphorismus: multi quidem intra quatuordecim dies non purgantur, & in empyema non transit malum, quod in anaxione vidit Hippoc. & nos in alijs vidimus.

9. Tabes fiunt maxime ætatibus à decimooctauo, vsque ad trigesimumquintum.

¶Cellus. 3. lib. cap. 22. legit ab anno duodecimo ad annum quintum & trigesimum maxime fieri tabem, & videtur hęc lectio verior, nam facile mulieres tabem incurrunt, quibus menstrua deest purgatio, multis autem mulieribus menses incipiunt à duodecimo anno.

Apho. 11. Qui tabe molestantur, si sputum quod extussiunt graue olet iniectum carbonibus, & capilli à capite defluunt lethale.

¶Multi ad probandum an tabes iam inuadat sputum eius de quo est suspitio iubent carbonibus inijcere, idq; ex hoc aphorismo colligendum putant: at Hippoc. non ad dignoscendam tabem, sed ad explorandum an tabes sit pernicioſa id faciendum dicit. Celsus porro. 3. lib. cap. 22. non ad explorãdum quòd sit pernicioſa tabes, sed ad explorandũ quòd sit tabes hac nota vtendũ insinuat.

Apho. 16. Calidum vbi quis sæpius vtatur hæc mala affert, carnium effœminationem.

¶In cronicis Hispaniæ legimus, quòd Rex Alphonsus huius nominis sextus admonitus, quod balnea calida eneruabant vires, proindeq; quod faciebant homines imbelles præcepisse, vt vsus balneorum relegaretur.

Apho. 21. Est autem vbi in distentione sine vlceratione, iuuene bene carnoso, æstate media, frigidæ aquæ multa perfusio calorem reuocat, calor autem hæc soluit.

¶Huic Hippocratis consilio minime voluit acquiescere Paulus, sed ratio & experimentum Hippocrati suffragantur.

22. Sic & vtero & vesicæ calidum quidem amicum & iudicans, inimicum

UVA. BHSC. IyR_342

micum vero & occidens frigidum: nam & hæ pariter neruoſæ ſunt.

¶Quod vterus proprie non ſit neruosus ſexto epidemi. dixit Galen. dicitur quidem neruoſus ad ſimilitudinem.

26. Primum quidem iudicium virtutis aquæ ſi neq; turbida neq; cœnoſa, deinde ſineq; guſtu neq; in odoratu aliquam abſurdam qualitatem præſeferat.

¶Lib.1.de ſanitate tuen.aquam laudat quæ pœnitus non guſtui modo, verum etiam olfatui omnis qualitatis expers videbitur, vbi non ſolum abſurdam qualitatem verum omnem videtur vituperare in aqua,ſed vt ibi diximus,non cuiuſlibet qualitatis expertem vult aquam,ſed qualitatis vitioſæ de qua ſermonem agebat:aquam quidem dulcem laudat Theophraſtus. 2. lib. cap.8. de hiſtoria plantarum.Cæterum aquam bonam in hoc aphoriſmo dicit Hippocra.eſſe leuiſsimam, leuiſsimã ſcilicet ad permeandũ,non tractat hic de pondere,porro & aquam quę pondere leuis eſt eſſe præferendam dixit libro de aere & locis.Plin. vero trigeſimo.1.lib.cap.3. nullo pene momento ponderis aquas diſtare dixit. qua in re Eraſiſtratum placuit imitari, hunc enim huius fuiſſe opinionis teſtatur Athæneus.2.lib. dipnoſophiſt.

27. Quod vero omnia aromata natura apta ſint facere capitis grauitatem,& experientia oſtendit,& ratio docet.

¶An omne aroma ſit natura calidum lib.de ſimpli.medicamen.facult.declarauimus, vbi diximus, non quicquid bene olet eſſe aroma,quicquid enim aroma eſt ad ſuffitũ conuenit,non tamen quicquid eſt odorum.

Apho.30. Sic & ſi abſq; febre aliquis alius morbus acutus ſit, veluti morbus comitialis,& morbus attonitus,conuulſio,diſtentio,propter magnitudinẽ morbi,& acutiem impoſsibile eſt laborãtẽ euadere.

¶Non eſt hoc ſemper perpetuum,à morbis acutis qui ſunt cum febre & ab ijs qui febrium ſunt expertes contingit nõnunquàm vtero gerentes vindicari,morbum comitialem ponit hic inter morbos acutos, primo libro tamen de criſibus cap.4. morbum comitialem ponit inter morbos longos,ſed in aphoriſmis intelligit de paroxiſmo morbi comitialis.

Aph.31. Mulier vtero gerens ſanguine miſſo ex vena abortit,magis ſi fœtus ſit maior.

¶Neq; hoc vt Celſus dixit perpetuum eſt, ſæpe quidem ex vtero gerentibus citra aborſum mittitur ſanguis,neq; verum eſt quod dicit Fuchſius,omnes ſanguinis miſsiones effatu dignas quales antiquo tempore fiebant aborſum facere:ter quidem & quater contingit ex gerente vtero nõ in parua quantitate ſanguinem mitti,& illam nõ abortire,ſoletq; nonnunquàm conceptus detineri miſſo ſanguine:neq; verum eſt, vt alibi iam dixi, quòd ſemper antiqui faciebant ſanguinis miſsiones effatu digniſsimas,in aphoriſmo enim nil aliud voluit Hippoc.quam quòd venæ ſectio ſoleat aborſum facere,ſi eã intellexiſſet vt Fuchſius,q; ſemper aborſum facit,quia intellexit de ſanguinis miſſionibus effatu dignis, non addidiſſet & magis ſi fœtus ſit maior in ijs verbis indicat, quod ſanguinis miſsio nõ ſemper aborſum facit:id vero quod dicit & magis ſi fœtus ſit maiornõ ſolum debet intelligi de fœtus tẽpore maiori,ſed de maiori corpore & de animoſiori iuxta id quod dixit. 13.aphoriſmo primæ ſectionis, quod pueri qui ſunt viuidiores minus ieiunium ferunt.

Apho.33. Cum vero multa ſint loca,per quæ ſanguis poteſt euacuari,omnibus alijs aut maius aut minus ineſt detrimentum, ſola quæ fit per nares euacuatio innoxa eſt.

¶Sola eſt innoxia euacuatio quæ fit ex naribus,nam licet proſit quæ per ſedem fit,non eſt citra ali quod detrimentum,ſolet quidem ſanguis per ſanguifluas venas euacuari ſolitus tumorem in inteſtinis & alia ſolet gignere, quę ſolent eſſe in magnam eius cui hæc purgatio accidit offenſam.ſed quod etiam ſit noxia quæ fit per nares,videtur ſentire Galen.1. lib.de differen. morborum,ibi hãc rem excuſsimus.

Apho.

UVA. BHSC. IyR_342

Apho. 37. Alimentum atq; auctio à matre veniens, non est amplius animanti sufficiens, quando decem menses præterierint, & fœtus auctus fuerit, trahit enim à sanguine ad se id quod est dulcissimum, & etiam simul lactis parte aliqua fruitur.

¶Ex ijs quæ ex Hippocrate Gale. citat colligitur, vltra vndecim menses conceptum non posse cõtineri, licet Auicenna & vsq; ad decimumquartum mensem contineri posse docuerit, colligitur secundo, & aliqua parte lactis in vtero fœtum frui: aliqui non legunt quando decem menses præterierint, sed vbi nouem mensibus exactis fœtus grandior factus est, sic legit Laurtianus & Cenomanus, sed prima lectio magis arridet, quam ad verbum scripsit Hippoc. lib. de natura fœtus, cuius illum fuisse autorem hac parte dicit Gale. ijs etiam adstipulatur Aristo. qui. 7. lib. de natura animi cap. 4. ait: nonnullas vndecimum mensem attingere. nec me fugit apud Varronem legi, Gracchũ ideo nuncupatum, quòd eum mater mensibus duodecim gestasset. quia destinatum pariẽdi tempus esset supergressa. Cicero. 2. lib. de natura deorum plurimum partum ẹdi nono mense insinuauit, sed de ijs iam alibi.

Aph. 39. Non enim quia partis natura nouerit in quam rem animali vsui sit futurus, eiusmodi superans humor ipsius propterea generationem molitur, alioqui tali esset intellectu prædita, qualem in ijs arbitramur inesse oportere, qui ciuitatum tenent gubernacula, sed eã animantium opifex prouidentiam habet, & cogitationem.

¶Hac in parte à summa prouidentia fieri animal, & ab eodem regi & gubernari sensit Gal. ad multa enim quæ in animalibus fiunt non sat esse sentit facultates naturales, ad opificem animalis confugit, qui prouidentia & cogitatione omnia gubernat, hac quidem in re multum est laudandus, qui credidit prouidentiam summam inferiora hæc gubernare, quod multi philosophi noluerunt.

Apho. 42. Mulier si marem concepit bene colorata est, si fœminam male colorata est.

¶Contrarium visus est sentire Aphrodisæus sectione problema. 3. proble. 42. vbi ait mulieres grauius ferre mares quàm fœminas, quod si grauius ferunt, non æque salubriter se habent, sicut quando ferunt fœminas, minus vero salubriter se habentes non erunt coloratiores, sed forsan Alexander dixit mulieres grauius ferre mares, quia marium plurimę ac validæ sunt motiones, vt in hoc cõmento dicit Galenus.

43. Quæcunq; mediocriter corpora habentes abortiunt secundo aut tertio menſe sine causa manifesta, ijs acetabula vteri plena mucoris sunt.

¶Vide quòd dixit secundo aut tertio menſe, nam aliquę solent abortire medijs & vltimis mensibus, eo quòd tantus sanguis redundat, quòd strangulat fœtus in quibus ad præcauendum aborsum solemus sanguinem mittere.

Apho. 43. An vero vtero inflammationem patiente possit aliquando fœtus viuere, dignum est inquisitione.

¶Commento aphorismi quinquagesimi tertij huius sectionis sine vlteriori indagatione asserit, inflammato vtero aliquando fœtum non corrumpi.

48. Fœtus mares quidem in dextris fœminæ in sinistris magis.

¶Plurima ex parte esse hoc intelligendum Hippocra. indicauit dicens magis. porro fœminam dextra parte vteri visam contineri, dixit Aristo. 4. de generatione anim. cap. 1.

Apho. 57. Menstrua possunt fieri pauciora, vel quia venæ ferentes ad vterum menstruam purgationem comprimuntur, vel obstruun

tur

UVA. BHSC. IyR_342

tur ob craſsitiem ſanguinis, vel robur ipſorum qui in vtero ſunt vaſorum, affluentem ſanguinem non admittentium.

¶Pauci aduertunt animum huic vltimæ cauſæ menſium ſuppreſsionis, quam Galen. admouet, ſæpe tamen menſes ob robur vaſorum vteri ſupprimuntur: porro quando ob hanc cauſam menſes cohibentur, potius balneis emollientibus menſes promouentur quam potionibus quæ vim aperiendi habent.

50. Mulieri ſi vis menſtrua cohibere, cucurbitulam quàm maximam ad mammas appone.

¶Celſus. 4. lib. cap. 20. addit huic aphoriſmo & inguinibus ſic ait ſi purgatio nimia mulieri nocet, remedio ſunt cucurbitulæ cute inciſa inguinibus vel ſub mammis admotę. ſed videtur quòd cucurbitæ inguinibus admotę magis faciant ad promouendos menſes quàm ad illos ſiſtendos. Cæterum multa exiſtente plenitudine haud dubium, quòd cucurbitæ ibi affixæ ſanguinem promoueant, facta vero multa euacuatione deriuare poterunt ad modum quo deriuare ex locis muliebribus cucurbitas coxis admotas dixit Gale. 2. lib. ad Glauconem cap. 2. ſed fluentibus menſibus ſuſpecta videtur hæc deriuatio.

Apho. 60. Si mulieri vtero gerenti purgationes eant, impoſsibile eſt fœtum ſanum eſſe Hippocra.

¶Hunc aphoriſmum exponens Gal. dicit, verbum purgationes numero plurali dictum, & ipſi verbum eant adiunctum oſtendunt non eſſe paucum illum qui excernitur ſanguis, neq; ſemel, ſed ſæpius & multum: hæc ille. quod enim contingat menſes profluere fœtu incolumi dicit Hippoc. lib. de natura fœtus, qui ſic ait: menſes enim non prodeunt vbi mulier cõceperit intra ſeipſam, ſi puer ſanus, & permanere debet, niſi in quibuſdam primo menſe modicam ſui indicationẽ faciant, huic porro aphoriſmo adſtipulatur Ariſt. 7. de natura anim. cap. 2.

Apho. 62. Reliqua eſt vehemens caliditas vteri, quæ ea ratione qua vincit aromatum facultatem alterat, atq; corrumpit, ac propterea non permittit ipſam ſeruantem ſuæ naturæ ſynceritatem.

¶Mirum quod cenſeat Gale. quod tanta poſsit vteri caliditas, quæ facultatem aromatum vincere poſsit, quam non vincit mediocris ignis, quòd vteri caliditas vincat eſt mirandum.

Apho. 63. Raritas ſiquidem corporis in calidioribus atq; humidioribus prouenit temperaturis.

¶Non vult Gale. hac parte, quod raritas corporis præcipue comitetur temperaturam calidam & humidam, ſed quod in hac ſoleat prouenire, & ſatis eſt hoc ad probandum quod intendit, raritas quidem corporis magis comitatur temperaturam calidam & ſiccam quam calidam & humidam.

Apho. 64. Conuenit lac & in febribus longis, & paruis Hippo.

¶Si hoc aduertiſſent medici non interdicerent in omni febre putrida lac, attendentes quidem ſolum primæ parti aphoriſmi, quæ habet lac dare caput dolentibus malum, malum vero & febricitantibus, in omni febre putrida eſſe denegandum dicunt: in ijs porro deciſcunt ab Hippocratis cõſilio deciſcunt à veritate, quando experientia oſtendidit, nil eſſe vtilius in febribus longis & paruis, quàm lac aſininum. ego ſane multa febrientiũ vtilitate ſæpe id propinaui: ſed de ijs alias. Cæterum acute febricitãtibus lac nocere & Hippoc. indicat & Gale. declarat, quod videtur aduerſum ijs quæ dixit quarto libro de ratione victus, vbi lac aſinæ propinat febre ardente laborantibus, ibi nodum diluemus.

Apho. 71. A quartanis capti, non admodum conuulſionibus capiuntur, ſi vero prius capiantur, & quartana ſuperuenerit, liberantur.

¶Licet conuulſio ſit ab humoribus pituitoſis, quartana ſuperueniens opitulabitur, & caloris ratione & excretione quæ ſit vi rigoris, etenim paralypſim antiquam quartana ſuperueniente curatam vidi: verum quidem eſt illud Hippo. 6. lib. morborum popularium ſectio. 6. à quartana correptos à magno morbo non corripi, ſi vero corripiantur prius & ſuccedat quartana liberantur.

Apho.

UVA. BHSC. IyR_342

Apho. 74. Qui morbo regio laborant, non multũ ventoſi ſunt.

¶Ego non ſemel vidi Ictero laborantes hydropeſim flatuoſam incurrere, etenim ex ſcirrho hepatis fit Icterus, quo perſeuerante hydrops enaſcitur, vt quinto de locis patientibus Gale. dicit, quare non videtur eſſe rationi conſentaneum, quod in fine commen. dicit Gale. neq; admodum inuenire contingit Regio morbo laborantes habere partium ad ventrem attinentium imbecillitatem, forſan voluit Hippocra. quod Icterici non multum flatuoſæ materiæ per vniuerſum corpus aceruent, raro quidem Ictero laborantes hydrope anaſarco corripiuntur, nam ſi ſcirrhus eſt in hepate ob defectum alimenti membra incurrunt atrophiam, quod ob nomen ijs qui ex ſcirrho hepatis ſunt Icterici membra extenuantur, adde quod in his per vniuerſum corpus diffuſa bilis, ſi quid humidæ naturę per corpus diſſeminatur abſumit, turgido enim habitu eos eſſe qui cachexiã vel hidropem anaſarcum habent, autores dicunt.

Galeni Commentarius in ſextum librum Aphoriſmorum.

APho. 1. In diuturna lęuitate inteſtinorum, ſi ructus acidus fiat, qui prius non erat, ſignum bonum.

¶Hanc ſententiam ſcripſit Hippocra. 2. lib. de morbis popularibus, qua parte non ſolum tanquam ſignum, ſed tanquam cauſam quæ poteſt mederi lęuitati inteſtinorum ructum acidũ laudat. ſic enim ait, ructus acidus fiens, antea nunquam factus ſignum bonũ, velut demenetæ contingit, fortaſsis autem licet arte parare, nam turbationes huiuſmodi alterant, fortaſsis autem & ructus acidi inteſtinorum lęuitatem ſoluunt, hæc ille: vt enim ſternutatio ſoluit ſingultum, nimirum quia per ſternutationem cõcutiuntur humiditates ventriculi & concuſſę diffluntur, ſic per ructum acidum concuti poſſunt humiditates ventriculi, quæ lęuitatem inteſtinorum producebant, vnde extirpatur malum. ſed dices ſi ob hoc ructus acidus iuuat, pari ratione eſſet iuuaturus ructus fumoſus, iuuaret quidem omnis ructus ſed in lęuitate inteſtinorum quæ ex pituitoſo humore ventriculo agglutinato fit, non fiet ructus fumoſus, ob quod merito Hippocra. non quemlibet ructum ſed acidum poſuit.

Tale autem nomen hæc paſsio ſortita eſt exiſtimantibus illis, qui prius talem ei indiderunt appellationem fieri ipſam propter intrinſecæ ſuperficiei inteſtinorum lęuitatem.

¶Increpat Galen. eos qui hoc nomen huic affectioni dedere, Aetius porro illorum opinioni viſus eſt accedere cum dixit cap. de lienteria, lienteria quemadmodum ipſum nomen indicat leuor quiſpiam inteſtinorum eſt.

Apho. 2. In ſiccioribus ſecundum naturam temperaturis, nulla omnino ſuperfluitas manifeſta, neq; ſenſibilis per nares effluit, ex cerebro, humidiores vero naturis ſenſibiles ſunt ſuperfluitates.

¶Hæc dicit Galen. exponens aphoriſmum Hippocra. quibus narès natura humidiores minus integra ſanitate fruuntur, vult quidem Galen. quod natura humidiores minus ſalubriter quàm natura ſicci viuant. quod experientia oſtendit, dictum idem eſt ab Ariſt. 14. probl. ſectio. prob. 9.

Aph. 5. Si ergo in lateribus magnus fuerit dolor, primum hic eſſe non poteſt, quin patiatur membrana, quæ ſubcingens nominatur, ſecundo autem non eſt abſq; periculo, ſiquidem ſi ad clauiculam dolor pertingat, venæ ſectione eſt opus.

¶Ex cruditatibus & humoribus pituitoſis poſſe accidere vehementes dolores in lateribus ratio dictat, & oſtendit experimentum, nimirum poſſunt humores craſsi & pituitoſi diſtendere pleurã, vt dicit Aetius ſermone quarto ſecundę partis, cum vero ſic diſtenditur dolores excitantur, quæ imaginem

UVA. BHSC. IyR_342

imaginem veræ pleuritidis ſolent repreſentare, vt Aetius dicit: quare eſt conſideratione dignum, quod ſenſit hac parte Gale. quòd ſi in lateribus tuerit magnus dolor eſt pleuritis, non quidem magnus dolor ſufficit ad hoc dignoſcendum, ſed magnitudo doloris plurima ex parte ex inflammatione proficiſcitur.

Apho. 7. Dolores ventris ſublimes leuiores, qui vero non ſublimes fortiores.

¶Gale. dicit intelligendos eſſe ſublimes, non ſecundum longitudinem corporis, ſed profunditatẽ. Cæterum & in inteſtinis craſsis fieri dolores fortiores quam in inteſtinis ſublimibus ſcriptum eſt à Gal. 6. lib. de locis patientibus, ſed intellexit quando cauſa doloris eſt frigiditas, & craſſus humor, quod ſi ab inflammatione tenuium inteſtinorum maior non producitur dolor quàm ab humoribus gelidis in craſsis inteſtinis aceruatis, non eſt alienum, quod ſit ſententia aphoriſmi, ꝙ dolores ſublimium inteſtinorum ſunt leuiores, quam eorum qui non ſunt ſublimes, per ventrem quidẽ, læpe inteſtina tumuntur: neꝙ ijs obſtat ꝙ. 3. epide. parte. 2. com. 6. eſſe deteriores dixit dolores qui in tenuib⁹ inteſtinis cõſederut, qm̃ bene poteſt eſſe dolor periculoſior dolore qui eſt vehemẽtior.

Apho. 9. Lata exanthemata non valde pruriunt.

¶Ad exanthemata attinere affectiones quas variolas & morbillos vocant, colligitur ex ijs quæ dicit Celſus. 5. lib. cap. vltimo licet Valeriollę hoc non placeat, latius tamen eſt vocabulum exanthema, quam vt ſolum hos morbos complectatur, quantum vero deerrent qui putant ratione ſanguinis menſtrui variolas obrepere, ſatis late libro de arte curatiua diximus.

Apho. 12. Qui à diuturnis ſanatur hemorrhoidibus, ſi vna nõ ſeruatur periculum eſt aquam intercutem vel tabem aduenire.

¶Iam annotauimus libro de arte curatiua, quod Aetius ſugillauit Galen. dicens in hoc aphoriſmo nõ velle Hippocratem quod vna hæmorrhois ſeruetur, ſed quod bona victus ratione vtatur, qui ab hęmorroidibus ſanatur. Cæterum quod Aetius falſo Galenum repręhenderit ibi diximus. diuturnæ quidem hęmorrhoides nõ poſſunt eſſe ab alio humore quàm à melancholico: humor vero melancholicus qui multo tempore per ſanguifluas venas fluit, ſignificat quòd hepar ſua natura ſanguinem melancholicum gignit, cum vero difficile hæc intemperies iecoris poſsit mutari, ſemper generabit ſanguinem melancholicum, quare ſi prorſus obturatur via per quam purgari erat ſolitus, non poterit is qui hæmorrhoides habebat non lędi, in hoc vero ſenſu quem Galen. Hippocratem fuit interpretatus dicta eſt hæc ſententia ab autore quarti libri de ratione victus, porro cum Galeno ratio adſtipuletur, non deberet Cornarius commentario. 9. lib. medi. locali. Aetio potius quàm illi ſubſcribere, nõ tamẽ me præterit, quòd libro de hæmorrhoidibus qui nomine Hipp. attitulatur, ſcriptum eſſe, oẽs hęmorrhoides eſſe extirpãdas, forſan nõ intellexit autor de antiquis.

Ibi. Hæmorrhoides fieri impoſsible eſt, abſqꝫ hoc ꝙ propter multitudinem, & craſsitiem ſanguinis ora quarundam venarum aperiãtur, hepate ad ipſas reponente fœculentum ſanguinem.

¶Non omnes hæmorrhoides fiũt propter multitudinem & craſsitiem ſanguinis ſed diuturnę, nõnunquàm quidem fluit ſanguis per ſanguifluas venas & bilioſus & acer, qui ipſas venas reſerat, ſed hoc rarum eſt, nec diuturno tempore durat, vt igitur textus Galeni nil ſcrupuli habeat, diuturnas eſt addẽdum, vt litera habeat, diuturnas hęmorrhoides fieri impoſsible eſt abſqꝫ hoc quòd propter multitudinem & craſsitiem ſanguinis.

Apho. 22. Reliqui vero dolores locum mutantes ex defluente humore fiunt, aliquando ſolo, magna vero ex parte craſſum & flatuoſum ſpiritum cõiunctum habente, quem humorẽ excipere & vacuare oportet, ſecta in cubito vena quando huc apparet fluens.

¶Mirum ꝙ humorem craſſum & flatuoſum per venæ ſectionem euacuare inſſerit Gale. nam etſi ex vena defluat hic humor, conguentius videtur illũ medicamẽto purgatorio euacuare. Cęterũ ſolet flatuoſus humor ſic tendere venas, ꝙ periculum eſt, ne dirumpãtur, ad demendã hanc tenſionẽ

UVA. BHSC. IyR_342

vtilis eſt ſanguinis miſsio, euacuato quidem ſanguine, relaxantur venę quo nomine in ſanguinis expuitione, à membrorum frigiditate orta, ſanguinem miſit Galen. 5. metho. facit etiam venæ ſectio ad diuerſionem, in ijs omnibus conſiderandi ſunt ſcopi, ne deſit præcipue virium robur.

Apho. 18. Veſica deciſa, aut iecore, lethale eſt.

¶Audiui à viro generoſo, ſe vidiſſe ceruum in cuius hepate erat aculeus affixus & carni hepatis mire agglutinatus. Cæterum Ariſt. 3. lib. de natura animalium. cap. 15. dicit viſum eſſe aliquando veſicam inciſam ſolideſcere, nec intelligit de veſicæ collo, & eius dicta conſideranti perſpicuum erit.

Apho. 19. Cum diſciſſum fuerit os, aut cartilago, neq; augetur, neq; coaleſcit.

¶Hoc non in omni ętate eſt intellīgendum, vt. 5. lib. metho. & primo lib. de ſemine declarauimus. Gale. porro lib. 1. de ſemine vltra membra quæ hac parte numerat Hipp. numerat etiam venas, ſed 14. lib. metho. non negat, quòd venę regenerari poſsint, de qua re ibi.

Apho. 25. Eryſipelas ab exterioribus verti ad interiora, non eſt bonum, ab interioribus autem ad exteriora bonum.

¶Multis criſis modo ſemel vel bis ſingulis annis ſolet accidere eryſipelas aliquam externam partem præhendens, quibus (ſi non accidat) ſolent euenire bilioſæ febres, vel alij morbi à bile, in ijs præcepto Hippo. ędocti non debemus laborare medicamentis frigidis quæ malum ad interiora repellere poſsint eryſipelam curare, ſed potius ex internis ad exteriora malum trahere.

25. Si quis non ex cauſa manifeſta metuat, aut mœſtus ſit, atræ bilis ſunt ſympthomata.

¶Cum. 6. vulga. ſectione. 2. commen. 38. dicat, pituitæ ſerum facere timiditatem, melius eſt quòd legas, metuat & mœſtus ſit: nam metus ſine mœrore, non eſt neceſſario atræ bilis ſympthoma.

27. Quicunque ſuppurati, aut aquam intercutem patientes vruntur.

¶Quod ſuppuratis magis conueniat vſtio, quàm ſectio, & hydropicis potius ſectio quàm vſtio, colligitur ex ijs quæ dicit Hippocra. ſexto popula. parte ſeptima, eſt porro vtilius vrere ſiniſtram partem quàm dextram. vt tertio lib. de morbis dicit ille eadem parte popularium dicit, hydropicos citius ſecare oportet, & tabeſcentes ſtatim vrere, vbi videtur indicare, quòd non differamus ſectionem in hydropicis. forſan enim nunc tam ſiniſtre cedit, quia cum in vltimo diſcrimine adhibetur, imbecilliores ſunt ægrotantis vires, quàm vt illam ferre poſsint.

26. Quibus in febribus ardentibus tremores fiũt, delirio ſoluũtur.

¶Tremorem aduenire febri ardenti proprie dici, improprie autem ſoluere febrem ardentem dicit Galen. Cæterum per tremorem Hippocratem hic intellexiſſe rigorem vel horrorem putabit aliquis, nec nouum eſt ſic ſumi. Celſus quidem tertio libro horrorem dixit eſſe vbi totum corpus intremit. vbi membra quæ horrent intellexit intremere, noſtroq; ſermone, qui præ frigore rigent dicimus tremere, non mirum eſt igitur, quòd pro horrere tremere dixerit Hippocra. quo ſermone voluit, quòd ijs quibus fiunt horrorss in febribus ardentibus ſoluuntur febres, interueniente ſæpe cum hoc horrore aliquo delirio, ex agitatione humorum, quæ fit in criſi, ſæpe delirare cõtingit, hoc tamen delirium cum ipſo rigore finitur.

Eunuchi podagra non laborant.

¶Tempore Hippocr. in latio non ſolũ eunuchi nõ laborabant podagra, verũ qui nõ erãt exſecti vix hoc malo corripiebantur, vt colligitur ex ijs quę dicit Plin. 26. lib. cap. 10. qui ſic ait: podagræ morbus rarior ſolebat eſſe, nõ modo patrũ auorumq; memoria, verum etiam noſtra, peregrinus & ipſe, nam ſi Italiæ fuiſſet antiquitus, latinum nomen inueniſſet. Cæterum & præter rationem quam exhibet Galen. ob quam eunuchi podagra non laborant, eſt alia: habent quidem illi carnes molles ad ſuſcipiendum humorum redundantiam, carnibus vero humorũ redundantiã apte ſuſcipientibus, articuli à fluxionibus nõ ſic infeſtãtur, videmus quidẽ in eunuchis tm creſcere clunes, q ipſæ

velut

UVA, BHSC. IyR_342

velut carnes adenoſę videntur factæ ad ſuſcipiendum quicquid redundans ad crura poſſet fluere, caro etiam crurum eſt ſpõgioſa, quę humores qui inter articulos poſſent ſe inſinuare ſuſcipit: propter quod crura eunuchis inflantur vt. 4. ſectio. proble. probl. 3. dicit Ariſto. ſunt etiam ijs ventres ſolubiles, vt in eadem parte dicit quod etiam facit, vt illi minus tentẽtur podagra, ſi enim eo quod eunuchi non vtuntur venereis, podagra non laborarent, viri non execti qui venereis non vterentur, æque à podagra non inceſſerentur vt eunuchi, quod falſum eſſe experientia indicat: nonnunquàm vero putaui non eſſe legendum eunuchi podagra non laborant, ſed elephantiaſi laborantes, idq; eo quia dicit Aetius cap. de elephantia, non temere reperiri exlectum elephãtia laborare, aliquando putaui legendum eſſe eunuchi varices nõ habẽt, iuxta id quod dicit Ariſt. 10. ſect. prob. probl. 39. ſed eum omnia exemplaria habeant podagra, ſic eſſe legendum reor.

Ibi. Eunuchos ſectio teſticulorum ſimiles efficit fœminis, ſicut ergo in eis caluities non accidit, ſic neq; in eunuchis.

¶Non negat Hippo. lib. de morbis muliebribus, quod mulier fiat calua, ſed rarum eſt mulierẽ fieri caluam. Cæterum Hippo. lib. de natura pueri nõ dicit vt hic dicit Gale. q; eunuchi non fiunt calui propter tẽperaturæ humiditatem, ſed quia vehementẽ non faciant motũ, neq; pituita in coitu calfacta pilorum radices exurit: ſed ratio Gale. magis ſatisfacit, nam ex altera ratione ſequeretur, caluitiem mulieres inuaſuram, non ab re dubitat Gale. an dictus liber ſit Hippo. cæterum cum Hippo. dicat: rarum eſt mulierẽ fieri caluam, nõ debebat Leonicenus reprehendere Plin. eo q. 11. lib. cap. 37. dixerat, defluuium pilorum in muliere rarum, dicebat quidẽ Leonicenus, defluuium pilorum in muliere non viſum, ob quod dicit non eſſe ſcribendum rarum, ſed ſi crimen eſt ſcribere rarum, in idem crimen incidit Hippocrates.

Apho. 29. Mulier podagra non laborat, niſi menſtrua defecerint.

¶Quia caro mulieris eſt mollior carne viri, ob hoc ocyus & magis humiditatem ex vẽtre trahit, vt. 2. lib. de morbis dicit Hipp. ob hoc porro minus podagrę eſt obnoxia quàm vir, adeo quod & licet menſes illi defecerint, nõ tam frequenter podagra infeſtatur vt vir, facit illa carnis mollicies, vt humores potius ad carnem quam ad articulos fluant, ad modum quem de eunuchis diximus. Seneca porro. 15. lib. epiſt. epiſt. 96. non legit in aphoriſmo niſi menſtrua defecerint, ſed abſolute legit ex Hippoc. mulierem podagra non laborare.

Puer podagra non laborat, ante vſum venereorum.

¶Quia puer venereis non vtitur dicit Gal. ante vſum venereorum illum non tentari podagra, ſed credo etiam facere carnis molliciem vt in eunuchis & mulieribus: adde quòd in pueris ratione augmenti minus redundant excrementa, quę podagram pariunt.

Apho. 33. Ob hanc igitur cauſam, quibus pituita natura ſuperabundat, raro à morbo laterali corripiuntur, præſertim ſi ſalſedinem atque acrimoniam aliquam ſibi adiunxerit, tales enim inteſtinum mordens irritat ad deiectionem.

¶Qui hac ſalſa pituita abundant, acidum non eructant, atq; videtur quod hæc ſalſa pituita poſsit magis penetrare pleuram quàm alia, propter quod poſſet dolorem in pleuram frequentius quàm pituita quæ non fuerit ſalſa excitare, quòd ſi enim eo quod inteſtina illa mordet tutos faceret homines à pleuritide, nec tabem frequenter deberet producere. ſæpe tamen à pituita ſalſa fiunt deſtillationes tabem producentes.

34. Quis enim neſciat, caluitium eſſe paſsionem inſanabilem, ſed neque illud verum eſt, magnas varices caluis nunquàm aduenire, niſi forte vt nõnulli inquiunt, vocatum à medicis capillorum defluuium, caluitium nominet.

¶Si ex Hipp. eſt id qđ aph. 28. huius ſectio. diximus, quod pituita calfacta eſt cauſa veræ caluitiei iuſto noie qui habet magnas varices nõ calueſcit, pituita qdẽ ad pedes varicib⁹ affectos defluẽs nõ

UVA. BHSC. IyR_342

exuret radices pilorum, ꝙ si Hippo. fuit in hac sententia mirari non debuisset Gale. quòd ille hũc aphorismum prodiderit. Cæterum nec iuxta hippoc. videtur caluitium esse pasionem insanabilẽ, nec iuxta Aristo. pasio insanabilis est dicenda, tertio quidem de histo. anima. cap. 11. varices sanare caluitium dixit, qua parte dixit esse caluitium capitis lenitatem, hanc vero capitis lenitatẽ defluuium capillorum vocauit Plin. 11. lib. cap. 37. qui dicens defluuium capilorum in muliere rarum, in spadonibus non visum, Hippo. aphorismum interpretatum, ex ijs quę Hippocrates & Aristo. & Plinius dicunt clare colligitur, longe aliter sumpsisse hos caluitium, quàm Gale. neq; id discrimẽ, quod inter caluitium & defluuium capilorum hic posuit admisisse Plinium.

36. Inferioribus autem venis, quæ in poplite vel malleolo sunt secari iubet, si quis vero de ijs ipsum dixisse arbitretur, secare autem interiores, hoc dictum paruam vim habet, ab vna enim ambæ nascuntur.

¶De venis interioribus crurum intellexit Hippo. in apho. vt colligitur ex his quę dixit lib. de ossium natura, dicit quidem, in doloribus in dorso ac in coxendicibus oportet venæ sectiones facere, à poplitibus & à malleolis forinsecus, ad dolores lumborum ac testium à poplitibus ac malleolis intrelecus, huic sententiæ Hippo. non accesit Aetius, qui in coxendicum morbo, internam malleoli secare iussit. sententiam vero Hippo. expressit Arist. 3. de histo. cap. 3. vbi ait: doloribus coxarum de poplitibus malleolisue exteris, sanguinem mitti solitum est.

Apho. 39. Quando vero hoc solum studuerimus, & singultus sub stantiam cognoscamus, melius fortasse fuerit, non conuulsionẽ ipsum nominare, sed quẽdam motum eiusdem quidem generis quo vomitus, intensiorem tamen illo, & vehementiorem.

¶Si singultus est veluti quędam conuulsio, claret molestiorem esse hunc motum ventriculo, quã vomitum. non quidem tam graue est ventriculo quæ noxia sunt per vomitum propellere, quàm motu moueri conuulsiuo.

Aph. 42. Morbum regium hoc loco dicit qui fit ex hepatis inflãmatione, tunc enim durities ostendit vel tumorem prædurum, vel inflãmationem in hepate existere.

¶Inordinata est hęc ratio, quare melius quadrat, morbum regium hoc loco dicit, qui fit ex hepatis inflammatione vel scirrho.

Apho. 47. Quibuscunq; venæ sectio vel purgatio cum medicamento conuenit, hos vero purgare vel venam incidere oportet.

¶Exponit Gale. liquet de ijs qui adhuc sani sed ægri futuri sunt, nisi euacuentur nunc sermo habetur. Cæterum cum ab Hippo. 2. lib. apho. dictum sit, sana habentes corpora medicamentis purgatorijs vti esse difficile, non exquisite hos esse sanos intellige.

Ibi. Atq; podagram & morbum articularem adhuc incipientem, & nondum poros circa cutem facientem, ex tali euacuatione multis iã annis fieri prohibuimus.

¶Paulus de athritide loquens, solum dicit sanguinem esse mittendum in athritide in prima ægritudinis curatione: decretum tamen sectantes Gale. non solum in prima curatione, sed & multis curationibus sanguinis missio potest adhiberi.

Ibi. Cessat protinus melãcholia huic homini ex purgatiõe, ambo hęc optima eueniũt, ꝙ & superfluitates expellũtur, & ꝙ ex acritudine eorũ quæ excernũtur parumper aperitur os venæ quã vocãt hemorroida.

¶De melãcholia ꝓprie vocata pasione loquitur hac parte Gale. hęc vero nõ habet ꝓ causa atrũ & acrẽ humorẽ, quare mirũ ꝙ dicat, ꝙ humor qui excernebaꝫ suffieiens erat sua acritudine venas sedis aperire, forsan hic morbus licet melancholia à Gale. vocetur attinebat ad maniam.

Ibi.

UVA. BHSC. IyR_342

Ibi. Morbi itaq; huiusmodi atri humoris exigunt purgationem, comitialis autem & apoplexia & anhelatio pituitosi.

¶Argenterius insimulat Galenum, quòd inter morbos longos numerauerit hac parte apoplexiã. porro licet apoplexia sit peracutus morbus, merito hac parte à Gale. numeratur, nam sunt quidã huic morbo obnoxij qui vtentes præcautione hoc malum anteuertunt.

Apho. 57. Apoplexiæ autem fiunt maxime à quadragesimõ anno vsque ad sexagesimum.

¶Exponens Gale. hunc aphorismum dicit, quòd apoplexia quę ex atra fit bile, tempore quo describit Hippoc. magis accidit, subdit quòd si volumus simpliciter pronuntiare, plures senes laborant apoplexia: ego vero vt arte curatiua dixi, credo aphorismum Hippocra. esse simpliciter verũ, experiẽtia quidem ostendit, plures ex apoplexia obire in ætate quę est à quadragesimo anno vsq; ad sexagesimum, quam sexagesimo anno translato: causa quidem est, quia plurima ex parte hi qui ex apoplexia moriuntur, cerebrum à natura debile habent: cerebrum vero imbecille raro tantum potest reniti, quod ante sexagesimum annum malo cui est obnoxium non succumbat, quod si & vsq; ad sexagesimum annum reniti potuit, indicium est, quòd non est à natura imbecille.

Septimus Liber Aphorismorum.

APho. 5. Ab insania difficultas intestinorum vel mentis emotio bonum.

¶Non credit Galen. quòd mentis emotio sit bonum in insania: putabit tamen aliquis, hanc esse sententiam Hippoc. verisimam, quòd in insania quę plurima ex parte circa vnam rem versatur, quòd est bonum quòd ad alia mens alienata moueatur, exempli gratia, quis in insania putat de occidendo patre & ab hac opinione plurimos dies non diuertitur, est bonum quòd mens ab ijs deflectat, & insaniat circa alia, erga patrem furore dimisso: altas ęgisse radices causam quę in saniam parit indicatur, cum nulla fit emotio sed semper circa eandem rem suum furorem mõstrat ęger. in ipsaq; re circa quam insanire cœperat plurimum insanit, vituperat Hipp. quod paroxismi febrium eadem hora repetant. indicatur quidem causam non vinci à natura, ad eundem modum cum eodem modo progreditur insania, eius causam minus à natura vinci indicatur, quidam melancholicus ad me venit qui nũquàm putabat nisi de sacerdotio qđ habebat amittendo, putabat quidem præsulem ob delicta sacerdotio illum abdicaturum, diuertit ad alia & inde vidi semper illum melioresc ere.

Ibi. Vnde ratiocinando perpendimus, & ex vehementi motu causarum efficientium furorem solutionem fuisse subsecutam, quemadmodum in morbis acutis vehementissimi casus solent aliquando bonas operari crises.

¶Et in moribus longis id accidere solet, tritumq; est, multos quartana febre esse liberatos prauo aliquo regimine, quo malum fuit exacerbatum.

Aph. 10. Quando exitiales sunt ilei, & si vehementius distorqueãtur, stercus eis ascendit.

¶Solum in exitialibus voluulis stercus vomitur, quare errauit Philothæus qui in expositione huius aphorismi dixit, solum vomitum stercoris dici voluulum.

Apho. 11. Ad inflammationem quidem pulmonis morbus lateralis non admodum consequi solet, quoniam si mitis fuerit inflammatio, omnis humor noxius per sputum expurgatur, in perniciosis vero, antequam costæ patiantur strangulat ægrum.

UVA. BHSC. IyR_342

¶Putant multi.6.de morbis vulg.parte ſexta com.8.voluiſſe Gale.morbum naturalem curare pulmonariam,ſecũdum vero hæc quę hac parte dicit,non videtur pleuritidem prodeſſe pulmonarię. nam ſi pulmonaria fuerit mitis eam nõ conſequitur pleuritis,pulmonariã vero pernicioſam pleuritis non poterit curare,neq; q eam curet Gale.vult: imo dicens in pernicioſis pulmonarijs antequam coſtę patiantur ſtrangulat ægrum, inſinuat in malis rem eſſe, quando ex pulmonis affectu coſtę patiuntur,vel compatiuntur.Cæterum nec videtur quod eo quod coſtę patiantur pulmonaria miteſcat,nam auctum malum & pulmones & pleuram poteſt prehendere, quod ſi phlegmone pectoris iuuat,eſt quod in externa parte pectoris apparet,eſt quidem ſignum bonum,quatenus ſignificat quod malum de internis ad externa deriuatur,iuxta illud quod dixit Hipp. Eryſipelam ex terius conuerti bonum,&.7.lib.apho. ab angina habito tumor & rubor in pectore ſuperueniens bonũ,extra enim vertitur morbus.Cęterum lib.de coacis prenotionibus ſecuriores eſſe peripneumonias ex pleuritide tranſmutatas ijs quæ ab initio fuit eſt ſcriptum quod tota diametro pugnat ijs quæ communiter docentur & nos refutauimus.

Apho.37. Quicunq; euomunt ſanguinem ſi ſine febre quidem ſalutare ſi vero cum febre malum.

¶Videtur quòd ratione criſis poſsit ſanguis in febribus euomi,citra periculum: maxime q vt dicit Aetius ſermone.1. ſecundę partis.cap. 47. in plurimis contingit ex circuitibus quibuſdam ſanguis vomi,& non ſolum nil moleſti infert,ſed etiam tolerantiores ſeipſis fiunt.vbi his per vomitũ fuerit reiectus.qui ergo ex circuitibus ſanguinem euomunt,ſi febre capiũtur ex huius ſanguinis cohibitione,claret q ſuccedens ſanguinis vomitio poterit eſſe vtilitati.propter hoc credo,q Hipp. voluit,q qui ſanguinem euomunt non ſuccedente febre eſſe bonum,ſi vero cum febre ideſt ſuccedente vel creſcente febre ad ſanguinis vomitum eſſe malum. cum enim febris ſuccedit vel augetur ad vomitum ſanguinis,indicatur inflammationem eſſe in loco vbi emittitur ſanguis.

Ibi. Atqui ſalubrem eſſe hanc paſsionem, ideſt ſanguinis ex pulmone reiectationem curari poſſe,quãdo ęgri non febricitauerint haud quaq; eſt verum.

¶Non intelligas,q velit Gale.quòd non poſsit hæc paſsio curari,ſed quòd non ſit facilis curatio nis.quidam enim qui aphoriſmum interpretabantur:affectum curatu facilem ſanguinis reiectationem quando eſt ſine febre credebant,quos hac parte notat Gale.

Deſtillationes in ventrem ſuperiorẽ ſuppurãtur intra viginti dies.

¶Non intelligit hic de ſuppuratione proprie dicta,quæ eſt mutatio inflãmationis ad pus,ſed pro humore qui concoctus ſimilis eſt puri.quod Gale.explicat hac ſectio.apho.30.

Apho.27. Mulieri vtero gerenti,ſi tentio ſuperuenerit facit abortum ex Hippocrate.

¶Balanos magis poſſe tentionem facere quàm clyſteres ſcribunt aliqui, ob quod dicunt tutius eſſe vtero gerentibus infundere clyſteres quàm admouere balanos, ſed cum clyſteres vltra irritationem quam faciunt faciant in vtero commotionem,magis vtero gerentibus eſſe interdicendos,quã balanos iudico.

Apho.30. Quibus in alui profluuijs ſpumoſa excrementa, ijs à capite pituita defluit.

¶Cum raro videamus excrementa quæ ex cerebrõ per nares effluunt eſſe ſpumoſa, male poſſumus conijcere excrementum quod à capite inferius delabitur eſſe ſpumoſum,neq; eo quod ſit ſpumoſum eſſe ex capite.

Ibi. Sane & qui morbo laterali laborant,aliquando ſpumoſum expuunt ſed raro,hi vero etiam rarius qui inflammationem pulmonis patiuntur,calore ſcilicet vt mihi videtur intemperato atq; igneo in patientibus partibus aggregato.

¶Contrarium videtur docere.2.lib.de locis patien.vbi ait:quippe iam oſtendimus,omnem inflammatio-

UVA. BHSC. IyR_342

mationem ex affluente fieri ſanguine, quapropter ſi bilioſus fuerit ſanguis flauum aut pallidū erit ſputum, ſi pituitoſus ſpumans & candidum. parum infra in morbo laterali ſæpenumero magis bilioſum, in peripneumonia magis pituitoſum ſequi conſueuit. Cæterum ſi in peripneumonia ſputū magis pituitoſum ſequi conſueuit, & ſputum ex inflammatione pituitoſa eſt ſpumans, & candidū, videtur frequentius ſpumans ſputum apparere in peripneumonia, quam in morbo laterali, vt hęc difficultas diluatur eſt notandum, quod licet materia ſpumæ ſit pituita, efficiens cauſa in corpore humano plurima ex parte eſt vehemens calor, vt dicit Gale. 2. lib. prognoſ. commen. 46. quia vero magis feruere ſolet inflammatio pleurę quàm inflammatio pulmonis, ob id rarius eſt excreari ſpumoſum in peripneumonia quam in pleuritide, fit vero tam in pleuritide quam in peripneumonia ſpuma calore ſcilicet vt hac parte dicit Galen. intemperato atq; igneo in patientibus partibus aggregato. Cæterum ſi quę ex pectore excreantur raro ſunt ſpumoſa, non eſt cur ea quę ex capite ad pulmonem defluerent, & ad ventrem deſcenderent eſſent ſpumoſa.

Apho. 42. Si febris non ex bile habeat, multa aqua calida capiti ſuper infuſa ſolutio fit febris, ex Hippocrate.

¶Hunc aphoriſmum exponens Gale. dicit, ex hoc ſermone manifeſte declarat, non omnes febres ex bile fieri, non vero dicit hoc citra cauſam, quia lib. de natura hominis ſcriptum eſt, fere omnes febres à bile proficiſci. febris quidem continentis & tertianę & quotidianę & quartanę bilem eſſe cauſam ibi eſt exaratum, cæterum licet reuera omnes febres à bile non proficiſcantur, tamē omnis calor febrilis quatenus vrens & exicans eſt naturam bilis imitatur.

40. Si lingua repente incontinens fiat aut aliqua pars corporis ſtupore elanguit tale eſt melancholicum.

¶Nou ab re putabit aliquis, Hippoc. hoc apho. voluiſſe, quòd ſi in febribus lingua repente vacillet, vel aliqua pars corporis ſyderetur, q̄ ſignificat mentis emotionem, iuxta id quod dixit libro prædictionum: linguę tremulę ſignum ſunt mentis non firmæ: in quibus melancholico modo mente motis tremores accedunt malignum hoc eſt. Cæterum licet lingua non fiat repente tremula, ſolet indicare mentis alienationem: ſed quando repente fit tremula mentis alienationis eſt certius ſignum: nam contingit in febribus linguam tremere ob multam ariditatem, tunc vero non repente fit tremula nec hæc linguę titubatio eſt nota mentis alienationis. cum vero repente fit tremula vel incontinens, indicatur leſionem eſſe in cerebro. ſi etiam in febribus aliqua pars corporis repente ſyderatur, noxam in principe animalium actionum parte eſſe inſinuatur. nec mirum q̄ putet aliquis, ſic aphoriſmum eſſe legendum: ſi lingua repente incontinens fiat, aut aliqua pars corporis ſtupore elanguit, aut tale eſt melancholicum vt ſit ſenſus, q̄ lingua repente fit incontinens, aut propter reſolutionem vel ſyderationem vel aliquam huiuſmodi noxam quæ aliquam partem prehendit, vel id accidit ob mentis emotionem. Cæterum quia linguę incontinentia melancholicis eſt magis familiaris quàm alijs temperaturis, vt colligitur ex ijs quæ dicit Ariſt. ſectio. 11. proble. prob. 38. ob hoc mentis emotio quæ facit linguam hæſitare & titubare poteſt dici melancholia.

Apho. 42. Atq; in ipſis febrium ſcripſere differentias hepialon & lipyriam.

¶Lib. 5. apho. apho. 66. diluimus contradictionem, quę multos torquēt, quomodo Gal. hac parte dicit, quòd antiqui lipyriam faciebant vnam febris differentiam, & commento aphoriſmi citati dicit febres quæ fiunt ab inflammatione nomine febris non vocaſſe antiquos.

Ibi. Non tamen vbi inflammatio aliqua, aut abſq; inflammatione humoris putredo igneum calorem accenderit, balneæ vtiles ſunt, antequam noxij humores euacuentur.

¶In ardentibus febribus, & ante euacuationem noxiorum humorum poſſunt adhiberi balnea, vt colligitur ex ijs quę. 9. metho. dicit Gale.

Ibi. Hepaticam autem febrem vel lienoſam aut pulmonariam nemo dixit.

¶Contrarium videtur hoc ijs quæ dicit. 6. lib. vulg. parte prima commen. 28. vbi ait nonnulli eā

UVA. BHSC. IyR_342

veteres medici febrem quandam phreniticam appellauerunt, quemadmodum ſane & lethargicã & pleuriticam, & peripneumonicam, dilues ſic contradictionem, quod Gale. dicens commento citati aphoriſmi, quod nemo dixit febrem lienoſam aut pulmonariam, intelligit quod nemo voluit quod lienoſa & pulmonaria eſſet differentia febris ſumpta differẽtia à calore, parte vero de vulg. citata, dicens quod aliqui vocabant febrem hepaticam & peripneumonicam, non vult iuxta hos quòd nomina vel differentiæ à natura caloris ſumerentur, ſed quod ſumendo ſpecies febrium ab alia differentia quam a calore, vocabant febres pleuriticas & peripneumonicas, hæc vero differentia febris ſumitur à parte principalius affecta, hanc porro eſſe ſententiam Galen. intelliget plane, qui partem citatam de vulgaribus exacte perpenderit, quam quia Lacuna non recte aduertit, dixit eſſe in dictis Galeni manifeſtam contradictionem.

Apho. 43. Mulier ambidextra non fit.

¶Natura non eſſe mulierem ambidextram dicit Hippoc. fieri vero arte dicit Plato lib. de republica, vbi monet quòd mulieres ad rem bellicam inſtruantur. ſed ſat eſt mulieribus ſi œconomicam recte curent, aſsidua quidem exercitatio poſſet illas reddere infœcundas, abſumendo quidem ſanguinem qui ad vterum cõfluens eſt generationis materia, præſtat illis bellicoſos parere viros, quã viris velle dominari. Cæterum Ariſt. 2. lib. de parti. anim. cap. 1. dixit ſolum hominem inter omnes animantes naſci ambidextrum. dubium an hoc potuerit illi eſſe exploratum, nam ſi eo quòd non vidit brutas animantes ambidextras hoc dixit, & rariſsime vidit homines ambidextros.

Apho. Amazonides quidem ipſę inquit mãmam dextram exurere, vt plurimo alimento ad manum vicinam proueniente, maior ei vigor adſit.

¶Strabo lib. 11. geographiæ fabuloſum eſſe credit hoc quod de amazonis Gale. dicit, fabulari etiã dicit Gale. 3. de articulis eos qui dicunt amazonas maſculam ſuam prolem ſtatim ab infantia exarticulare conſueuiſſe, partim ad genua, partim ad coxas, vt claudi videlicet efficerentur.

Apho. 50. Quibus cerebrum ſphacelatum eſt in tribus diebus pereunt ſi vero hos euaſerint, ſani fiunt.

¶Ex hoc apho. arbitror Arabes ſumpſiſſe, non humare eos quos corripuit apoplexia, licet mortis notas præferant quouſq; triduum ab hora qua corripuit apoplexia, tranſeat.

Apho. 51. Tuſsis caſus quidem naturalis eſt, ad expurgãdas eas quæ ſunt in pulmone aſperas arterias.

¶Vt dixit lib. 2. de ſymp. cauſis, per tuſsim non ſolum expurgantur aſperę arteriæ, ſed etiam quæ ſunt in pectore, atq; 2. lib. de ſimp. medica. facult. tuſsim à natura inditam eſſe dicit, vt quæ in gutture moleſta ſunt propellantur.

Apho. 56. Aptiſsimum hepar eſt veſicas quaſdam aqua plenas in ea quæ ipſum ambit exterius membrana generare, videtur itaque & iugulatis animalibus hepar ijs aliquando plenum.

¶Gal. 4. lib. de præſagatione ex pulſibus cap. de pulſu qui accidit hepate affecto dixit ędemate pituitoſo hepar non affici, cæterum ſi in hepate generantur veſicæ videtur ędemate affici quando hæ veſicæ tumores ſunt ędemoſi ſed Galen. in hoc aphoriſmo non dicit quòd hæ veſicæ generentur in hepate, ſed in mẽbrana hepar ambiente, iam vero quod in hepate gignantur dictis non contradicit quando hæ veſicę ad tumores aquoſos attinent non tamen humor aquoſus ſi rigide vocabulum ſumas eſt dicendus pituitoſus, quę ſi aduertis non miraberis, quod citato libro de pulſibus capite de pulſu qui fit affectis meningibus dicat Gale. quòd ędemate poſsit affici hepar, afficitur quidem membrana hepatis veſicis illis: quibus ſi ſubſtantia hepatis poteſt affici, dictis non contradicit, quia hę ſunt proprie ędemata aquoſa, & non pituitoſa. quę ſi conſideraſſet Lacuna, in dictis Galeni non reperiſſet contradictionem.

69. In febribus non intermittentibus, ſi exteriora frigent, interiora vruntur, & febris habeat lethale.

¶Dictum

UVA. BHSC. IyR_342

¶Dictum esse imprudenter hunc aphorismum dicit Galenus, cum si in febribus hoc accidit, febris debet habere, sed qui aphorismum scripsit, febrem habere forsan intellexit, cum est in vigore, nã & in principio accessionum in febribus assiduis, extrema refrigerari dixit Hippocra., & concessit Gale. 1. lib. de ratione victus in morbis acutis commen. 26.

Liber Primus de Simplicium medicamentorum facultatibus.

1. MEdicamentum omne id dicimus, quod naturam nostram alterare potest.

¶Medicamentum presso significato solum significat id quo homines curantur, fuse vero sumptũ & venena etiam complectitur, quomodo hac parte sumit Gal.

Quòd extima cutis superficies calosa sit dura q̃ & frigida, nemo non ambigit.

¶Cutis hominis tẽperati tẽperata est, respectu vero calidi innati sanguinis scilicet frigida est, hoc confirmat id quod lib. 1. de tẽperamentis diximus, quod scilicet nunc fit comparatio ad cutim hominis temperati, nunc ad sanguinem, vel si mauis ad calidum natiuum.

12. Demonstratum est, cutem omnem in primo statim ortu sibi esse continuam, ac tẽporis spatio perforari, ac plurima nanciscì spiramẽta.

¶Plurima nanciscitur spiramẽta cutis, sed nõ est credendũ, sic continuã fuisse creatam, q̃ prorsus spiramentis caruisset, infantes quidem multis capillis nascuntur, quod indicium est fuisse iam cutim perforatam video quòd de tempore quo fuit cutis creata intelligat Galen. sed & in hoc tempore non omnino spiramentis debuit carere.

12. Nec te ergo magna teneat admiratio, q̃ calami aridi pilíq̃ tamet si accendi promptissimi sunt, nõ tamen nos contactu calfaciant, quippe qui plane à nostro calore mutari nequeant, vt sic recalfaciant, quod videlicet pollinis ritu comminui non valeant.

¶Cõtactu dicit pilos & calamos aridos nos nõ excalfacere, quòd à calore nostro comminui pollinis ritu non valent, non sunt hæc intelligẽda vt aliquos perperã intellixisse vidi, quòd calamus aridus & pilus non possunt pollinis ritu comminui, sed q̃ extra admota contangendo nos scilicet etiam si sint accendi promptissimi, non tamen nos excalfaciunt quia à nostro calore pili nec calamus aridus comminuũtur, sed in Gale. quis dicet, nec si comminuerentur sequitur nos excalfacere posse, cũ vltra hoc exigitur, quòd in illis exuperet calidum, frigidum, vt ex libro de elementis secũdum Hippocratem citatum est, nam caries lignorum quantumuis sit in pollinẽ redacta, nõ sic excalfacit vt calamus indicus, nec quamtumuis hic comminuatur calfacit vt piper, nõ ab re igitur dices vltra hanc comminutionem, & vltra calorem quem medicamẽtum suscipit ab hominis calore, ex natura elemẽtorum quæ est cuilibet medicamẽto euenire, vt vnum magis quàm aliud calfaciat, sequenti enim cap. dicit Gale. quòd aliqua licet substantia sint minus calida promptius inflammantur quàm raram substantiam habentia, vbi indicat esse in quolibet medicamento substantiam, qua posit dici calidum vel frigidum.

17. Nam si alterum sit tenuius, puta exempli causa vinum, alterum crassius vt oleũ, non est necesse, aut citius, aut magis concrescere quod est frigidius.

¶In hoc cap. nõ videtur abnuere Gale. quòd oleũ possit congelari, quod etiam in problematibus assertum fuit Alexandro Aphrodiseo: at Arist. lib. 2. de genera. ani. cap. 2. dicit oleum nõ congelascere: calor enim dicit facere vt non congeletur, aer quidem calidus incongelabilis est: Gale. porro aerem frigidum esse sensit, quem & congelari posse sequenti capite non negauit, qua parte insinuat aerem crassiorem citius gelari tenuiori, Theophrastus vero quinto de causis plãtarũ cap. 20. in dubium

UVA. BHSC. IyR_342

bium reuocat, an gelatio aeris crassitudine an tenuitate acidat, nõ tamẽ est abnuendũ, q̃ si q̃ualẽ frigiditatis gradũ obtinẽt aer crassus & tenuis q̃ citius gelabitur aer crassus (modo aer gelari possit) quæ de aere qui in mõtibus est dicit Theophrastus & de aere qui est cælo sereno qui frequentius aere crasso & eo qui in vallibus & cælo minus sereno est gelatur nil probant, cum plurima ex parte aer in sublimi loco sit frigidior aere, qui est in locis submissis, aerq̃ cælo sereno solet esse frigidior quàm cælo minus sereno, quia serenitas fit maxima ex parte flante borea vẽto frigidissimo, & aer fit crassus flante austro vento calido.

28. Quemadmodũ cũ quidam nuper mirificus multasq̃ podagrici medicamenti laudes iactasset, atq̃ eo etiam nunc loquẽte forte fortuna aduenisset podagricus, nosq̃ iussissemus in illo primum præberet experimentum, ille acquiescens pedi pharmacum apposuit.

¶Minime hac in parte est Galen. imitandus, qui idiotę iussit pharmacũ podagrico apponere, vnde euenit quod qui ante incedere poterat, nec gestari admoto medicamento posset: experimentum quidem est periculosum, ob subiecti scilicet nobilitatẽ, vt Hippo. & ipse Gale. in apho. docuerunt: quare nõ eo q̃ ille impositor suum medicamentum laudasset, in homine quanuis infimę notæ rem periculosam experiri Galen. consentire debuisset.

30. Apparet enim à vino homini semper sitim increscere, ab aceto vero epoto interim quidem augeri, interim vero sedari.

¶Non omnia vina sitim augent, sed quæ sunt generosa ab aquosis quidem sitis nõ augetur, & sitis quę fit inopia humidæ substantiæ & à vinis generosis profligabitur.

31. Quapropter neq̃ à sicca dispositione prouenientem sitim neq̃ à calida & sicca, vnquàm sanare queat epotũ acetũ, at si quando coeãt humiditas & caliditas, eiusce quidẽ sitis optima medela acetũ est, rara sane huiusmodi affectio est, in aquæ inter cutẽ affusionibus nonnunquàm proueniens, congesta scilicet in ventre salsi humoris copia, tum etiam si quibus pituita salsa ventri illita inhæserit.

¶Exẽpla quæ ponit Gale. sunt de ijs in quibus sitis oboritur, coeunte caliditate & humiditate, quæ sane videntur potius esse de siti à siccitate & frigiditate eueniente, nã humor salsus & pituita salsa quæ in ventre detinentur nõ sunt calida & humida, nec videtur in aquæ intercutem à fusionibus calidã esse affectionem, respõdemus in ijs intercutẽ à fusionibus, licet humor salsus sit vel pituita salsa, totum corpus humiditate madere, illumq̃ salsum humorem (licet partes siccas habeat) plurima ex parte humidũ esse, febrire vero plurima ex parte qui aquę intercutẽ à fusionibus laborãt Aetius dixit, sed certe ijs melius succurrere vinũ quàm acetũ credo, nam imbecillum vẽtriculum hi habent, qui ab epoto aceto grauiter læderentur. Cæterũ quòd hoc capite & alijs huius libri dicit Gal. q̃ acetũ est frigidi tẽperamẽti. est cõtra id quod. 33. prob. prob. 17. Arist. docet de qua re infra.

Qui vero tẽperaturam sortiti sunt melancholicã, acetũ aduersissimũ.

¶Melancholia laborãtibus dedit acetũ Paul. & Aetius. sed Aristolochia castigatũ, quod multis de causis melãcholia flatulẽta laborãtibus potest subuenire, vt diximus libro de arte curatiua.

33. Neq̃ malorum punicorum putamina, neq̃ alumen vlcera glutinare possunt.

¶Licet sua natura hæc vlcera non glutinent, absumendo tamen retrimentitiam humiditatem, quæ vlceris glutinationem prohibet poterunt glutinare.

Vinum q̃ tum amyneum, tum marsum euidenter nos astringunt.

¶Vinum marsum cum inueterauerit sensilem astringendi vim non exhibere dixit. 12. metho.

38. At à Theophrasto additus est vnctuosus pinguis.

¶De differentijs saporũ loquitur. pinguem vero saporẽ aliquando prętermissum à Plato. dicit, nõ mirum vero cũ sub dulci sapore illũ cõplecti debuit, vt Arist. lib. 2. de anima. cap. 10. fuit cõplexus.

Secun-

UVA. BHSC. IyR_342

Secundus liber de Simplicium medicamentorum facultatibus.

1. NAm ſenſum & animantibus rationis expertibus ineſſe rationem ſolam hominibus eſſe cum dijs communem.

¶Fuerunt qui & brutis animantibus rationem dederunt, huius opinionis fuit qui orationem ſuaſoriam ad artes Gale. adſcriptam edidit, hic quidem ait ob eã igitur rem quanquàm rationis particeps ſit reliquum animantium genus, homo tamen cum longe cæteris ſit ratione præſtantior: hæc ille, qui multum eſt deceptus: nam licet multa faciant brutę animantes quæ magnam ſagacitatem & ſolertiam prę ſeferunt, ſenſui ſolum vel naturali inſtinctui illa ſunt tribuenda, de hac re fecit librum Plutarchus cuius titulus eſt an brutę animantes vtantur ratione, qui lib. 5. de placitis philoſophorum dicit Anaxagoram docuiſſe animalia omnia rationem habere duntaxat actiuam, dicitq; voluiſſe Pythagoram & Platonem: rationis participes eſſe animas brutorum, quas dicit rationabiliter non agere cum propter diſtemperantiam corporum, tum quòd differendi facultate careant. vt in ſimijs cernere eſt, hæc dicit, ex Pythagora & Plato. ex ſcriptis vero Platonis non id colligitur, ſi enim dixit prauorum hominum animas brutorum induere mores. non ob hoc ſignificauit illorum ad hæc eſſe metamorphoſim, nec eam conuenientiam eſſe inter hominum animas & animas brutorum. ſed inſinuauit tantam eſſe criminum vim, quòd homines quodammodo bruteſcere faciunt. ad quem modum puto locutum fuiſſe Pythagoram & etiam Homerum fabula de circe. quibus conſonat illud pſalmographi. homo cum in honore eſſet non intellexit, cæterum & extra omnem philoſophiam eſt quòd bruta non haberent animas iuxta eorum temperamentum: itaq; dicere quòd habeant animas rationales & non ratione vtentes propter diſtemperantiam corporum eſt abſurdum. fruſtra eſt tibia vbi non eſt futura muſica vt dixit Ariſto. & inepte eſt dictum animas non agere propter diſtemperantiam & quòd differendi facultate careant.

3. Neq; em̃ quicquid bene redolet calidũ eſt, quod quidã dictant.

¶Hanc partem expoſuimus libro de attenuante victus ratione.

Quin & hominem non abſolute calidum vt ignem, ſed exuperantia calidum diximus.

¶Poſſumus intelligere id de homine calido, qui abſolute non eſt calidus vt ignis, ſed exuperantia, ſed melius quadrat quòd abſolute de homine intelligatur, qui ſi eſt tẽperatus habet cutem omniũ extremorum vere mediam, ſed ſuperat in eo calidum frigidum ratione ſcilicet natiui caloris ſiue mauis ſanguinis, ad quem modum omnia animalia ſanguine prædita ad calidum & humidum quodammodo declinant.

8. Phyſica problemata in hunc modum componens, quam ob cauſam carnes piſceſq; aſſantes coci oleo prius illinant, quid ſit quod athletas oleo fricent gymnaſtæ.

¶Nunc non eſt in vſu carnem quæ aſſatur, oleo illinire, cæterũ non ſolum athletas, ſed extra gymnaſia illitiones ex oleo aliqui laudarunt, adeo quòd crediderit Democritus, vngendo externa oleo & interna melle diuturnam vitam produxiſſe: porro homini ſeni illitionem ex oleo & mulſum bibirum prodeſſe ratio dictat, ſed in adoleſcente & iuuene non ſic iuuaret, nam adoleſcens ſatis humida membra habet: iuuenis biliosus præſertim æſtate ab oleo accendi poteſt, vt ex ijs quæ hoc libro cap. 20. dicit Gale. colligitur.

16. Natura hominibus ſalutis gratia ingenitas indidit paſsiões, ad eundem modum & ſternutationem & tuſsim, ſternutationem quidem vti ea quæ in naribus infeſta moleſtaq; ſunt propellerent, tuſsim vero vt quæ in gutture.

¶Lib.

UVA. BHSC. IyR_342

¶Lib.7.apho. apho.51. dixit tuſsim eſſe ad expurgandas quæ in pulmone ſunt aſperas arterias.2. lib.de ſympth.cauſis non ſolum ad expurgandum pulmonem, ſed etiam ad expurgandum pectus dixit tuſsim inditam, cum igitur hac parte legis ad expurgandum guttur, non hoc ſolum ſed aſperas arterias, pulmoneſq; & pectus etiam intellige.

19. Cum aer omnis ſit natura calidus, vti generatio quoq; eius indicio eſt, nimirum cum extenuata ſolutaq; calore aqua aer efficiatur.

¶Narrat in hac parte Galen. ſententiam eorum, qui oleum eſſe calidum, eo quòd ſit aereum pronuntiabant, non ſuam exprimit. Cæterum neq; horum ratio firma eſt, non eo quidem quòd aer gignatur ex aqua vi caloris, ſequitur eſſe calidum, ſolũ ſequitur quòd ſit minus frigidus quam aqua, ſi enim illa ratio valeret, omnes venti calidi natura deberent eſſe, alteri vero rationi quam pronunt quòd facile aer in ignem vertitur Gale. ſatisfacit, quòd id ſit non quia eſt calidus ſed quia eſt tenuis ſubſtantiæ.

19. Sunt qui animantia quoq; in medium afferant, vt quæ natura frigidiora ſunt, pinguiora omnia reperiantur, vt vrſi, oues ſues.

¶Non ex ſua ſententia dicit Gale. quòd hęc animantia ſint frigida vrſum quidem in numero calidorum animalium numerat libro de atra bile, quod ex eius audacia, & robore colligitur, ſues etiã humidi ſunt, non tamen eſt cur frigidioris temperamenti illos eſſe opinemur, calidi temperamenti eſſe citato libro Gale. inſinuat.

22. Sed calidum actu eſt, quod ſimpliciter eſt calidum, vt ignis, & quod per exuperantiam vt animal.

¶Videtur hac parte Gal. indicare omne animal per exuperantiam calidi eſſe temperamenti, quòd primo libro de temperament. non conceſsit, dices quòd quia plurima ex parte in animalibus frigidum exuperatur à calido, ideo hoc exemplum aſſumpſiſſe: omnia enim animalia ſanguine prædita calida eſſe libro de temperamentis declarauimus.

Tertius Liber de Simplicium medicamentorum facultatibus.

4. DVm panis in ventre veniſq; concoquitur, in ſanguinem pituitamq; abit, atq; inde exiſtis in os.

¶Videtur in hac parte inſinuare, pituitam in ventriculo generari vt ad coctionem ventris referatur pituita, & ad coctionem venarum ſanguis, non fecit mentionem vtriuſq; bilis, quia ſub ſanguine complectitur.

6. Atqui animal eſt ſalamandra, quod nutritur & creſcit quæ ſane calida in miſtura vincente prouenire aſſerunt.

¶Frigidam eſſe ſalamandriam dicit Gale. at dioſc. 2. lib. cap. 54. calidam eſſe inſinuat, vim quidem dicit habere calfacientem, & erodentem, non mirum vero, quòd in ea prævaleat frigidum elementum, & habeat virus quo erodere poſsit, vt de cantaridibus infra dicemus.

§. Nec mirum videri debet, ſi putealium aquarum pleręq; quæ videre licet fontes profundos admodum habeant, contactæ hyeme videantur tepidæ.

¶Hoc cap. inſinuat Gale. re vera non eſſe tepidiorem aquam in puteis hyeme quàm æſtate, ſed. 6. lib. de morbis vulga. comment. 4. com. textus in æno legumina. dicit fontes calidiores eſſe hyeme calore in penitiora ſe recondente, qua ratione & puteales aquas eſſe tunc tepidiores aſſerere poſſumus, quod etiam aſſeruit Seneca. 6. natur. quęſt. cap. 12. & Marcus Cicerò. 2. lib. de natura deorũ, ſic ait, atq; etiam ex puteis iugibus aquam trahi, & id maxime hibernis fieri temporibus, quòd magna vis terræ cauernis contineatur caloris, eaq; hyeme ſit denſior, ob eamq; cauſam calorem inſi-

tum

UVA. BHSC. IyR_342

tum in terris contineat arctius, vult quidem terram non esse caloris expertẽ, ijs vero quæ diximus, quòd aqua putealis scilicet sit hyeme tepida astipulatur, quòd videmus afflante borea subterranea calidiora esse quàm flãte austro, ex quo colligit puteos calidiores debere esse hyeme, quàm æstate, nisi credas, q̃ fontes (eo q̃ exalationes occlusis terræ meatibus hyemis frigore non possint aspirare) esse calidiores, non sic aqua putealis, quæ non est in loco vbi exalationes detineantur. Hipp. lib. de natura pueri dicit; fontes esse frigidiores æstate, quàm hyeme; quia spiritus rara tũc existẽte terra interiora penetrat, qui aquam frigefacit, aquam vero putealem nõ esse frigidam æstate dicit, nisi quando ex puteo exhauritur, dicit quidem quòd quando exhauritur spiritum semper mouet, velut flabellum, & hoc ipsum frigiditatem inducere; quę vero non hauritur, quia nõ trahit spiritũ, dicit nõ infrigidari: videbuntur hęc alicui difficilia, sed qui considerat aerem quamuis calidum, frigidum apparere cum mouetur, vt apparet in ijs qui magno vigente æstu currunt, quod in proble. Aristo. notauit, non sic hærebit, sed subtilitatem Hippocratis mirabitur.

10. At rosarum succus, ex tẽperatura frigidiore est, sed non ita multo, sed caloris est vt ita diximus tepidi.

¶Succus rosarũ frigidus est, vt ex ijs quę hoc lib. dicit Gale. colligitur, & ex ijs quę dicit Aetius. 1. lib. nec eo quòd dicit Gale. caloris tepidi intelligas, in eo nõ superare frigiditatem, sed q̃ habet calorem tepidum, à frigiditate superatũ, hoc forsan nõ intelligens Mesues, dixit succum rosarũ calidum esse, porro si parũ in frigiditate excedit succus rosarũ culpãdi sunt, qui ad refrigeranda hypochondria ardentia in febribus vnguento rosaceo frequenter vtuntur: nihil habet hoc vnguentum præter rosarum succum & pinguedinem suillam, quorum vnum parum refrigerat, alterũ calfacit, quanto satius esset succo alicuius plãtæ frigide id facere, & re nullius pene vtilitatis & pluris quàm valet empta ardentem calorem velle extirpare.

10. Ad hæc febres quæ citra visceris alicuius inflãmationẽ infestant, discutit, ac præsertim quæ ex humoribus biliosis, ac cutis dẽsitate proueniunt.

¶Quia leniter discutit chamæmelinum, ideo febres biliosas quæ à tenui humore proficiscuntur discutit: cæteræ vero febres crassiores humores habent, quàm vt à chamæmelino discuti possint, sed licet ab illo non discutiantur, ab eo adiuuari possunt. mirandum vero quòd hoc remedio Gale. tam laudato medici non vtuntur. Cęterum videtur contradictio in ijs quæ hoc cap. dicit Gal. dicit discutere febres quę sunt citra alicuius visceris inflãmationem, parũ infra dicit febres quæ melãcholicæ sunt aut pituitosę aut ex inflãmatione pronatæ adiuuat, non est controuersia, prima parte vult quòd chamæmelinum discutiat, & extirpet biliosarum febrium genus cum sint citra inflãmationẽ, hac parte dicit quòd potest adiuuare ad febres ex inflãmatione obortas, ac si diceret q̃ etiã si illas nõ valeat discutere, sicuti eum sunt simplices biliosę, prodesse poterit in omni humoralium febriũ genere, & in ijs etiam quę ex viscerũ inflãmatione proficiscuntur, aliud est quidem, prorsus febres discutere, aliud illas adiuuare.

12. Vt autem vno verbo exprimam, tãto abesse à medio quod medebitur, quanto ipsum cui medella adhibetur oportet, nimirũ cũ in contrarium vtriusq; vergat excessus, nam quod in eandẽ partem cum corpore curando id quæ æquo temperamento recessit, id quidem idoneũ non est, quod alterationem vllam inuehat, quare affectum neq; lædit neq; iuuabit.

¶Maiorem debere esse medicamenti vim, quã morbi dixit Aereteus Cappadox. à qua sententia nõ abludit Pau. cap. de elephantia, sed Gale. non aduersantur, nam ex ijs quę argumento volunt colligere, quòd elephantiasis sit immedicabilis, non elicitur nisi quòd natura debeat esse ægritudine fortior, atq; quia in elephantiasi fortior est vis ægritudinis, quàm naturę, ideo illa medicam opem

UVA. BHSC. IyR_342

non admittit. Cæterum id quod dicit Gal. quòd id quod in eandem partem cum corpore æque tẽperato receſsit, quòd affectum non lędit nec iuuabit, difficultatem alicui faciet: nam ſi ijs qui ſanitatem lapſam habent ſimilia (eo autore) officiunt, eo quòd lapſum augere poterunt, multo magis id in ęgretudinibus eſt timendum, ſed perpende quòd non dixit, quod à ſimilibus non lędetur nec iuuabitur ęgrotus, ſed morbus: ęgrotus quidem ab id genus medicamentis offendetur, hæc tamen medicamenta eatenus dicuntur non lędere morbum, quia illum ſua natura non valent immutare.

15. Dantur vero quædam medicamẽta purgantia cum carne mali cydonij, alia cum myrtis.

¶Videtur hanc miſcelam eſſe improbandam, ſiquidem eo autore. 2. lib. de ratioue victus, & libro quos & quando purgare conuenit, in purgantium medicamentorum potu, miſcenda ſunt quæ maliciam obtundere nata ſint, & operationem ipſorum non prohibeant, & vias quibus vacuatio fiat apperiant, ſed cum caro cydonij operationem purgatorij medicamenti prohibere valeat, non videtur eſſe miſcendam: ſed eo quòd Gale. dicat quòd ſemina boni odoris & quæ operationem purgantium non prohibeant miſcenda, non abnuit, quòd ſi volumus à forti euacuatione cauere, quòd non poſsimus medicamentum adſtringens admiſcere: id enim quod dixit, quòd euacuationem non prohibeant, propter medicamẽta ſtupefacientia de quibus parte de ratione victus mentionem agit (illum dixiſſe credo) hęc porro nullatenus ſunt miſcenda medicamentis purgatorijs.

18. Quæ natura ſunt frigida medicamenta, nempe quę deleteria nuncupantur, vt puta cicuta, papauer, citius magisq; in calidis naturis vim ſuam exerunt.

¶Contrarium videtur ſenſiſſe Platonem lib. de anima. qui ait, iubet enim ò Socrates te moneri, vt quàm parciſsime loquaris, dicẽs eos qui diſputant nimium incaleſcere, nihil tale bibiturus venenũ conuenire, qua parte inſinuat, quòd ijs qui incaleſcuut, ſi biberint venenum, illud minus officere. certe ſi quis nimium incaleſcit, adeo vt ex motu vel diſputatione acquiſitus calor tantus ſit, q; prorſus frigiditatem cicutę euincere valeat, verum ſenſiſſe Platonem videtur, & hoc ſi diſputatio eſſet aſſumpto veneno, ſed nõ videtur quòd vir tam tetricus vt Socrates, qui autore Plinio, eodem ſemper fuit viſus vultu, ex diſputatione ſic incaleſceret: iam vero quòd incaleſcerit cum hæc caliditas ſit ante veneni potionem, nõ videtur facere vt minus offenderet venenũ, ſed illa admonitio communis erat, qua omnes qui cicutã erant bibituri iubebãtur, ne motu vel alia re nimiũ incaleſcerẽt.

18. Id quod anus Athenienſis experimento docuit, etenim ea ab exigua portione cicutæ auſpicata, nullo detrimento ad per magnam progreſſa eſt copiam.

¶Difficile videtur, quòd magna cicutæ portio ob conſuetudinem illam anum nõ offenderet, nam ex conſuetudine cicutæ id quod cor poſſet ſuſcipere eſt frigiditas, ita vt ſenſim cor frigidius quàm erat redderetur, at quanuis cor hominis ſit ſua natura frigidũ, nõ poterit à cicutę potione grauiter non lædi, niſi quis credat, ob frequentẽ cicutę vſum meatus illius anus ſic eſſe obſtrictos, quòd antequàm cor attingeret cicuta iam erat à calore naturali deuicta: ſed ſi hac ratione non lęſit non id tam facit ob conſuetudinem, quàm ob conſtrictionem venarum & arteriarum.

19. Eorum ergo medicaminum, quæ frigore interimunt, nullum genere lethale eſt, ſed ſola quantitate.

¶Contrarium videtur hoc ijs quę dicit ſecũdo libro de ratione victus in morbis acutis, textu duodecimo, vbi ait vt autem lucci papaueris, mandragoręq;, & hyoſciami, atq; aliorum huiuſmodi multorum, quę nobis & ſubſtãtia & viribus aduerſa corpus perimere nata ſunt: hęc ille, quibus docet, quòd medicamẽta quę frigiditate necant viribus & ſubſtantia nobis eſſe aduerſa, libro etiam tertio de temperamentis dicit, totius ſubſtantiæ contrarietate deleteria eſſe opium, & quę frigefaciendo interimunt. ad hęc dices, quod licet hæc dicantur eſſe viribus & ſubſtantia aduerſa, non eo dicũtur

toto

UVA. BHSC. IyR_342

toto genere deleteria, ſicut quæ putrefaciendo necant: ſunt quidem ſubſtantia & viribus contraria, quatenus frigiditate (quam coniunctam lentæ ſubſtantiæ habent) interimere poſſunt, non tamen quatenus toto genere humanæ vitæ repugnant, nam ſi pauxillum eorum dederis poterunt opitulari: ſoporiferi vero nomine aliter vilus eſt vti Ariſtoteles libro de ſomno & vigilia, qui ſic ait, Soporifera dico tum potu, tum cibo idonea, vt papauer, mandragora, vt vinum, vt lolium vide quod inter ſoporifera ponit vinum, ſed quo modo hoc intelligatur, 5. lib. cap. 10. de ſimpli. medica, facultā, enarrabimus: patria Ariſtotelis non debebat forſan mandragoræ cerebrum, vt quæ apud nos habentur offendere, alias non dixiſſet eſſe mandragoram cibo idoneam.

25. Etenim ſimilitudinem ineſſe ſubſtantijs diximus, non identitatem, contrarium enim cernimus, nam neq; ferrum attrahit ferrum, neq; caro carnem, ſed lapis ſyderitis ferrum.

¶Similitudo intercedit inter amans & amatum, rationeq; cuiuſdam tacitæ ſimilitudinis, facilius erga vnos quam erga alios, homines affici, ſcribunt non infimi autores. facitq; ſimilitudo vt pulſis in vna cithara neruis alij alterius citharæ (ſi in eadem ſymetria ſunt) reſonent: quod. 2. de diuinatione inſinuauit Cicero, quare minus mirandū eſt, q; Gal. ſcripſerit ex ſimilitudine ſubſtantiæ fieri attractionem, aduerſus quē dicato lib. fuit inuectus Guillelmus Puteanus, dicens medicamē ta calore vel offenſione quam naturæ inferunt, quia ſubſtantiam habeant minime à calore cocti bilem, purgare: dicitq; caſiam purgare ſolum leniendo, rhabarbarum & aloes ſolū deobſtruendo, ſed (vt arte curatiua dixi) hic vir in multis videtur labi: primo quia multa ſunt, quæ non habēt feruidum calorem, nec naturam naturæ multum diſplicentem, & valenter purgant, vtpote roſa quam dicunt perſicam, vel alexandrinam: ſunt alia quę feruidum calorem habent, & ſubſtantiam minime coctibilem, quæ nihil purgant: quod dicit de rhabarbaro eſt aperte falſum, cum ſint alia quæ efficaciorem vim habeāt deobſtruēdi, & non ſic purgant: adde quòd videmus potius bilioſos, quàm alios humores purgare rhabarbarum: non fuit porro primus autor huius opinionis Puteanus, ſed Ariſto. prima ſectio. problema. problem. quadrageſimo tertio, quam ſi quis tueri vult, aſſerere tenetur, in omni purgatione quæ vi medicamenti fit, prius educi humores tenues, quàm craſsi. ita quòd exhibito agarico prius eſt educēdus bilioſus humor, quàm pituitoſus: porro iuxta Ariſtotelem licet id nō aduertat Puteanus, dicemus rhabarbarum & caſsiam purgare, quia quid habent quod à natura non eſt coctibile, quòd ſi contingit prorſus hęc medicamenta à calore coqui, nullam fieri purgationem dicemus, hinc fit, vt ſcāmonium non purget in ijs qui illud plene concoquere valent, cæterum id quod Gale. dicit, quòd ſimile non trahit ſimile, videtur contrarium ijs quæ dicit Plinius trigeſimoſexto libro cap. decimoſexto de magnete Aetiopico, quem dicit alium etiam magnetē trahere. Cato etiam libro de re ruſtica. cap. centeſimo ſexageſimo, dicit medietatem vnius arundinis viridis aliam medietatem trahere, quod ita eſſe re ipſa diſcimus: dicemus ad id quod de magnete Aetiopico dicit Plinius, quòd hic lapis debet eſſe etero geneę ſubſtantiæ, vnas partes debet habere ſimiles ferro, quarum ratione ferrum trahit, alias debet habere diuerſas ab ijs quę ferrum attrahunt, quę debent eſſe ſimiles ſubſtantiæ magnetis, non tamen eiuſdem ſubſtantię cum illis, ratione quarum alium magnetem poteſt attrahere, ad id de arundine in enchiridio diximus, quòd arundo viridis quatenus adhuc viuit vim habet attrahēdi humorem ſibi ſimilem, atq; quia in alia arundinis medietate eſt aliquid huiuſmodi humoris, ideo attrahendo hunc humorem, attrahit etiam aliam medietatem, quòd ſi hæc nō placent alia ſpecu lare, qui enim agriculturæ ſcriptoribus qui plantas ſentire docent fidem adhibuerit, facile huic problemati ſatisfaciet, non tamen planè videtur ſatisfacere ſententia Galeni, nam non videtur quę ſimilitudo ſubſtantiæ ſit inter caſsiam fiſtularem & bilem, quam à caſsia fiſtulari trahi videmus, neque apparet intercedere ſimilitudinem inter lapidum ceruleum & humorem melancholi cum, nam neque eſt ſimilitudo in temperie, niſi dicas, quòd quandam atram bilē purgat, neque eſt ſimilitudo in colore, neque ſapore, quòd ſi dicis quòd ſicut lapis ceruleus eſt ſubſtantię terreſtris, ita & melancholicus humor, pari ratione omnes lapides humorem melancholicum detraherent, aliud certe intercedere deberet inter attrahens & attractum, cuius ratione fit attractio, ſiue id ſit qualitas ex elementorum mixtura & ſyderum influxu orta, ſiue ſit forma ſubſtantialis,

UVA. BHSC. IyR_342

quæ hac qualitate veluti inſtrumento vtitur,huic opinioni fuit adſtipulatus Alexander aphrodi ſeus in proœmio problematum,nec eſt cur quis putet Alexandrum qui dixit ratione tacitæ qua litatis medicamenta trahere,opinionem Galeni profiteri:Galen.enim cum dicit ſimilem eſſe ma gnetem ferro,non tacitam qualitatem quærit,ſed dicit ad ferri naturam & ſpeciem magnetem ac cedere, nec quærit hanc ſimilitudinem ſapore vt Syluius, ſed in tota natura & ſpecie, ita vt tra hens & attractum ſint ſimilia in forma ſpecifica,cuius ſimilitudinis,color , & ſapor,& odor , & modus ſubſtantiæ apud Galenum indicia erũt,ſed in roſa perſica,nec odor,nec color,nec ſapor nec modus ſubſtantię quid ſimile cum bile videntur habere: non eſt vero ſilentio inuoluendum, quòd autores(quorum memoriam facit Ariſt.2. lib. magnorum moralium,cap.11.) qui dicebant in contrarijs gigni amicitiam,argumento quòd terra amat imbrem, quòd ſentire debuerant, attractionem potius fieri ratione contrarietatis quàm ſimilitudinis, ijs ſuffragatur quod ſpongia, & lana trahunt aquam,nec rationi videtur diſſentaneum,aliquando à diſſimilibus fieri attractio nem,quando ſcilicet per hanc attractionem quæ attrahunt melius conſeruãtur, quæ enim nimis arida ſunt humidis conciliata melius conſeruantur,quod ob nomen ſpongia debet attrahere a quam & lana aliquam humiditatem,nam citra hãc areſcit & diuellitur, ſi enim propter aliquam commoditatem ſimile trahit ſimile,non mirum quòd interueniente aliqua commoditate contrarium trahatur à contrario.

27. Euenire igitur ſolent nimiæ purgationes,cum purgans medicamentum vſque adeo inualuit,vt in vaſorum ad ventrem pertinentium oſculis mordicationem apertionemq; multam relinquat.

¶Non videbitur alicui à ratione alienum credere, quòd ſi in nimis purgationibus fit aliorũ humorum purgatio,quia oſcula vaſorum quæ ad ventrem ſunt medicamentum multum momorderit,vel aperuerit,quòd purgatio quæ fit per medicamenta,non fiat à ſimilitudine ſubſtantiæ,ſed eo quod medicamentum momorderit,vel aperuerit oſcula venarum moderate;verũ cum videamus exhibito medicamento atram bilem purgante, prius illam educi, quàm humor tenuis , qui prius educeretur,ſi ex ſola mordicatione humorum fieret purgatio, ob id ad ſimilitudinem ſubſtantiæ eſt deuenendum:ſed in ijs poſſet aliquis Galeno ſatisfacere,quòd ſi exhibito medicamẽto purgante atram bilem hanc prius educi videmus,ideo eſt, quia tunc hoc humore corpus potius abundat,quòd ſi non magis hic,quàm bilis flaua abundaret , prius hanc quàm illum natura quæ mordicationem ſentiret excerneret,quòd ſi dicis, multa ſunt , quæ maiorem mordicationẽ faciunt quàm rhabarbarum:vt piper,& alia huiuſmodi,& tamen non purgant, dices quòd innatam qualitatem debet habere rhabarbarum, qua vt à natura minus vinci poteſt,quàm piper, ita magis venas offendat,excitet,& irritet,adhuc videtur,quòd ſimilitudinẽ cuius ratione dicit Gal. fieri humorum attractionem,non ſufficere:nam eſto quòd ſit ſimilitudo inter ſcammonium & bilem naturalem, non videtur quòd eadem ſimilitudo intercedere debeat,inter ſcammonium & bilem putrefactam,quando ratione putrefactionis bilis iam commutauit ſpeciem, cruciauit multos hoc argumentum,cuius quidem ratione dicunt medicamenta quæ trahunt humores naturales,non habere vim trahendi humores multum putrefactos,ſed conſiderare hi debuiſſent,quòd bilis putrefacta idem de alijs humoribus intellige,quo tempore in alium humorem non migrat, formam bilis ſeruat.Nam cum multa putrefactione aqua formam aquę ſeruat,vinum acidũ quod in acetum nondum migrauit vinum eſt,vt ſecundo libro aphoriſmo.apho.decimoſeptimo dixit Galen.quando porro humor per putrefactionem eo corruptionis venit , quòd in aliã humoris ſpeciem degenerat,fatemur quòd tunc à medicamento naturalem humorem euacuante non trahitur,ſed ab illo quod familiare eſt illi humori cuius ſortitus eſt ſpeciem , ſi pituita per multam putrefactionem amittit formam pituitæ,& degenerat in pituitam ſalſam,vel in humorem biliolum,vel in aliquem humorem mixtum,quod ſapit naturam bilis & pituitæ,ab illo medicamẽto trahetur , quod ſimilitudinem habeat cum pituita ſalſa,vel cum bile , vel à medicamento quod bilem & pituitam poterit reſpicere.

¶LIBER QVARTVS DE SIMPLICIVM MEDICAmentorum facultatibus.

In

UVA. BHSC. IyR_342

IN proœmio amaritatem vero dulcedinem, salsitatem aciditatẽ, austeritatem, lingua sola discernere creditur.

¶Tertio de ratione victus, in gutture ex deuoratis dulcibus maximam exoriri voluptatem dixit, qua parte, & guttur discernere sapores sensit, Plinius porro.11.lib. cap.37. & palato etiam sensum gustus attribuit, qui sic ait, intellectus saporum est cæteris in prima lingua, homini & in palato. Cæterum quia lingua præcipuè sapores discernit, & maxime in radice iuxta guttur, ideo à Galeno hac parte dictum est, illam solam credi sapores discernere.

1. Sed aer acensus fit flamma, terra autem pruna, at aqua vehemẽtem sane caliditatem accipit, sed nec flamma nec pruna.

¶Cum aqua quam in ignitos carbones fabri ferrarij immittunt, videatur fieri flamma, credet aliquis aquam accensam flammam fieri, vt accensum aerem. Cæterum qui credunt, aquam in ignem posse mutari, non mirum quòd hoc credant, nec est inconueniens hoc credere, cum flamma ex aqua facta, non habet formam aquæ, sed formam ignis, esseq; ex ignis genere prunam & flammã, hac parte dicit Galen. Cæterum videtur quòd si propter innatam humiditatem aqua non fit flamma, vt hic dicit Gale. quòd nec aer deberet fieri flamma, quia non minus est illi innata humiditas, quàm aquæ, sed alterius naturæ est humiditas aeris, quando potest esse pabulum ignis, quod nõ potest esse humiditas aquæ.

1. At aqua vt sicca sit fieri nequit.

¶Non negat Galen. quod aqua non possit exiccari, sed quod seruata sua forma exacte possit fieri sicca.

7. Porro amara omnia calida sunt, vt bilis nitrũ, vina valde vetusta.

¶Auerrous cui adhærere voluit Valeriolla contendunt, nõ oĩa amara esse calida, idq; in opio & cucumeribus, & melopeponibus volunt probare, hæc in principio amara sunt, licet sunt frigida, sed si attendissent Galeni mentem, non illum fugillassent, quę sunt exacte amara esse calida dicit Gal. citata parte, in qua ille dicit esse aliqua quę habeant mixtas qualitates, huiusmodi sunt cucumer, & melopepo, ad hunc modum contingit esse aliqua dulcia, quæ dominantem habẽt frigiditatem, sed vere sapor dulcis in substantia calida subsistit, & etiam sapor amarus. Cæterum dicens vinum valde vetustum esse calidum, non negat, quòd quæ non valde vetusta sunt sint calida. sed ponit exemplum de sapore amaro, quod habet vinum vetustum, & non alia vina.

7. Fuerit autem de omnibus generalis sermo huiusmodi, corpus omne astringens ab alijs quod sensu animaduerti possit qualitatibus syncerum perpetuo comperi experiendo frigidum.

¶Ex hoc textu dicit Matthiolus Senensis commentarijs in quintum dioscoridis cap.82. quod quidam colligunt, alumẽ esse frigidi temperamenti, ille vero alios textus Galeni adducit, ad probandum quòd alumen sit calidum: sed omnes textus quos adducit, solum sunt de ijs medicamẽtis quæ vltra adstringentem qualitatẽ aliam qualitatẽ admistã habent, quod si credidit Matthiolus, alumẽ vltra qualitaẽ astringentem aliam habere, nõ illi erat necessum alium texrum, quàm quem in præsentia explicamus adducere, quo Galen. non omne astringens frigidum esse dicit vt Matthio. exponit, sed astringens quod est expers alius qualitatis vel saporis.

8. Solummodo dulce thereum, & cybeliticum, & syreum, & alia quæcunq; cum istis conueniunt.

¶Plin.14.lib.cap.9.ingenij non naturæ opus dicit syreum, musto vsq; ad tertiam partem mensurę decocto, quare credo quòd vbi parte quam exponimus legitur, syreum, legendum esse albates, quod est consonum ijs quæ dicit Galen.12.lib. metho. vbi ait contra vero crassa veluti sapa sunt, scybillites, & thereum, & albates, vtraq; enim parte de vinis dulcibus loquitur Galen. & certe quadrat, quod in textu quem exponimus aliquid deficiat, legendum puto, thereum, cybelliticum, albates,

UVA. BHSC. IYR_342

batés, quæ veluti syreum sunt, similia enim ijs sunt, quę ex duodecimo metho. citauimus.

12. Aceto accidit ex putrido calore acrimonia quædam, proinde Arist. recte dixit, proprio vini calore esse frigidum, alcitio calidum.

¶Si aceto est aliqua vis calfaciendi, non ab re dixit Arist. 23. proble. probl. 5. vi calfactoria acetum depellere singultum, in cuius problematis commentario, absurda dixit conciliator, dicens esse acetum frigidum relatione corporis humani, & tamẽ calidum respectu flatus, sed considerasse illi præstitisset, quòd Aristo. non dixit acetum absolute esse calidum, sed inesse illi aliquam vim calfaciendi, quòd enim acetum præcipue sit frigidum scripsit Aristo. scripsitq; Gale. hac parte: Matthiolus porro Senensis commentarijs in quintum dioscoridis. cap. 17. dicit fieri potest vt reperiatur acetũ adeo vetustate acerrimum, vt plus habeat caliditatis quàm frigiditatis, porro cum acetum iuxta ea quæ Gale. dicit hac parte, multis numeris ab ijs quę moderate sunt calida ad frigiditatem recesit, quàm mel ad caliditatem, alienum erit ab eius opinione, quòd acetum quãuis acre, magis calfaciat quàm infrigidet.

13. Sic vina natura calida motus velut ventilans celerius cõcoquit.

¶Res ipsa ostendit, vina generosa motu concoqui, & melioriscere, vinum quidem sancti Martini, & vinum deribadabia, multo meliora sunt in Germania, quàm locis vbi orta fuere, atq; & per assiduam elutriationem (vt ita dixerim) id genus vina melioriscunt.

15. Neque quotquot ex fructibus dulces ex amaris euadunt, sicut quidam cucumeres, & melopepones.

¶Valeriolla arguit contradictionis Gale. qui omne amarum ex dulci dixit fieri, dicit ille & ex amaris fieri dulcem saporem, quod in pepone & melopepone conspicitur, sed aduertere huic viro præstitisset, quòd ex sapore amaro quem habet pepo nõ fit dulcis, sed ex aquosa humiditate amplius cocta, & elaborata, sapor dulcis oritur, cæterum quo calor peponis fortior est ad reddendam illã aquosam substantiam dulcem, est etiam valentior ad expurgandas partes retrimentosas quas pepo habet, quibus sapor amarus adhæret. non fit igitur ex amaro sapore dulcis in pepone, sed per coctionem pepo redditur dulcior, expurgatis partibus amaris, quæ fructum faciebant amarum, hoc modo debuerat valeriolla Gale. interpretari, & in illius dictis non inuenisset repugnantiam.

17. Frigidum est lactis serum.

¶Contrarium Philotæus. 5. lib. apho. aphorif. 65. de hac re vide quę diximus. 3. alimentorum.

19. Sed ferro lapidiq; ignito, ea quæ per erosionem interimunt similia sunt, à corporis nimirum calore huc perducuntur, velut chalcitis, mysi, ad hæc arsenicum, & hydrargyros, lytargyros.

¶Gale. inter ea quæ erodendo interimunt ponit hydrargyrum, sed. 9. de simplicium medicamentorum facultatibus dubitat an hydrargyros interimere possit, sic enim ait, nullum eius feci periculũ, neq; interimat si deuoretur, neq; vbi foris admota sit. dubitant vero aliqui cuius temperaturæ sit hydrargyros, secundum Galenum satis claret esse calidæ & exurentis naturæ, lytargyrum esse potestate calidum hac parte dicit Gale. at. 10. lib. de simpli. medicam. facul. in medio esse caliditatis & frigiditatis dicit, neq; manifeste calfacere neq; refrigerare.

20. Itaq; ego quandoq; inanem esse diuitis cuiusdam ambitionẽ ostendi, qui tantam in Italiam maris mortui aquam deuexit, quæ cysternã implere posset, nam id ipsum ego præstiti sale plurimo in aquã potabilem iniecto.

¶Ad hunc modum dicet aliquis inanem esse operam eorum, qui aquam sulphuream ex thermis adferunt, cum idipsum præstare possimus multo sulphure in aquam potabilem immisso: sane ego in hac cum de balneis scripsi fui opinione, quòd homines ad balnea naturalia quæ nihil præter sulphur & alumen habent longe non deberent petere, quando alumine vel sulphure id, pauco impendio medicus poterit præstare. maxime quod balneis quæ Hispanię videmus nihil aliud quàm illa calfacere vel exiccare videmus, hoc porro non est cur aqua in qua iectum sit sulphur ęque non faciat

UVA. BHSC. IyR_342

faciat. Cæterum si salsa aqua vtilis est morsis à cane, citra hoc quod morsus mare petat, propria domo potest medicus hoc remediũ excogitare, nisi mare proluere omnia mortalium mala, quod prouerbio dicitur credit, sed regrediamur ad balnea, quę si quid abditum habent, quod à sulphure vel alumine non posse proficisci videmus, quòd illa magnopere expetantur non abnuimus, in balneis vero de Aenedillo & de Itero, quibus ego aliquot dies curationi aliquorum præstantissimorum hominum interfui, nihil sacrum (quod balneis naturalibus antiqui tribuerunt) ego reperi: & si sacrum est sulphur & fulmen, quorum ratione balnea dicuntur sacra, vt Aristo. in problematibus dixit, & inditis in aquam ijs sacris aquam vt verbis eorum vtar sacram facere possumus, sed credo nõ dicta esse balnea sacra à sulphure, nec ab alumine, sed sacra ideſt magna, respectu balneorum particularium, quæ domi fiebant, credo etiam quòd vbi in problemate Aristotelis legitur fulmen, legendum esse alumen, quòd enim sacrum sumatur pro magno dixit Plutar. lib. de industria animalium. Cæterum magnam stultitiam patiebantur opes illius diuitis, quem commemorat Gal. qui voluit eisterna aqua maris mortui implere, conijcere non possum, quid ex diuitiarum profusione volebat auspicari.

22. Tametsi amarũ nunquàm odoratum est, neq; vt medicamen nobis suaue, neq; vt cibus.

¶Credo textum esse deprauatum, legendumq; amarum nunquàm esse suaue id enim ex literę contextu facile colligitur, quem si excussisset valeriolla non reprehendisset Gale. quadrat etiam ratio ni, vt legatur tametsi amarum initium odoris est quod neq; vt medicamentum est suaue neq; vt cibus theophrastum allegat, qui. 6. de causis plantarum cap. 13. dixit, initium boni odoris esse amarum, qui etiam dixit odoratum quin amarum sit comperire difficile est.

22. Dicimus enim quippiam acidum acremq; habere odorem, sed austerum acerbum salsum, aut amarum, haud etiam dicimus.

¶Aristot. lib. de sensu & sensilibus, contra quem hic Galen. dicit, odores austeros, & acerbos, haberi scripsit.

26. Non tamen protinus, quicquid odoratum est suaue esse colligitur, siquidem non omne id spiritui in cerebri ventriculis contento familiare est.

¶Hinc fit perspicuum grauiter errare medicos, qui dicunt omnia medicamenta odorata esse cordialia, suis verbis vtor, sed de horum errore multa libro de arte curatiua.

Quintus Liber de Simplicium medicamentorum facultatibus.

1. ATque ipsa natura duce eorum remedia plerique idiotarum inueniunt, at phlegmonis, scirrhi, herelypelatis, putredinis œdematis herpetis, nullus ex illis remedium sibi perueſtigandum sumit.

¶Eo audacię idiotarum nostri seculi stultitia euecta est, quòd non solum phlegmonis remedium perueſtigat, sed audent plane pleuritides & phrenitides, & tandem omne morborum genus curare: solet vulgus & aliquando primę classis viri his non minus quàm viris eruditis & expertis crede re, vbi legitur putredinis, credo legendum esse carbunculi, numerans enim tumores quodammodo omnes præter carbunculum, ad quid inter eos putredinem recensere deberet.

1. A costis vocant pleuriticas facultates.

¶Forsan legendum est à pleura, sed video autores dolorẽ costarum & laterum extendere ad pleuritidem, sed plura significat dolor laterum, quàm pleuritis, vt colligitur ex ijs quæ dicit Celsus. 4. lib. cap. 6. quare errant qui dolorem laterum à pleuritide non distingunt, de dolore laterũ loquẽs Celsus ait, interdum hoc malum intra dolorem est, ijsq; modo tarde, modo celeriter soluitur, in-

UVA. BHSC. IyR_342

terdum ad pernicieſm quoq; procedit, oriturq; acutus morbus, qui pleuriticus à Græcis nominatur, vnde claret, plura complecti dolorem laterum, quàm pleuritidem.

4. Itaq; ingentis famis quam bulmiū nominant, illius modi ſunt remedia, eſt enim ea affectio frigiditas iuncta ſiccitati.

¶Bulmius autore ipſomet Gale. 2. lib. apho. 21. apho. potius eſt caſus potentiæ, qui à fame inchoauit, quàm fames, eſſeq; bulmium defectionem animæ, dixit. 2. lib. ad Glauconem cap. 13.

5. At media earum alteratio, quæ ſcilicet ſupurationes comitatur, ab ingenito fit calore, ſed non plane vincente, neq; enim ex materia peragitur, quæ prorſum benigna ſit.

¶Ab ingenito calore, ſed non plane vincente materiam, optimum fieri pus hac parte dicit Galen. ſed. 4. 7. apho. lib. 2. à mixto calore inſinuat pus fieri, ſic enim ait, at quę pus generat, neq; à ſolo calore extra naturam facta eſt tranſmutatio, neq; à ſolo ſecundum naturam facta, miſtus quodāmodo ex vtriſq; eſt calor inflammationis, cæterum licet à calore ſic miſto fiat pus, dicit parte quam exponimus à calore ingenito illud fieri, quia non eſt redditus multum aſcititius, quando optimum pus generatur.

8. Ea cataplaſmata quæ aut detergentia, aut validius excalfacientia, exiccant quidem, ſed pus non mouent, talis eſt hordeacea, cicerum fenigræci.

¶Contrarium iis videtur docuiſſe. 4. lib. metho. cum ait omnia quæ putrefiunt ex calido & humido ſic afficiuntur, ideoq; etiam ea cataplaſmata, quę ex hordei farina componuntur, ceu quæ calefaciunt, & humectant, omnibus iis affectibus quibus moueri pus expedit admouemus, alicui videbitur contradictionem ſic eſſe diluendam, quod hordei farina ſola exiccat, nec pus mouere valet, admiſta tamen alijs medicamentis lenire, & mouere pus poteſt: videtur id colligi ex iis quæ infra dicet, quippe ait, hordei nanq; farina ex aqua & oleo itemq; panis ex aqua & oleo, omnia deniq; quæ calfaciunt, & humectant, celerrime pus mouent, ſed cum farina hordei eo autore. 3. lib. meth. nullum calorem habet, credo textum. 4. lib. metho. eſſe vitiatum, & vbi legitur farina hordei legē dum farina tritici: diſſonum quidem eſt rationi, quòd loquens de iis quę pus mouent, prætermiſiſſet farinam triticeam, quam ad id ſemper multum commendauit, & meminiſſet farinæ hordei quā in alijs partibus negauit pus mouere poſſe.

7. Quoniam cum frigiditate humor redundat ſuperfluus idcirco etiam compoſitam eius eſſe medellam ob refrigerationem ſcilicet excalfacientia poſcente affectu, ob alienam vero ſuperuacaneam humiditatem euacuantia.

¶De ſcirrho tractat Galen. quem curandum dicit medicamentis calfacientibus. Alexander porro Trallianus. 7. lib. cap. 12. ſcirrhum concretum à caliditate & ſiccitate à frigefacientibus & humectātibus medicamentis eſſe diſſoluendum dicit, quæ enim concreta ſunt à calidis, à frigefacientibus dicit eſſe diſſoluenda: ſed certe licet quæ humectant ad diſſoluendum ſcirrhum ſic concretum faciant, durum videtur quòd medicamenta frigida illum diſſoluere poſsint, nam humores qui ſunt in ſcirrho iam frigiditatem contraxerunt, quæ frigiditas à medicamentis frigidis adaucta faciet humores à natura minus ſuperabiles: nec humores qui ſunt in ſcirrho à caliditate producto proprie ſunt coagulati, ita vt à frigiditate diſſolui habeant, cum porro ſcirrhus ſit effectus frigidus & ſiccus, iure merito videtur expoſcere medicamenta quæ calfaciant & humectent.

7. Oritur autē induratorum affectio ex fluxione viſcoſa & craſſa.

¶Cum cap. 9. huius libri dicat, à pituita & ab atra bile ſcirrhoſos tumores oriri, & atra bilis nō ſit viſcoſa. rationi quadrat, quòd hac parte quam exponimus, non ſit legendum ex fluxione viſcoſa, ſed ex fluxione frigida & craſſa.

5. Tale eſſe debet, quod ad mouendum pus adhibitur medicamentum, qualis eſt in naturis temperatis calor natiuus.

¶Cap.

UVA. BHSC. IyR_342

¶ Capi. 2. huius libri dixerat, quæ pus mouent debere esse calida & humida, vnde patet secundum Galen. calidum hominis temperati declinare ad calidum & humidum, quod libro de temperamentis ex alijs locis etiam probauimus, debes vero intelligere quòd loquitur Galen. hac parte de optimo pure.

5. Et certe dicemus spiritum innatum in omnibus animatis continere partibus, sed non vndequaq; esse sui similem. 5

¶ Per spiritum nō intelligit hic Gale. id quod ex sanguine in corde vel cerebro generatur, sed seminalem substantiam, vel innatam, quę est in quolibet membro, quod si considerasset Argent. nō arguisset Galen. contradictionis.

10. De indurantibus medicamentis verba faciam, frigida itaq; hæc sint oportet & humida, velut semperuiuum. 10

¶ Medicamenta vehementer calida & sicca ablumendo humiditatem natiuam, & humores exiccando solent indurare.

Ibi. Solanum at hoc quidem non est temperamento humido, sed medium absolute humectantis & exiccantis, ex pugnantibus facultatibus compositum, exiccante videlicet & humectante. 15

¶ Cum inter olera quibus vescimur nullum nosse Gal. 2. lib. de alimento. facult. dicat, quod tantam habeat astrictionem ac solanum, videtur in eo partem adstringentem superare, verum est certe, quòd vna eius pars satis adstringens est, sed est in eo tanta pars aquea, quòd non abre putat Galen. medium esse inter exiccantia & humectantia. 20

12. Nam quæ maiores sunt obstructiones vehementiora desiderant, nempe capparis corticem, radices tamaricis, scolopendrion, & cyllam, & eam quæ asplenos appellatur.

¶ In hac parte videtur Gale. non sentire, eandem herbam esse scolopendrium & asplenum, textū esse deprauatum credo, legendumq; esse radices tamaricis, & cyllam & scolopendrium, quod id 25 ipsum nomine asplenos appellatur: putat Matthiolus quod per asplenium intellexerit hemionitim Gale. sed facilius & veritati congruentius, modo dicto restituitur textus.

13. At thessalus insulsissimus sicut pleraq; alia artis contumelijs im merito affecit, ita & hæc discerpere contendit nullum esse medicamētum censens, quod proprie sit aut hepaticum, aut nephriticum,

¶ Galen. non vocat vnum medicamentum hepaticum, eo quòd præcipue hepar respiciat, nec nephriticum, ideo quòd respiciat renes, ad vim quidem quam habet medicamentum attendit, maiori vi debet pollere quod est nephriticum, quàm quod pus ex pectore expurgat, maioriq; vi lieni cum (vt ita dixerim) quàm hepaticum medicamentum, quod enim valet fortibus hepatis obstructionibus lienicum potes appellare, non nego porro, quod aliquod medicamentum habeat sympathiam cum iecore, quam cum liene non habet, sed citra hanc sympathiam dico, dici Gal. medi 35 camentum hepaticum vel lienicum, de ijs. 13. metho. aliqua dicemus.

14. Nam quod non confertim alterat, vtiq; vehementer sunt calida

¶ Vti alterant, quæ vehementer sunt calida est intelligendum. 40

16. Quòd si fimus quoq; ex putrefactione constat.

¶ Non definit Gale. an ex putrefactione fiat fimi generatio, id tamen videtur cōcedere: porro at testari supra putredinem videtur fœtor, nisi credas in quolibet cibo esse retrimētum sua natura fœtidū, hocq; expurgari à naturali calore cōcoquente, est in pane quid fœtidū superatū à partibus quę bene olent, & olfatui gratę sunt: at per coctionē illę partes retrimentitię segregant vti 45 scoria à ferro, & segregatę illę partes neq; ab ijs q̄ olfatui sunt iocūdę delinitę fœtorē alpirāt, nō quidē oīs fœtor est putredinis nota, cū multi gumi fœtēt citra putredinē. porro si admigdalę dulces

UVA. BHSC. IyR_342

ces leuiculam amaritudinẽ posident, quę tamen dulcedine superãte occultatur, nõ mirũ ꝙ qui libet cibus aliquam partem fœtidam posideat, quæ ab alijs partibus occultetur, ꝙ vero amigdalæ dulces rem amaram posideant, dicit Gal. cap. de amigdalis, atq; licet oletum nobis male olet, bene olet gallinis. quare est illis nutrimentum.

16. Inter ea quæ essentijs similia sunt, quod calidius est, id potentius attrahit, vtpote quod similitudinem auxiliarium adiunxerit calorem, siquidem cum ipsum duabus causis attrahat.

¶ Calori videtur tribuere vim trahendi hac parte Gale, quod non videtur succinere ijs quæ dixit lib. 3. de facul. natur. vbi diximus, ꝙ proprie duo sunt tractionis genera, vnum qualitatis conuenientia, aliud successione eius quod vacuatur: calidum quidem non sua natura trahit, sed quatenus vias patefacit, & id quod trahendum est leuius reddit, tractionem iuuat. si enim calidũ traheret, piper non minus quam rhabarbarum traheret humores, quod igitur hac parte dicit Gale. quòd calidum est causa trahendi humorum, modo dicto est intelligendum.

18. At ea quæ cataphoram, idest soporem epota moliuntur hoc est somnum conciliantia à plerisq; appellantur, temperiem sortiuntur vel sume aduersam ijs, quæ re vera sunt anodina, refrigerant quidem omnia corpus.

¶ Vere somnifera sunt medicamenta humida, vt, 1. de simpli. causis dixit, sed vocari etiam ab aliquibus somnifera quæ torporem inducunt eadem parte dicit, quod est satis consonum ijs quæ hac parte quam exponimus docet, non dixit quidem somnifera medicamenta esse frigida, sed à plerisq; sic appellari, appellantur quidem ab Aristo, lib. de somno & vigilia.

18. At sunt quædam quæ tota substantia nobis contraria sunt, perinde, vel si minimum eorum assumptum fuerit, omnino lædat necesse est, ceu tapsia, & solanum manicum.

¶ Contrarium est hoc ijs quæ. 8. libro de simpli. medic. facul. cap. de solano manico dicit, quippe qui ait, nam si quatuor eius drachmæ offerantur, mortem inferent, si pauciores saltim insaniam, vna certe innoxie sumitur, cæterum nec ipsa vtile quid obtinet: hæc ille: porro si vna drachma innoxie sumitur, non quadrat quod parte quam exponimus dicit, quòd si minimum eius assumptum fuerit, omninò lædat necesse est. dices ꝙ cum dicit innoxie sumi intelligit citra manifestã noxam, nam subiungens nec ipsa vtile quid obtinet insinuat, & vnam drachmã aliqua in re officere, nihil vtile obtinere.

17. Facultates quæ deleteria medicamenta alterant naturam habent mediam inter corpora perpetientia, & medicamenta ipsa lædentia.

¶ Loquitur de medicamentis theriacis & alexipharmacis, quorũ quædam dicit iuuare, eo quòd calfaciunt, vel infrigidant, vel humectant, vel exiccant: atque cum hæc faciant multa medicamenta simplicia, non solum ad antidotos theriaca medicamenta videntur reducenda, ijs etiam consonant, quæ dixit Plin. 14. libr. capi. 14. qui iuxta ægyptiorum præscriptum quoddam vitis genus vocat theriacam. Insinuat etiam Plinius, 21. libro, cap. 20. vnum tantum esse apud illum pharmacum, quod dicitur alexipharmacum, sic ait, nec alia herba magis conuenit medicamento, quod alexipharmacon vocant. Cæterum quòd medicamenta (quæ vim vacuandi venenum habent) sint media inter corpus & venenum, videtur rationi consentaneum, quia attractio fit ratione similitudinis, quod ob nomen, quæ vacuant venenum, similitudinem aliquam debent habere cum veneno, sed quòd ea, quæ tota substantia alterant, necessario sint media, non æque constat. Nam si tota substantia scordeon vel diptamnum alterat venenũ adipis vt tota natura est contrarium veneno aspidis, ita nulla re videtur accedere ad veneni aspidis naturam, sed de ijs alibi fusius. Porro quòd quæ euacuant venenum sint media dicit Galenus, ita vt superent gradũ

UVA. BHSC. IyR_342

caloris natiui, licet non æquent gradum veneni, confidit enim quòd medicamentum licet non sit tam efficax ac venenum, quòd aucta quantitate & adiutũ à calore natiuo venenum superabit, vult etiam parum infra, quòd medicamentum quod curat venenum per totius substantiæ facultatem, quando hoc non potest esse, quin aliqua temperatura sit donatum, quòd eius temperatura sit modo dicto media inter venenum & corpus, nam si tantum gradum caloris vel frigiditatis ac venenum obtinet medicamentum, nihilosecius erit venenum, quàm venenum quod propulsare conamur, ex dictis patet, quòd non omnia medicamenta quæ dicuntur alexiteria, speciali proprietate iuuant, sat ad hoc quòd sit alexiterium medicamentum est, quod modo dicto calfaciat vel infrigidet, vel humectet, vel exiccet, etenim quòd medicamentum aliquod humiditate sola vel sola siccitate possit esse deleterium hac parte insinuat Galen. sed si tam remisse hæ qualitates agunt, quòd non concedit primo de symptho. causis, quòd inducant dolorem, si absit calfactio & infrigidatio, mirum est, quòd aliquod medicamentum sola humiditate, vel sola siccitate sit deleterium, nec certe videtur, quòd ad hoc quod sit alexiterium, illa exquisita proportio quam Galen. petit requiratur, quòd si semper requireretur, vix conueniens alexiteriũ nobis reperire datum esset, sed sat est, (quòd vt possis) serues proportionem illam. Cæterum quod de deleterijs humidis & siccis dictum est, sic intellectum puta, quòd si est deleterium humidum à medicamentis siccis est petendum auxilium, sicut si est siccum, ab humectantibus, non asserit Gal. esse deleteriũ humidum, & siccum, sed vult (mea quidem sententia) quòd si aliquod est tale, modo dicto est propulsandum.

18. Ac proinde nihil eorũ in alexiterijs antidotis inditur veluti papaueris succus, & myrrha, & styrax, & crocus.

¶Hac in parte videtur indicare, myrrham & styracem, & crocum numeranda esse inter soporifera, sexto etiam vulga. lectio. 5. commento. 13. expresse indicat voluisse illa esse ex numero medicamẽtorum, quæ soporem inducunt. sic quidem ait, quemadmodum in intestini laxioris doloribus antidota ex opio, alterco, & mandragora, & styrace composita, ista nanq; membra circum refrigerantia, neq; ab hac sententia abludit Dioscorides qui proprijs capitibus, styracem & myrrham soporẽ inducere scripsit: hæc porro nõ videntur cõcinnere cũ ijs quæ capite quod exponimus dicit Gale. vbi ait quę soporem inducunt refrigerare omnia corpus, vt hic nodus dissoluatur, est notandum, quòd quędam medicamenta sunt vere soporifera, quia sua natura soporem inducunt, nimirũ quia sensum stupefaciunt, alia vero sunt soporifera ex accidenti, non infrigidando, sed caput lędendo, quod quidem lęsum aliquando deest in suis operationibus, aliquando vero prorsus priuatur, id genus sunt styrax, myrrha, & crocus, hęc quidem vsq; adeo cerebrum solent offendere, quòd solent dementare, vel mortem inferre, quando ergo parte quam exponimus dicit Gale. quòd myrrha styrax, & crocus induntur in antidota, non vult quòd indantur tanquàm vere soporifera, vult tamen, quòd etiam si in multa quantitate sumpta lædere possunt, quia scilicet possunt dementare vel aliam noxam inferre, eis vtimur quia conuenienti mensura alijs admista iuuare possunt, dicuntur vero aliqua medicamenta somnifera, quatenus dolorem qui insomnia inducit mulcẽt, id genus est oleum anethinum, quod somnum inducere, cap. de anetho. dixit Gale. Cæterum si sic offendere potest crocus, miror vnde emanauit opinio ponendi illum inter cordialia medicamẽta, quòd si ille cerebrum offendere potest, vt possit hominem dementare, non mirum quòd aliquando interimat, & lętitię vel risus notas exhibeat qui moritur. eo enim potest tendere cerebri offensio, vt qui dementatur prę se ferat hilaritatem, ad quem modum dixit Dioscorides, quòd radix solani manici drachmę vnius pondere pota ex vino faciet ſpecies vanas, imagineſq; non iniocundas: quid vero mirum, quòd idem faciat crocus, ad quod forsan respiciens Auic. dixit cap. de croco: quòd dicitur tria grana croci interficere lętificando, sed de ijs multa in meis quinquagenis.

12. Quanq; hactenus differant, quòd calidioribus magis, & magis incidentibus purgatio menstrua nonnunquàm indigeat.

¶Quòd calidiora, & magis incidentia sint exhibenda ad menses promouendos, quàm ad lac prouocandum dicit Gale. sed dicet quispiam, & medicamenta frigida menses promouere dixere autores, nam lactucam syluestrem, & mandragoram menses citare dixit Dioscorides, psilium menses prouocare dixit Plinius. ad hæc dices, quòd medicamenta quę ex se menses mouent, calida natura debent esse donata, contingit tamen menses detineri ob immodicum calorem sanguinem exurentem, & absu-

UVA. BHSC. IyR_342

absumentem: tunc porro medicamenta frigida, quatenus temperaturam calidam temperant, poterunt esse causa, vt menses promoueantur, hoc considerans Aetius, lactucam & alios cibos infrigidantes præscribit ijs, quæ ob nimiam caliditatem non purgantur.

22. Porro simul cibi ac medicamina multi seminis sunt, lini semẽ, & eruca.

¶Non vult, quòd eruca multum semen producat, sed quòd faciat ad excretionem multi seminis, ex ijs patet, non esse dignum quod Galeno tribuatur, id quod legitur tertio libro de medicamentis quæ ad manum sunt vbi eruca ponitur, inter ea quæ veneri repugnant.

22. Quæ refrigerare sunt nota edulia, vim habent semen supprimentem, sicut lactuca.

¶Ex ijs sequitur erasse Auicennam, qui duodecimo tertij cap. 2. dixit: semen lactucæ facere exuberare sperma.

21. Poscunt enim & ipsa incidi quidem, ac non siccari, ceu renum & vesicæ calculi.

¶Quòd calculi medicamenta exiccantia non expostulent, hac parte dicit Gale. si enim aliqua quę exiccant iuuare videmus, non illa hoc faciunt quatenus exiccant, sed quatenus calfaciunt, qua vi lapides scindunt & atterunt, hinc patet, eos qui lithontripon, & alia huiusmodi medicamenta cõposuerunt, scopum quem intendebant non attigisse.

24. Nam per Deos immortales, cur obsecro, napy tapsia pyretrum, capparis, & absolute quæcunq; vrere possunt.

¶Nostra capparis non vrit, capparis tamen quam fert Arabia plurimum habet facultatis aduentis, vt. 7. lib. de simpli. medica. facult. Galenus dicit.

Nam astringens contrahere, constringere, densare, repellere, & incrassare, ad hæc omnia refrigerare, exiccareq; notum est.

¶Videtur insinuare, quòd omnia astringentia sint frigida, sed quòd aliqua astringentia sint calida, ab ipso autore accepimus, qui libro. 9. de simpli. medica. facul. dicit, atramentum sutorium vehementer adstringere, & nõ instrenue calfacere, quando igitur dicit textu quem exponimus, quòd frigidum natum est refrigerare, de ijs quæ simpliciter astringunt est intelligendum, nam astringentia quæ calfaciunt, vt est atramentum sutorium, aliam vim quàm astringendi habent.

De simplicium medicamentorum facultà, sextus liber, quem & quatuor sequentes cursim transibimus, quando de simplicibus medicamentis multi & latis eruditi extant commentarij; hac igitur parte solum quę ab alijs annotata non legi, ipse percurram.

DE agarico rigores per circuitum recurrentes ex crassis aut viscosis humoribus natos sanat.

¶Ante febrium accessiones ad soluendos rigores agaricum exhibet Dioscorides, quod non videtur esse consentaneum medicinę præceptionibus, quibus iubetur, ne tempore accessionis exhibeatur medicamentum purgatorium, vt hic solueretur nodus dixi in inchiridio, quòd medicamenta quæ vim purgandi habent, certam quantitatem definire, quam si non attingunt calfaciunt, vel roborant, vel aperiunt, citrà hoc quod humores subdueant, ad hunc modum multa medicamenta quæ vim purgandi habent, exhibent autores tempore principij accessionis, non intendendo humores purgare, sed calfacere, vel humores attenuare, vel digerere: agaricum igitur datum ante accessiones, si non ea mensura qua purgare solet exhibeatur. solet rigores calfaciendo & humoribus frigidis & crassis reluctando, citra hoc quòd purget, cæterum

UVA. BHSC. IyR_342

rum & aliquando conuenit, vt humores crassi qui enacuationi magnopere reluctantur, tempore paroxismi quod sunt agiliores exhibere medicamētū quod purget, quare nō est ab re ad soluēdos rigores, qui à crassis & viscosis humoribus oriuntur, exhibere agaricum, ea quātitate qua purgare possit, mitto quòd potest exhiberi agaricus in principio accessionum, ad vomitionē mouendam: nec obstat q̄ dicit Dioscorides, quòd vomitum agaricus compescit, nam pituitosa quæ vomitum mouent educendo, potest subuenire vomitui medicina quæ sua natura vomitum mouet. 5

De aloe sanat & vlcera, quæ ad cicatricem duci possunt, & maxime quæ in ano sunt.

¶Si vlcera ani sanat aloes, illam non aperire venas, quæ circa anum sunt contra Mesuem multi ex neotericis contendunt, sed non est inconueniens, quòd extra apposita vlcera sanet, & ebibita venas aperiat, cum quidem est extra, partes amarę non seperantur à partibus adstringentibus, quo fit vt aperire non possint, sicut cum intro sumitur: tunc enim partes aloes secernuntur, illæ vero quæ amarę sunt venas ani attingentes, non mirum quòd illas aperire possint, faciunt vero hoc potius partes amarę aloes quàm medicamentum quod partes adstringentes non habet, quia illæ partes amarę non omnino secretæ à partibus adstringentibus ab ijs intra venarum meditullium intromittuntur, detinenturq; quo fit vt magis venas aperire possint, quàm si sic ab aliqua parte astringente non reconderentur. Cæterū si considerasset Manardus, quòd tempore hyemis hę partes acutę aloes in venis magis detineri possunt, quod ob nomen venas ani magis possunt relerare quàm tempore calido, non taxasset Mesuem, eo quòd scripserit aloem tempore hyemis esse noxiam. Antonius porro Musa suo libello de simplicibus, cum multum satagit Mesuem ab iniuria vendicare, mirum quàm fœde fuerit lapsus, qui dixit, eo tempore hyemis aloem esse noxiam, quia calida est, & vētres hyeme sunt calidissimi, ac si absolute nō essent calidiores æstate, & calor ascititius aeris vel eius qui purgandus est, non magis dehortatur vsum medicamenti calidi, quàm calor naturalis. 10 15 20

De alisson: nuncupata est hæc herba alisson, quòd mirifice iuuet morsos à cane rabido, sed & rabienti quoq; data sępe in totum sanauit, atq; hoc ex totius substātiæ similitudine efficit, dictum prius est talem facultatem ex sola percipi experientia, & plane nulla cōstare methodo. 25

¶Si similitudinem substantiæ dicit habere alisson cum veneno canis rabidi, non video cur morsis à cane rabido succurrat, potius quidem quę antipathiam cum veneno habent solent opitulari, nisi dicas illi esse vim purgatoriam huius veneni, sicut scamonio est vis attrahēdi bilem, attractoq; ab hac herba veneno, per vomitum vel intestina expelli, sed si hanc vim purgatoriam alisson haberet, autores illam non subticerent, forsan vult, quòd ex substantiæ similitudine habeat vim roborandi cor, & vires animales, quod ob nomen præstat opem à cane rabido petitis. Cæterum quod dicit facultatem quæ ex similitudine prouenit sola percipi experientia, & nulla cōstare methodo, sic est intelligendum, quod methodo medicus non attingit an hoc medicamentum habeat substantiam similem vel contrariam, postquàm vero experientia quis videt quòd magnes trahit ferrum, ratione inuestigat, id ad similitudinem substantiæ qua magnes & ferrum videt communicare id esse referendum. 30 35

De amigdalis, quotquot sunt amigdalę dulces, & ipsę leuiculam amaritudinem possident, quæ tamen dulcedine superante occultatur. 40

¶Amaror vtrarumq; amigdalarum est parti terrestri, quo fit vt succus amigdalarum amararum, quia expurgatus est à terrestri parte sit dulcis, qui igitur amaritudine amigdalarum aliquid præstare volunt solum succum non debent exhibere, neq; enim ad necandos vermes vel ad alia quę amaritudine obeuntur valebit, vt tota amigdala esitata vel extra admota.

De anetho, itaque merito in oleo decoctum digerit, dolorem sedat, somnum conciliat. 45

UVA. BHSC. IyR_342

¶Quæ somnum conciliant humida esse superius diximus, oleum igitur anethinum ex se non est somniferum, sed sedando dolorem somnum conciliat, frequens est anethi vsus ad citandum vomitum, sed Dioscorides inflationes soluere & vomitiones compescere dixit, quòd si tam calidum & siccum est vt hac parte dicit Gale. pituitosa attenuãdo potest illa ad excretionem reddere facilia, vnde potest esse causa, vt quæ in ventriculo sunt per superiora vel inferiora excernantur.

De anisо, anisi semen maxime vtile est acre, subamarum, vt prope ad vrentium accedat caliditatem.

¶Vel quod pro anisо vtimur non est anisum, cũ nõ sic caleat, vel ratione soli euenit, quòd apud nos non sic calfaciat, sicut quod in feruida regione producitur.

De piris, proinde pira stomacho grata sunt, & sitim prohibent.

¶Non quicquid est gratum stomacho, est illi vtile, pira quidem licet grata stomacho sint, flatuosa sunt & difficile coquuntur.

De asplenо: asplenum tenuium quidem est partium, nõ tamen calida est herba, hac vtiq; ratione, & lapides frangit, & lienes liquat.

¶Cum. 13. metho. efficaciorem vim tribuat Gale. asplenо quàm eupatorio, mirum quòd hac parte dicat, asplenum non esse calidam herbam: iam vero quòd non sit calida herba, inuersus est textus, melius quidem quadrat, vt legatur, asplenum non est calida herba, est tamen tenuium partium, hac vtiq; ratione, & lapides frangit & lienes liquat, sed certe illa partium tenuitas non est citra calorem nec sola tenuitate partium medicamen lapides frangere potest, quare textus debet esse depravatus, legendum reor, non tamen vehementer calida herba, dixit enim. 9. lib. de locali. medica. quæ lieni affecto debent conuenire, debere esse attenuantia, citra insignem caliditatem.

De atriplice: semen eius abstergendi vim habet, itaq; ad auriginẽ ex pituitæ infarctu prognatam, vtilis est.

¶Ex hac parte colligit Michael Villanouanus, auriginem aliquam oriri à pituita: ijs certe nos nõ contradicimus, nam licet aurigo sympthoma sit bilis, potest pituita infarciendo meatus facere, vt bilis ad extremas partes demãdetur, quòd si vim habet purgandi per vomitum & aluum atriplex, vt aliqui scripserunt, & aliter quàm abstergendo poteris ictericos iuuare, quare non est cur Villanouanus dignum annotatione suum theorema putasset.

De buglosso, humidæ calidæq; temperaturæ est, itaq; vinis iniectum lætitiæ ac hilaritatis causam esse creditum est.

¶Creditum esse hilaritatis causam buglossum vino iniectum dicit Galen. qua dicendi forma insinuat, non tantum ad cor roborandum buglosso illetribuere, vt medici Arabes & illos sectantes tribuerunt.

De glyciriza: quocirca fuerit sane natura eius familiaris nostrę temperaturæ, nam tale monstratum est esse dulce, sed cum adstrictio quædam adiuncta sit.

¶Si glyciriza adstringens quid habet, ad quid syrupum de glyciriza aqua rosacea esse conficiendum Mesues voluit, nam si aquam rosaceam valere credidit ad roborandas pectoris partes, rebus mollientibus debilitatas, id adstringens pars glycirize effiecre potest, quòd si maiorem adstrictionem esse necessariam cum multa est lenitio sensit, cur in syrupo ex hyssopo de violis & alijs quæ non minus quàm syrupus de glyciriza pectus leniunt aquam rosaceam vel aliud adstringens non miscuit, sed ille forsan per aquam rosaceam non intellexit, quæ per destillationem, sed quæ per lęuem coctionem ex rosis extrahitur, hæc porro non adstringit, sed lenit.

De pœonia est porro omnino resiccatoria, eapropter haud despe raverim, eam è collo pueris suspensam merito comitialem morbum sanare.

¶Historiam

UVA. BHSC. IyR_342

¶Hiſtoriam ponit Galen.de puero qui protinus radice pœonię collo admota liber euaſit ab epilepſia,qua radice ſemota in eundem morbum illico incidit,dicitq; id fieri,vel vaporibus pœonię in cerebrum delatis,vel aere alterato, ſed ſane non videtur ſola ſiccitate, tam breui tantam opem potuiſſe pręſtare pœoniam,cum alia ſunt quę efficacius exiccant,& tam facile epilepſiam non tollunt,potius quidem videtur amuleti vicem quàm medicamenti exiccantis in illo puero pœoniã habuiſſe,neq; ad vim exiccatoriam videtur reducendum,id quod in alcis vngula videmus,quę bre ui digito eius qui comitialem morbum habet appoſita,ſolet illum excitare,mirum dictu,quantum iuuare ſoleat hęc vngula , cuius non recordor legiſſe antiquos mentionem feciſſe, & vocant hoc animal hircoceruum. miror vero cur Olaus magnus lib.18. cap.1. hiſtoriæ gentium Septentrionalium,alces dicat eſſe onagros,onager enim vt ex Plin.8.lib.cap.44. habemus,aſinus eſt ſyluеſter, cui non ſunt cornua alci vero vel hircocerуo longa ſunt cornua.

Ibi,Quin etiam ſi compluribus linis,& maxime,marinæ purpuræ collo viperæ iniectis illis viperam præfoces,eaq; poſtea cuiuſpiam collo obuincias mire profuerit,tum pariſthimijs &c.

¶Purpuram habere lanuginem falſo credidit Vergilius Marcellus, comment.in Dioſco , cum em̃ hic & apud Paulum audis maxime marinę purpuræ non intelligas filum ex purpura eſſe excerptum,ſed ſanguine purpuræ tinctum,annotaui hoc libro de arte curatiua,quod prius aduertiſſe legi Ianuum cornarium.

De althea:magis exiccatoriã facultatẽ habet radix altheæ,q̃ folia.

¶Hinc liquido colligitur,errare chirurgos , qui ad leniendum vel ſuppurandum præferunt radicem altheæ folijs.

De aſaro huius herbæ radices vtiles ſunt facultate ſimiles radicibus acori,intenſiores tamen.

¶Matthiolus,non vult in ijs aſſentire Galeno,dicens nullam eſſe vim deiectoriam in acoro,& eſſe manifeſtam in aſaro,ſed cum Gale.dicat eſſe intenſiores vires in aſaro,non negauit aliud poſſe aſarum,quàm acorum.aloes non purgat humores pituitoſos quos purgat roborata à medicamentis calfacientibus,igitur aſarum vt eſt calidius acoro ſic poteſt nanciſci vim purgatoriam, quam non nanciſcitur acorus,& forſan acorus iuxta Galenum purgat licet remiſſe.

De epithimo,epithimum thimi facultatem habet.

¶Non inſinuat Gale.hoc loco, quòd epithimum habeat facultatem purgatoriam, libro tamen de theriaca ad piſonem,epithimum quod importatur ab attica, atrę bilis humorem purgare dicit,vn de colligitur non in omni epithimo hanc vim ille vidiſſe.

De mãdragora,mãdragora vincentẽ habet facultatẽ refrigeratoriã.

¶Cum mandragora vſq; adeo frigida ſit,quòd ſtuporem inducit,mirum q; dicat Dioſco.q; menſes & partus expellit,poteſt quidem eſſe cauſa partus expulſionis extinguendo fœtum , ad cuius expulſionem ſequitur menſium expulſio , ſed per ſe non debet menſes ciere,nec vuluas purgare, conſulto quidem hanc vim ſubticuit Gal.quare non eſt aſſentiendum ijs qui dicunt, Rachelem peciſſe mandragoras,quia adiuuant ad fœcundationem , hoc enim ex textu Geneſis non colligitur. colligitur tamen eſſe mandragoras in illa regione frequentes in cibis, ciboq; eſſe idoneas mandragoras dicit Ariſto.lib.de ſomno & vigilia.

De menta,habet menta quiddam amarum inſe,& acerbũ,illo quidem lumbricos interficit recentes,ſanguinis reiectiones reprimit.

¶Mentã reprimere ſanguinẽ ſcribit Gal.at Aetius ſermone.2.ſecundę partis.cap.95.numerat mentam inter pharmaca quę vim habent eliciendi ſanguinẽ, ſed non mirum,quòd extra admota aliud quàm ebibita faciat . Cæterum ſi verum eſt quod refert Tiraquellus lib . de legibus cõnubialibus mẽta potius ſanguinem profluere facit quàm illum cõpeſcit, dicit quidem à viro rei medicę peritiſsimo ſe audiſſe,medicum illum eſſe expertum,vt qua die quis mentam manducauerit,ſi vulneraretur tantum inde fieri ſanguinis profluuium,vt vix vlla arte ſiſti poſſet,vnde dicit patere veritatem illius problematis,mentam in bello nec edito , nec ſerito , ego vero illius medici experien-

UVA. BHSC. IyR_342

tiæ non video cur ſit acquieſcendum, primo quia eſt citra vllam rationem, ſecundo quia ille non poterat habere exploratum, quod menta illius profluuij ſanguinis cauſa fuiſſet, nam alia præter mentam comedere debuerunt illi quos narrat, qui vulnerati erant, tertio quia non eſt tam frequens in cibis menta, quòd de multis vulneratis experientiam ille ſumere potuiſſet, quare fallax eſt ſuum experimentum, credo porro cauſam illius problematis inde emanaſſe, quòd autore Dionyſio Vticenſi. 12. lib. agriculturæ cap. 34. ſi menta in vulnere exhibita fuerit, huic nõ facile id ipſum ſaneſcit.

Septimus liber de Simplicium medicamentorum facultatibus.

DE calamintha, aſcarides & lumbricos ſuccus eius enecat.

¶Ex hac parte, & ex iis quæ lib. de differentijs morborum annotauimus, patet verum eſſe quod libro de arte curatiua diximus, quòd aſcarides in numero lumbricorum non ponantur à Galeno.

De coriandro: refrigeratoriam ipſam herbam Dioſcorides dictitat, ſed perperam, ſiquidem ex contrarijs qualitatibus conſtat, & compoſita eſt, plurimum habens eſſentiæ amaræ.

¶Non abnuimus ex contrarijs facultatibus conſtare noſtrum coriandrum, ſed certe in eo vincit pars aquea amaram, plurimum quidem eſſentiæ amaræ in noſtro coriandro non reperimus, quare aſſerere refrigeratoriam herbam eſſe nõſtrum coriandrum nõ eſt ſcrupulus. Hippoc. porro. 2. lib. de dieta ſententię Galeni adſtipulatur, qua parte dicit, ſomnum conciliare coriandrum, quod potius ſupra frigiditatem quàm caliditatem atteſtatur.

De cera: quodammodo medium tenet calfacientiũ, & refrigerantiũ.

¶Gale. cap. de plumbo, eo quòd igni plumbum admotum ęquiter fundatur, fluatq; colligit illud multum habere ſubſtantiæ humidæ à frigore coactæ hincq; vult colligere, plumbum eſſe frigidi temperamenti, ex qua ratione videtur ſequi, ceram eſſe frigidi temperamenti, quòd qui conceſſerit, dicet ſubſtantiam cerę frigidam eſſe, habereq; aliquas partes caloris à melle mutuatas, quarum ratione digerit.

De prunis: cæterum haud ſcio cur Dioſcori. pruna damaſcena ſiccata ventrem ſiſtere dicat, cum & ipſa palam etiam ſubducant.

¶Antonius Muſa ſuo libello de ſimplicibus ab iniuria conatur vindicare Dioſcoridem, dicens q; dixit pruna ſiccata, ac ſi hoc præteriſſet Galenum, qui ipſiſsima verba Dioſcoridis refert. quòd ſi ſiccata voluit Dioſcorides, ita quòd citra hoc quòd aqua madefiant & molliantur comedantur, non mirum quòd ſic ventrem non molliant, pruna enim quæ apud nos exiccantur vt ventrẽ molliant, aqua vel alio liquore prius humectantur.

De croco, paululum quòd etiam adſtringens quid obtinet, ſed ſuperat in eo calfaciens qualitas, & facultas, vt tota eius eſſentia ſecundi ſit ordinis excalfacientium, & primi exiccantium.

¶Non video in croco qualitatem eſſe qua cibi faſtidium, ſic vt Auicenna ſenſit inferat, nam ſi adſtringens quid obtinet, & exiccantis facultatis eſt, potius videtur appetentiam poſſe conciliare, quàm illã deijcere, ſolum Symeonẽ ſeti legi Auicennæ adſtipulari, cũ multa quãtitas croci ſumit.

De thure: thus excalfacit ordine ſecundo, & deſsicat primo, habet quoq; adſtrictionem puſillam.

¶Si has qualitates obtinet thus, mirũ q; inter ea q̃ pus mouẽt ponat illud Gal. 5. lib. de ſimp. medi. facul. cap. 8. ea em̃ q̃ pus mouẽt calida & humida debẽt eſſe. Cęterũ vbi in hoc capite legit ramus

eius

UVA. BHSC. IyR_342

eius calidioris facultatis quàm ipsum thus, legendum esse suliginem thuris non absre fuit suspicatus Matthiolus Senensis.

Est vero lini semen in primo ordine quodammodo calidum.

¶Refrigerare lini semen dixit. 4. lib. de ratione victus in morbis acutis. cap. 101. cum de lini semine fit mentio, occurrit illud quod. 19. lib. in procœmio dicit Plin. inter hortensia potest linum, sed in qua non occurret vitæ parte, quodue miraculum maius, herbam esse quæ admoueat Aegyptum Italiæ, deniq; tam paruo semine nasci quod orbem terrarum vltro citroq; portet, dicit hęc Plin. quia ex lino fiunt vela. quòd si suo tempore ex lino chartę fierent, augere posset ille admirationem, admouent, quidem chartę regna regnis, illaq; dimouent, sunt quidem sapientię & fidei promptuaria, quare portant homines & tandem vniuersum orbem.

De macere, ex mista videtur constare essentia, pleraq; terrena frigida paucula vero calida.

¶Quod macer multum calfaciat, & contra id quod hac parte dixit, scriptum est sexto localium, sed textus est vitiatus vt ibi dicemus.

De cerasso, austera acida pituitosis excrementosisq; stomachis sunt apta.

¶Apta sunt ad incidendum, sed si ventriculus sua natura frigidus est, causa solent esse hæc cerasa, vt excrementa pituito a generentur.

De mastiche, mastiche candida quidem & chia consueto more cognominata quodammodo ex contrarijs cõposita facultatibus adstringente videlicet & emolliente.

¶Hac vi emolliente debet mastiche lubricam facere aluum, quare ad dei ciendam aluum eam proprinauit Aetius cap. de pleuritide, non igitur vbi multa astrictio exigitur tantum mastichi est fidendum quantum medici fidunt.

De malo citrio in semine vincentẽ habens qualitatẽ acidã & siccã.

¶Melius leges iuxta semen. nam semen citri non habet acidam qualitatem vincentem.

De melle sed & sacchar vt vocant quod ex India, atque felici arabia conuehitur.

¶Hac parte satis perspicue indicat Gal. saccharum sua ætate à Romanis esse cognitum, Seneca poro lib. duodecimo octagesimaquarta epistola idem insinuat, inquit enim, aiunt inueniri apud Indos mel in arundinum foliis, quod aut ros illius cæli, aut ipsius arundinis humor dulcis & pinguior gignat, hæc ille, miror vero quòd huius autoritatis nullus (quod equidem sciam) fecerit mentionem, ex ijs porro quę hi celebres autores dicunt, colligitur modum parandi saccharum tunc temporis non esse inuentum.

Ibi nec sitim afferens.

¶Fatetur Galen. saccharum esse dulce, licet minus melle, cum vero dulce sit, non est cur sitim non afferat, præcipue in biliosis.

De melisophilo, marrubio simile est facultate, sed plurimum ab eo vincitur, quam ob rem nec vtitur eo quispiam

¶Nunc non parui penditur melisophilum, quod inter medicamenta quæ cordialia medici appellant, numerandum censent.

Octauus Liber de Simplicium medicamentorum facultatibus.

DE nardo, nardus excalfacit excessu primo, desiccat & secundo iam completo.

¶A caliditate & siccitate nardi quid putauit Mesues rhabarbaro medicamẽto calido &

UVA. BHSC. IyR_342

ficco mutuandum, vt nunquàm in adhibitione rhabarbari prętermittendam nardum ſuaſerit, lõge aliter de nardo quidã ſenſere qui eius vſum omo abdicarũt, credẽtes aliquid deleterij in eo eſſe.

De nerio, foris quidem illitus, digerendi vim obtinet, ſi intro in corpus aſſumatur pernicioſus, ac venenoſus, non tantum hominibus, ſed plęriſq; etiam pecudibus eſt.

¶Dioſco. hominibus contra ſerpentiũ morſus eſſe præſidia flores & folia huius fruticis dicit, quare credo in Gale. textum eſſe deprauatum, niſi quis credat, quòd vinum facit ex veneno medicamẽtum, vel quòd prodeſt cum eſt venenum ſerpentum, & cum nõ eſt venenum offendit, vt de aconito dixit Plinius, ſed cum veſtigia dioſcoridis in enarrandis medicamentorum viribus Gale. præcipue ſequatur, textum eſſe deprauatum credo.

De marrubio, quin & per nares auriginem purgat.

¶Solam affectionem oculorum vulgus vocat auriginem, ad quem modum loquitur hic Galenus, per nares quidem attractus ſuccus marrubij expurgat oculos, non tamen poteſt purgare affectionem hepatis, quæ plurima ex parte eſt auriginis origo.

De chameleone, chameleonis radix nigri quidem lethale quiddam obtinet.

¶Matthiolus Senẽſis, fortaſſe in hac re erraſſe Galenum dicit, cũ in omnibus ſit inconfeſſo, quòd ſi in altero duorum aliqua deleteria vis inſit, ea potius in albo quàm in nigro eſſe poſsit, hęc Matthiolus, qui cum intendidit Galenum ſugillare, aliam rationem quam præbuit debuiſſet excogitare, non enim omnibus eſt in confeſſo quòd ſi in altero duorũ ſit vis lethalis, quòd potius ſit in nigro, cum hoc non eſt confeſſum Galeno, nec Paulo, nec Dioſcoridi: quem in ſuum patrociniũ citat, quippe qui radicem chameleonis albi potione præbet, radicem vero chameleonis nigri non dicit bibendam ſolum eius decocto colluere os permittit, neq; obſtat quòd dicit quòd occidit canes & ſues, & mures radix chameleonis albi, nam non eſt inconueniens, quòd hęc animalia interimat, & non offendat hominem, nam decoctum aſparagorum (teſte eodem dioſcoride) interficit canes, & non offendit homines.

De palma, cum ędendo ſit multo eſt vſui, non tantum foris impoſitus, vbi quid roborare contrahere & ſtipare denſareq; conſilium eſt.

¶Si hanc naturam habet fructus palmæ, neſcio vnde dimanauit, vt parturientibus vulgus medicorum illum tantum commendet.

De raphano facultas ineſt ei digerendi.

¶Eſt raphano facultas diſtribuendi, Auicenna vero pro digerendi concoquendi fuit interpretatus, at licet raphanus cibos diſtribuere faciat, parum vel nihil agit ad eorum coctionem, non ab re hic venit notandum, quòd radice & radicula medici frequenter pro raphano vtuntur. ſunt vero aliqui qui reprehendunt eos qui raphanum ſub nomine radiculæ intelligunt, dicentes eſſe herbam lanariam, ego non refragor, quòd radicula ſit herba lanaria, ſed hoc non obſtat, quominus ſignificet etiam rhaphanum, quod illum ſignificare claret, ex ijs quæ dicit Celſus. 2. lib. cap. 22. qui numerans cibos acres, numerat allium, cepam, erucam, rutam, naſturtium, ſynapim, radiculam, qua parte quod non intelligat herbam lanariam, ſed rhaphanum, notius eſt quàm vt à me explicari deſideret, ex quibus etiam fit notum, erraſſe Amatum Luſitanum, qui commentarijs in Dioſcoridem cap. de rhaphano dixit raphanum & radiculam generis eſſe nomina, & errare medicos qui ad ſatiuum tantum rhaphanum & radiculam referunt. ſed quòd Celſo de cibis loquenti radicula ſumatur ſolum pro rhaphano ſatiuo, notum eſt.

De rha, adſtrictionis opera in rha non inſtrenua ſunt.

¶In hac radice quæ certe debuit eſſe alia ab ea qua nos vtimur, vim purgatoriam non reperit Gal. Dioſco. efficaciter illam adſtringere dixit, quod ob nomen ſubuenit ijs qui ex alto ceciderunt, vt dicit dioſcori. Meſues porro hoc accipiens & nõ conſiderans, quod rha de quo loquebatur optime vẽtrem ſubducebat, illud ad caſus exhibere monuit, ac ſi vim purgatoriam in illo vt Dioſco. in

ſuo

UVA. BHSC. IyR_342

ſuo rha non agnouiſſet, error quidem eſt (vt in inchiridio dixi) ijs qui ceciderunt illico purgatorium medicamentum exhibere, ſed de ijs citato loco multa.

De cichorio, cichorium eſt ſiccæ & frigidæ temperaturæ.

¶Si exiccat cichorium, ad febres quæ humectatione egent nō tantum, vt herbæ quę infrigidando humectant valet.

De ſion, ſion quantum guſtu odoratum eſt.

¶Legè quantum guſtu eſt aromaticum, ideſt quantum guſtu aromatis naturam refert.

De apio, flatus diſcutit.

¶Hoc ob nomen in documento de puero epileptico exhibendum iubet, huius opiniōis fuit Quintus ſerenus, quibus Plinius, & vulgata medicorum opinio non ſuffragantur.

De roſis, flos earum magis etiam ipſis roſis adſtringit.

¶Plinius florem roſarum eſſe quod nos vocamus folia voluit, ſic inquit. 21. lib. cap. 7. quorundam flos tantum iocundus, reliquæ partes ignauæ, vt violę ac roſæ.

De ſchinuanthos, prodeſt & iecoris & ſtomachi & ventris phlegmonis.

¶Phlegmon fuſa ſignificatione omnem tumorem complectitur, porro prodeſt ſchinuanthos præcipue œdematibus, nec inutilis eſt in progreſſu inflammationum calidarum.

De hyoſciamo, fugiendi ſunt vt venenoſi.

¶Multæ confectiones ſunt ſcriptæ libris de medicamentis locali. quæ multum habent hyoſciami, id vero quod ſcriptum eſt libro de medicamentis paratu facilibus, quòd hyoſciamum eſt applicādum parotidibus, monſtrat Galeni non eſſe citatum libellum.

De ocimo, habet retrimentitiam humiditatem, proinde nec commodum eſt, quòd in corpus ſumatur.

¶Longè aliter ſentiere Arabes, qui in omnibus electuarijs quæ ad ventriculum & cor agunt, poſuere ocimum.

Liber nonus de ſimplicium medicamentorum facultatibus.

2. VM iterum Romam pedeſtri peterem itinere.

¶Ideſt per terram, nam non nauigatione Romam petiſſe, ſed per terram petiſſe dicit, quod ex præcedentibus colligitur, nā non intelligas igitur, q̄ pedeſter ambulauit.

Ibi. Vt rabientis canis morſum, etiam ſanare diceret vlceri ex aceto impenſe acri impoſitam lemniam.

¶Manifeſtis qualitatibus hoc remedium noceret, quia aſtringit, ſed quia lemnia terra poteſt antipathia quadam virus canis rabidi enecare, ideo mirè prodeſſe poterit.

Quare hos euidenter bolus armenia adiuuit, quin & eos qui Romæ agunt, qui aſsiduæ difficultate ſpirandi diſcruciantur.

¶Bolus Armenia ad deſtillationem cohibendam prodeſt, ſed quatenus humores ad pulmones iam defluxos obtrudit, magnopere poteſt nocere.

De iaſpide, iaſpis viridis ſtomachum adheſu vētriſq; os adiuuans.

¶Quæ de iaſpide viridi dixit Galen. corallio tribuit Auicen. debuit forſan habere textum deprauatum, legit corallum parte qua iaſpis legendum erat.

De chiſtos, porro cū lapidibus omnibus commune ſint vt deſiccent.

¶Cum omnes lapides deſiccent, abſurde faciunt, qui in frequenti vſu habent miſcellas ex lapidibus propinare febrientibus, nam incerta eſt arcana qualitas, quæ ijs irrogatur, aperta tamen eſt vis deſicandi, qua febrientibus nocere poſſunt.

UVA. BHSC. IyR_342

De ſaphiro, ictos ab ſcorpio iuuare creditur.

¶Et vitum corroborare multi credũt, hãc vero vim nullus ex claſsicis autoribus illi tribuit, Dioſcorides dicit excreſcentia in oculis inhibere, cum hæc faciat hic lapis, ſatis debet exiccare, quare in febribus vbi humectationem quęrimus non eſt cur electuarijs adhibeatur, nullus quidem ex præſtantiſsimis medicis dixit illum vim habere corroborandi. Cæterum quia excrecentijs oculorum mederi poſſe ſaphirũ dixit Dioſ. ſumſere aliqui occaſionem, q̃ vim habeat oculos corroborãdi.

De cœruleo, hoc medicamen acri facultate eſt, tum detrahendi, quam catharticam vocant.

¶Hinc patet, erraſſe Manardum, qui in annotationibus Meſuę dixit, purgatoriam vim huic medicamento antiquos non dediſſe.

25. Quod eſt de metallicis medicamentis, ſed quemadmodum à nobis ex terra figulina, dolia, & fictilia, ollæq̃, & alia huiuſmodi parantur per ignem, qui torrendo humiditatem abſumit, eundem in modum in terra caliditate diutina miſtam ex terra & aqua nonnunquàm aere ſubſtantiam vniente temperanteq̃ ac poſtea deſsicante, metallicorum medicamentorum proueniunt conſiſtentiæ.

¶In vna parte huius capitis videtur Gale. ſentire, quòd à calore coquente & indurante fiant metalla, in alia parte cum dicit locorum in quibus proueniunt natura, prout plus minuſq̃ eſt frigida, alia plus, alia minus, congelat ac cogit, videtur indicare, à frigiditate generari metalla, & hæc eſt diſcordia, quam aliqui dicunt eſſe inter Ariſto. & Albertum magnum, illo à frigore cogi metalla dicente, hoc à calore illa formari. Ariſt. tamen. 3. meteoro. cap. vltimo non exprimit, quòd à frigiditate cogantur metalla, ſed quòd comprimantur à ſiccitate, nec credo illum negaſſe halitum quem materiam metallorum appellat, antequàm comprimatur, à calore eſſe concoctum, à caloreq̃ formam ſuſcepiſſe, ad quem modum debuit intelligere Galen. cum à caliditate dicit fieri conſiſtentias metallorum, ideſt maſſas quas poſtea à frigiditate cogi dicit, atq̃ ad euincendam eorum opinionem, qui à ſolo calore indurante metalla fieri dicunt ſat eſt conſiderare, quòd à calore eliquãtur, ſi de ijs multa vis videre, lege quæ dixit Georgius Agricola. 5. lib. de cauſis ſubterraneorum, quem miror ad vnguem non expendiſſe ſententiam Ariſto. neq̃ ſententiæ Galen. memoriam feciſſe.

De gypſo, quamobrem ſiccis medicamentis, qui ad ſanguinis accõmodantur eruptionem, vtiliter cõmiſcentur, nam & ipſa per ſe lapidoſa fit cocta ac congelata, proinde rigare, diluereq̃ illam excogitaui, tenui alboq̃ oui liquore, quod ad opthalmias vtile eſt admiſto, quod in farina triticea eſt polinis tenuiſsimi.

¶Videtur hic inſinuatum, quòd gypſum admiſtum albo oui liquori ſit vtile ad opthalmias, quo nil eſſet abſurdius, voluit Gale. licet male ſit interpretatum, quod album oui eſt vtile ad opthalmias, ſed certe tractans Gale. de vi gypſi, & de ijs quæ medentur ſanguinis eruptionibus, à re videtur inferere, quòd album oui ſit vtile ad opthalmias, quare puto, quòd vbi legitur ad opthalmias, ad ſanguinis è naribus profluuia, eſſe legendum.

De ſquamma, ſquamma alia eſt ferri, alia ſtomomatis.

¶Stomoma Plinius & Dioſcorides ſubtiliſsimam æris ſummam decuſſam appellant. Ariſto. 4. lib. meteo. ferrum depurgatum, cui in hac parte videtur accedere Gale. porro limaturam ferri inter venena numerat Auicenna, ſed experientia diſcimus, illam venenum non eſſe, ſed magnopere ſubuenire ijs qui obſtructione lienis laborant.

De pompholige, pompholix fit in æris fornacibus.

¶Nunc pro ſpodio vtuntur cinere dentium elephantum, hoc dicunt eſſe medicamen corroborans: ſed ego neſcio quid cordiale in hoc cinere reperiunt, iam vero quòd dentes elephanti hanc vim haberent, (quòd nullus conceſsit autor) cum ſunt combuſti plane à ſua natura ſunt commutati.

UVA. BHSC. IyR_342

tati. Cæterum & quia euidenter astringunt, febrientibus quorum meatus apertionem exposcunt, non essent exhibendi.

De misy: sory tamen non liquescit, nimirum quòd lapidosus sit.

¶Lib. 1. de compositione medicamentorum per genera, capite de emplastris quæ ex argenti spuma parantur, sory fundi non negauit, cum libros de simplicium medicamentorum facultatibus scripserat forlan id re non didicerat: sicut cum libros de compositione medicamentorum per genera scripsit. cum enim sory ægerrime liquescat, ratione quòd sit multum lapidosum desperauit illud posse liquefieri, postea experientia didicit, quòd etsi difficilime fundatur, quòd possit fundi.

Plumbum facultatis est refrigeratoriæ, siquidem non modo multã habet substantiam humidam, sed & aeream: paucam autem terream.

¶Non videntur hæc quæ dicit Gale. prorsus esse indicia frigiditatis, magis videntur esse humiditatis indicia, nisi dicas, quòd si multa substantia terrea esset, colligere possemus, id euenisse ex calore multum exiccante, ex ijs vero quæ hac parte dicit Gale. colligitur, non esse ad eius sententiã, quòd plumbum admodum sit ponderosum, eo quòd multam substantiam habeat terream, licet ad hanc fere omnes neoterici illius pondus referant, est substantia plumbi nimis crassa & densa, quæ cũ tot partes calidas vt reliqua metalla admixtas non habeat, satis ponderis habet, est plumbum velut later non coctus, cetera metalla vt lateres qui igne sunt multum cocti.

De hydrargiro, hydrargiros, non est ex sponte nascentibus, nullum feci periculum, neque quòd interimat si deuoretur, neque vbi foris admota sit.

¶Duplicis generis argenti viui facit mentionem Dioscorides. vnum dicit esse ex sponte nascentibus, alterum ex minio factum. Gal. porro solum vnum genus ponit, non apparet cognouisse illum illud argentum viuum, quod sponte nascitur. Cæterum hac parte dicit non fecisse periculum argenti viui, sexto tamen vulga. commen. 6. tex. 5. insinuat pernicialem vim illud habere.

Liber decimus de Simplicium medicamentorum facultatibus.

IN procœmio scribit Xenocrates quosnam affectus curare valeant capitis suræ, & digitorum humanorum vsta, hæc lane tametsi contra leges sunt.

¶Lib. 11. cap. de ossibus, non videtur repugnare, quòd ossa humana exhibeantur de qua re ibi.

Ibi. Estq; probum grauius homini modesto audire stercoriuorum, quàm fellatorem, aut cinendum, & inter fellatores magis execramur, qui phœnicissant quàm qui lesbiantur.

¶Quinto de historijs anima. cap. 5. tractans Aristote. de ijs qui credunt pisces ore concipere, dicit apud phœnicem pisces vel mutuo sexuum aspectu capi accepimus, subdit sed deuoratio illa seminis genitalis quia sæpius cernitur argumentum coitus talis ementitur, quibus verbis putabit aliquis, Aristotelem voluisse, frequenter videri apud phœnicem pisces vorare semen, vnde homines qui semen vorant, dicantur phœnicissantes, & lesbiatores qui irruminant, & iuxta hæc facilis esset textus Gale. sed credo equidem textum esse deprauatum, phœnicissant enim proprie iuxta ea quę dixit Gale. 6. de locis affect. qui vehementer amant, non est vero cur magis hos execremur, quam qui lesbiantur, legendum enim est phœnisant, phœni sunt populi Sarmatiæ, quorum gens cruorem eius quem primum interimit, ex ipsius vulneribus bibit, Sarmatis hunc esse morem scribit Pomponius Mela lib. 2. cap. 1. phœnos esse Sarmatiæ populos omnes geographi concedunt, de qua re vide Volateranum. 7. lib. cap. de Sarmatia Europea, vult igitur hac parte Gale. quòd magis execramur, eum qui cruorem eius quem interimit ex illius vulneribus ebibit, quàm eos qui lesbian-

tur,

UVA. BHSC. IyR_342

tur,ideſt quàm eos qui virilia intra os ſuſcipiunt,& illa perinde ac papillas exugunt,ſed certe multo execrabilius eſt hoc,quàm ex hoſtis vulnere ſanguinem ſugere, maledicus vero Ariſtophanes, turpi conuicio medicos vocauit ſtercoriuoros.ſed vt omnis tollatur ſcrupulus,ad id qđ de phœniſſantibus diximus regrediamur, cæterum ſi phœniciſſare vis legere, deducto vocabulo à phœnis populis non repugno: ad quem modum intelligemus illud Luciani in apophrade, leſbiari:& phœniciſſare:licet Brodæus in ſuis miſcellaneis pro turpi libidine dicat hoc dictum à Luciano,ſed qua turpi libidine vſi fuerint phœnices, vel phœni non explicat. certe iam quòd turpi libidine vſi fuerint phœnices,ſententiæ Galeni nil magis quadrat quàm id quod expoſuimus. nec mirum quòd autoribus hi qui ſemen genitale ſugendo deuorabant,dicerentur phœniſſantes, vel phœniciſſantes,ad ſimilitudinem eorum qui vulnerum ſanguinem ſugebant,volebant forte illo verbo ſignificare,ſemen ſic deuoratum ſugi,velut ex hoſtis vulnere.

De ſanguine ſuillo, itaq; quiſquis ſanguinem humanum morbo alicui vtilem eſſe ait, in ſuillo primum id comprobet.

¶Faciant hoc qui ſanguine humano reſtitui maraſmo affectos ſcribunt.id etiam facere debuiſſent ægyptij,qui vt autor eſt Plinius.26.lib.cap.1.cum reges elephantia prehendebantur in balineis ſolia temperabantur humano ſanguine, crudeliſsimum hoc, quod poterat penſare ſanguis ſuillus. Cæterum ab ægyptijs debuit eſſe admonitus Conſtantinus Cæſar, vt balnea ex ſanguine humano parare iuſsiſſet ad extirpandam elephantiam qua afficiebatur. nam apud medicos Græcos vel Latinos id genus remedij non legi vſurpatum.

De ſero,ſic mihi videntur etiam medici ad venena quę eroſione interimunt lac dari ſuadere,velut ſunt lepus marinus,& cantharis.

¶Cum ratione faciunt,qui ad venena quæ eroſione interimunt lac exhibent,ſua enim lenitudine obluctatur venenorum acrimoniæ ſeroſa parte venenum excernit,& parte craſsiori obtegit membra,& à veneno defendit,quantam vero vtilitatem illud afferat, re ipſa in tribus qui ſimul arſenicum epotarunt,didici:atq; vt rem apertius exponam,quæ ijs contigerunt enarrare volo,vnus puer horum in carcere fuit detruſus, ob delicta patibulo tradendus, mortis genus non latuit matrẽ, quid porro nõ facit vel tantilla honoris ſcintilla,ſiquidem mater maternæ charitatis prorſus obli ta, venenum edulio miſtum mittit filio,vt is ſcilicet qui mortem non poterat fugere, ſaltim mortis ignominioſum fugeret genus, edulium ſuſcepit filius,ad quod tanquàm ad opiparum conuiuiũ inuitat duos ſocios,in eſca latebat venenum conuiuij ſimbolum, quod miſeri breui perſentiſcunt, lac abunde prębui (multa quidem eius copia erat ad manum) breui lac ſed iam coagulatum euomuerunt,vix certe duarum horarum interuallo coagulo ſic poteſt lac cogi, ſicut arſenicum ſpatio quo oratio Dominica recitatur lac coagulauit, porro cum hæc coroſiua medicamenta tã breui lac coagulent,danda eſt opera,vt exhibito lacte procuretur vomitus,nam ſi detinetur coagulabitur,coagulatumq; duplici de nomine offendet, primo quia coagulatum lac eſt pernicioſum, ſecundo quia venenum in ventriculo detinebit,ibiq; illud agglutinabit, quod agglutinatum ſenſim corodet,non nego tamen,quòd ab ipſo lacte coagulato acrimonia hebetetur arſenici.

De lacte,dein de lacte aliorum animalium,quæ quidem ab humana natura non longiſsime abſunt,id quod ſcies ex carnium odore, nã faſtidioſus & iniocundus eorum quæ multum diuerſam habent temperiem,ceu canis,lupi,leonis,non iniocundus eorum quę non abſunt, vt ſuis,capræ,equæ,aſinæ.

¶Alicui videbitur,quod homo calidiſsimus non ſit propinquior naturæ aſini quàm temperaturæ canis,nam vt mittam mores,qui corporis temperaturas ſequuntur, carne canis ad hominum cibum vſus fuit Hippocra. & non carne aſini, hic vero dicit animalia carniuora lac habere minime iocundum quia carnibus crudis,& ſæpe putridis veſcuntur,quo fit,vt fœtorem carnes horum animalium contrahant,& certe creditu dignum eſt, quòd canes quorum carnes adhibebat Hippocr. quòd conuenienter erant aliti.porro quàm incontinenter animalia carniuora cibo vtantur,videbis apud Ariſtotelem.8.de Hiſto. anima.cap.5.

De

UVA. BHSC. IyR_342

De coagulo, sed & lac in ventre coagulatum dissoluere.

¶Lac in ventre coagulatum à frigido dissoluit coagulum, quod si à calido coagulatum est, dubito quòd à coagulo dissoluatur, sane in externis non videmus, quòd lac à coagulo coagulatum à coagulo dissoluatur, licet contrarium dicat Matthiolus Senensis commentarijs in. 6. lib. Dioscoridis cap. 26. neq; ijs obstat, quòd citato loco dicit Dioscorides quòd coagulum q; iuuat eos qui coagulatum lac hauserunt, & lac sic haustum à coagulo fuit coagulatum, ad hoc dicemus, quòd in hac re magis assentimur Galeno, qui non dixit simpliciter ad omne lac coagulatum coagulum iuuare, sed ad lac coagulatum in ventre. Cæterum nec solum coagulum ad lac coagulatum haustum iuuare dixit Dioscorides sed ex aceto, potest enim lac solum coagulare, & aceto immistum dissoluere, sed cum titulus capitis Dioscoridis habeat lac intus coagulatum credo idem quod Gale. voluisse Dioscoridem, & legendum esse in principio capitis, eos quibus lac coagulatur, & non eos qui coagulatum lac hauserunt, si enim lac coagulatum hauserunt, intus lac non est coagulatum, quod non conuenit cum titulo capitis, & coagulatum lac potius manditur, quàm hauritur.

De vrina humana, nihil habet abominandum perinde vt vrina capiti vel alteri parti infusa.

¶Oppugnabit aliquis Galenum, quòd. 10. lib. medicamentorum localium, vrinam caprę aduersus hydropem propinandam censuit, est vero magis abominanda huius vrinæ potio, quam vrinę humanæ infusio. porro qui considerat quæ dixi lib. de arte curatiua cap. de dolore hepatis inueniet librorum medicamentorum localium, potius esse compilatorem Galen. quàm autorem: quæ enim de vrina caprę ibi dicta sunt, potius sunt ex sententia Archigenis quàm ex sua enarrata, sed certe non tam abominandum videtur, pro salute recuperanda vrinam (modo certum sit illam profuturam) alicui parti infundere, nam alia quæ magis abominanda sunt ægrotis adhibemus, cæterum cũ quicquid vrina agere possit faciant multæ res quæ exiccant, & id citra abominationem, iure merito ab illa abstinebimus.

De butyro, miror autem quo pacto Dioscorides ex ouillo & caprino, confici referat.

¶Aliquid in textu Gale. videtur deficere, hoc scilicet, & non ex bubulo, non negat Gal. quòd butyrum fiat ex lacte caprino, & ouillo, quod etiam concesit Plin. 28. lib. cap. 9. cum tamen plurimũ fiat è bubulo, & inde nomen: miratur Gal. quòd fecerit Dioscorides mentionem lactis caprini, & ouilli ad butyrum, & non lactis bubuli.

De stercore humano, hoc habeo experimentum.

¶Miror quòd Gale. qui vrinam humanam, tanquàm rem obscenam est execratus, non abominatus sit stercus humanum vrina obscenius maxime, quòd supra capi. de stercore dixerat, stercus humanum esse abominandum, & insinuat illius nullum esse vsum, vt aliorum stercorum.

De stercore anserum: cæterum stercus anserinum, præ nimia acrimonia inutile est, colligo etiam ita esse, & accipitrum & aquillarum.

¶Non video cur stercus anserum sit calidius stercore columbino, cæterum quia ad intestina accipitrum non defluit bilis, nam hoc nomine harum auium stercus est album, mirum quòd tantum in modum vt dicit Gale. calfaciat.

De stercore columbino, quales sunt coxendix, hemierama, scotomata, vertigines.

¶Manardus & alij neoterici reprendunt eos qui discrimen ponunt inter scotomiam, & vertiginẽ, at Gale. non displicuit, discrimen ponere, de qua re fusius lib. 4. de ratione victus tractauimus, fecimusq; mentionem lib. de arte curatiua. Cæterum cum stercoris colũbini fit mentio subit mihi recordatio illius quod legitur. 4. regum cap. 6. q; quarta pars cabi stercoris columbarum præmente magna fame in samaria, venundabatur quinq; argentis, vtebantur tunc stercore pro sale, ad exiccandas scilicet carnes ne putrefierent.

De stercore caprino, acrius est hoc medicamentum, quàm vt mulieres vrbanas aut pueros sanare possit.

¶Stercus

UVA. BHSC. IyR_342

¶Stercus caprinum cum oxicrato timet adhibere Gale. mulieribus, non tamen video cur in ſcyrrhoſis tumoribus, de quibus tractat ſit formidandum, maxime quòd in hoc capite non vituperat, quòd per os aſſumatur ſtercus caprinum ad profluuium muliebre, ſi mulier non fuerit ex vrbanis & honoratis.

Ibi. Nam medicus quiſpiam ex iis qui in agris medicinam exercent, vtebatur ſtercore caprino, ad viperarū morſus, & multo ſane etiã magis aliarum beſtiarum.

¶Eo quod morſibus viperarum, & aliarum beſtiarum facit ſtercus caprinum, dicet aliquis, vtile eſſe in oppidum vbi graſſatur peſtis eſſe gregem caprarum, dicet illud ſtercus contraire malignæ aeris putredini: dicunt quidam capras eo iuuare quia per anhelitum attrahunt aerem putridũ, quo magis dicunt delectari, quam aere puro, fœtidum eſt hoc animal ſic dicunt fœtidis gaudere, dixit hoc doctor Cartagena ſuo tractatu de peſte: porro cum in attractiõe aeris non fiat electio, ſed aer quem ambit attrahat animal, hæc vltima ratio eſt nulla. ſtercus porro caprinum ſolum quia habet vim diſcuſſoriam in morſibus viperarum laudat Gale. quòd ſi dicis qua ratione calfacit poteſt abſumere putridos aeris vapores, ſiecq; in peſtilentia prodeſſe. nõ moror, ſed mirum quòd tantã vim hoc ſtercus habeat, quòd tantum aeris ambitum poſsit commutare, nõ memini quòd huic rei greges caprarum vel ouium ſeruire poſsint ſcripſerint viri claſsici.

Vndecimus liber de Simplicium medicamentorum facultatibus.

DE carne viperæ, homo quidam morbo quem elephantia cognominant.

¶Tres hiſtorias ponit in hoc capite Gale. eorum, qui ebibito vino quo viperę fuerunt ſuffocatæ, à graui elephantia, qua erant correpti reualuerunt, mirum vero eſt, quòd duo quos nũmerat vel ſolo illo vino quod vno die vel tribus poterant aſſumere, à tam læuo & tenaci malo potuerint ſe explicare: nam etiam ſi tres menſes quis elephanticus edat viperę carnes, non poteſt prorſus malum expellere, potius quidem videtur incantamento quàm medicamento tam breuis commutatio referenda. Cæterum nec videtur rationi conſonũ, quòd vinum ex quo vipera ebibit ſit tutum, nam in ipſo vino non poteſt non relinquere venenũ, quo infectum vinum admodum officiet, non quidem citra cauſam, caput viperę iubet amputare Galen. ob venenum ſcilicet quod ore vipera continet. Si ore porro habet venenum, vnde certior ero factus, quòd illud vino ex quo bibit vipera non fuerit impartitum, timent aliqui bibere vinũ, quòd alius homo ſanus in phiala dimiſsit, & non eſt timendum vinum ex quo vipera bibit; nam etſi cum vipera bibit non dimiſiſſet venenum, vinum ipſum per viperæ fauces ingreſſum venenũ exhauriret, vnde magnopere inficeretur, iis dant fidem, quòd. 1. lib. de ſympthomatum cauſis dicit, meſſores quoſdam fuiſſe extinctos, eo quòd vinum in quo vipera fuit merſa biberunt, an vero hęc ſerpens fuerit dipſas, ſub dubio ponit Galenus.

Ibi. Quibus ergo affatim eſt mali ſucci in corpore, iis ingens prouenit pediculorum numerus.

¶De iis qui viperas eſitant dicit, quòd à veritate abhorrere dicit Dioſco. cap. de vipera, ſed ratio Gale. fauet, quòd ſi corpus prauo ſucco abundat, faciet vipera pediculos procreare, nimirum humores prauos ad cutem demandando, ſed Dioſcorides eos qui abſolute carnem viperę gignere pediculos dicunt, reprehendit.

Ibi. Subijt mihi frequenter rationabile fortaſsis eſſe, caput quidem totum abijci ob venenum quod ore continet, verum à ratione alienum eſſe adimere caudam.

¶Non

UVA. BHSC. IyR_342

¶Non alienum à ratione putat,lib.de theriaca ad pisonem,quòd viperis adimatur caudę:quia lorcidiorem substantiæ partem magis attrahunt, Dioscor.vero .2.libro cap.quintodecimo, caput & caudam viperis dicit amputari,quia carne vacant,qua parte non insinuat,quod ob venenum ꝙ ore vipera continet,caput amputetur.

At illi prorsus negabant,vllum esse genus viperarum dipsadum.

¶Plini.23.lib.cap.8. aliud genus facit viperę, aliud dipladis,sic ait,folia lauri serpentiũ venenis resistunt,maxime iepis,dipladis,& viperæ.

Ibi Proportione qua cætera animalia in temperatura excedunt, & carnes quoꝙ eorum differunt,atꝙ exuperant.

¶Si carnes viperę calfaciunt,& exiccant, videtur viperas non in numero frigidorum animaliũ,sed calidorum esse ponendas,sed cum hyeme præ figore deliteant,idꝙ sit propriũ frigidis animalibus, videtur contrarium,non vnius substantię debent esse carnes viperę frigidę multę earũ partes sunt, sunt alię acutę & mordaces,quarum ratione sudorẽ mouent,& sitim inferunt,poterat Matthiolus Senẽsis in corroborationem opinionis quam docet commen.in sextum Dioscoridis cap.40. hanc autoritatem Galeni citare,hac quidem parte tenet Matthiolus,serpentes esse calidi temperamenti, dicitꝙ ideo hyeme latere,quia cum sint calidissimę,frigus refugiunt, hęc ille,sed esto quod viperæ calidę sint,debile sumit fundamentum,cum ex eo sequeretur,quòd omnia animalia quę hyeme latent sint calidi temperamenti, quod est cõtrarium ijs quæ primo apho.apho. decimoquinto docet Gale.mirandum esset quomodo animãtia calida tantum tempus inediam possent tolerare, nec rationi consonũ est,quòd limaces quibus tantus pituitosus humor abundat,tam calido vigeant temperamento,& ex eius ratione sequitur,quòd leones & animalia calidissima deberẽt hyeme latere.

De iecore caprino, aiunt & eos qui comitiali morbo sunt obnoxij arguere.

¶Ob id dicit Plutarchus in problema.quòd sacerdotes abstinebant à capra, vnde patet esse depravatum quendam textum apud Clementem Alexandrinum, habetur quidem septimo stromatum, hircinam carnem epilepticis conuenire,non me latet tamen Sextum Platonicum id quod Alexãdrinus de carne caprina scribit docuisse.Cœlius Aurelianus cap.de epilepsia odoris tetri cauta & non speciali atꝙ priuata ratione dicit caprinam pellem capiti esse noxiam, qui carnẽ caprinam offendere non dicit, nidorosa est hæc caro,sed multa sunt quæ maiorem fœtorum aspirãt,& epilepsiã mouere non tradidere autores qui noxę quam epilepticis facit caro caprina meminere.

Vulpinus pulmo si bibatur asthmaticos iuuat.

¶Celsus quarto libro ad asthmaticos non vulpinum pulmonem,sed iecur vulpinum laudauit nunc est consuetudo ad pthisicos vulpinum pulmonem adhibere.

De ventre mergi,ventrem mergi quiddam comedunt,tanquàm medicamen concoquens, nos id experti vanã esse promissionẽ sumus experti, sicut etiã quod de interna tunica gallinarũ memorię est proditũ.

¶Aetius sermone.2.primæ partis,non abnuit,quòd coctionẽ adiuuet hic ventriculus,laudauit etiã in sua eidra ventrem mergi Nicolaus.Cæterum inualet nunc consuetudo exhibendi internam tunicam ventriculi gallinæ,ad coctionẽ iuuãdam, quæ & tempore Dioscoridis debuit esse obseruata, sed hic secundo libro cap.41.galli menbranam non gallinę videtur commendare,porro ad destillationes pectoris valere gallinę ventriculi membranam scripsit Plinius trigesimo libro cap.sexto, debuit esse lapsus in scriptore.

De iecore lupino, iecur lupinum sæpenumero in medicamento indidi hępaticum,nec tamen quod mentione dignum sit amplius præstare comperi.

¶Si quis videt octauo localium laudari iecur lupinum, sciat vt libro de arte curatiua,& hac parte capite de vrina diximus, quòd illis libris potius se ostendit compilatorem, quàm autorem Galen.

UVA. BHSC. IyR_342

aliorum quidém autorum ſcribit aliqua pharmaca, quæ ipſe alibi non probauerat, quòd ſi conſideraſſet Matthiolus Senenſis commentarijs in ſecundum Dioſco. cap. decimo octauo, deſiſſet contradictionis Galenum incuſare, & licet Gale. dicat nil iuuamenti in hepate lupino reperiſſe, nos illud non dimittamus, nam experientia oſtendit, in paſsionibus hepatis ſæpe prodeſſe, & iuuare ſtercus lupinum ad antiquas viſcerum obſtructiones monſtrauit experientia.

De oſsibus, noui autem noſtratium quoſdam oſſa pota exhibuiſſe, haud ſcientibus, quid biberent, ne ſcilicet auerſarẽtur, ac multorum tum epilepſiam tum arthritim curaſſe.

¶Non explicat Gale. quę oſſa, rationi porro eſt conſentaneum, quòd intelligat de hominis oſsibus, nam alia non eſt cur qui biberent auerſarentur. porro mirum cur hoc remedium hac parte videatur laudare, qui in procœmio. 10. lib. Xenocratem digitorum oſſa laudantem reprehenderit.

De pelle ouina, pellis ouina recens detracta circumpoſita ijs qui quocunq; modo fuerint verberati, omnium loculentiſsime adiuuat.

¶Conſuetudo ad caſus & ex alto deuolutiões eſt apponere pellem ouinam, vel arietinam, ad quã rem eam non laudarunt autores, ſed ſi dicis iuuare eo quòd ſudorem mouet, generalis eſt hęc cauſa, ob quam & pellis quę non fuerit recens detracta iuuare poterit.

De oſtreis, ita inaudienda dictio eſt, tanq; ſi Vliſſem Therſite dicamus minorem, cum vterq; tamen fuerit paruus.

¶Dicit Gale. Vliſſem fuiſſe paruum, cui fuit adſtipulatus Alexander Aphrodiſeus ſect. 4. problem. problema. 25. at Homerus. 18. odiſſeæ Vliſſem habere ingentia crura, & terribilia brachia dicit, & 21. lib. dicit Vliſſem eſſe vegetum, & magnum, forſan quod de Tydeo dixit Vliſsi aſcripſerunt.

De ouis porro & ipſe vitellus adſimilis eſt naturæ albumini.

¶Ex his quæ hac parte dicit Galenus, ſumpſit occaſionem Amatus ad credendum, quod docuerit Galen. vitellum eſſe frigidum, videtur hoc quidem ſenſiſſe, ſed non ab re quis iudicabit, quòd noluerit quòd vitellus ſit ſimilis temperamenti, ſed eſſe adſimilem ad leniendum medicamenta quæ volumus vt citra mordacitatem exiccent. Cęterum Ariſto. 3. lib. de generatione animalium cap. 1. candidum oui eſſe vitello calidus ſenſit, nec vult vt aliqui exponunt, de calore vitali, nam ouis in patinis iniectis, vbi caloris vitalis vis non attenditur, calorem alborum apparere, eo quòd circiter ambiant dicit, à cuius ſententia omnes medici deflectunt, vt ipſe ab Hippocrate declinauit, in hoc quòd ſcripſit, quòd ex albo gignitur pullus, & quòd vitellus ſit pulli alimentum, contrarium quidem libro de natura pueri ab Hippocrate dictatum eſt.

De cancris vſtis: cæterum Peleps doctor meus, & ipſe omnium eiuſmodi cauſas reddere volens, non abs re inquit, cancer cum animal ſit aquaticum, prodeſt à cane rabido morſis, quibus videlicet metus eſt, ne corripiantur affectu ſicciſsimo, nempe rabie, quamobrem aquã metuunt.

¶Si eo quòd cancer eſt animal aquaticum prodeſſet & omnia animantia aquatica quæ humiditate vigerent deberent prodeſſe, aliqua igitur debet eſſe cancris cum veneno canum antipatia. Cæterũ quia eſt affectus ſiccus rabies, hydrophobiã illũ parere, ſenſit Pelops. porro ſi Pelops ſenſit, quod Auicenna Ruffo tribuit, quòd ſiccitas quę membris à veneno canis rabidi inducitur eſt velut naturalis, ob quod facit appetere ſimilia, & contraria auerſari, nõ eſt audiendus, quia vt Gale. dicit lib. de theriaca ad Piſonem, qui rabie ſunt correpti aquæ tenẽtur deſiderio, quo ſane minime tenerentur, ſi ſiccitas illa, humida faceret auerſari. nec Ruffus quicquid Auicenna dicat prædictã aſsignauit cauſam, ſiquidẽ Paulus quinto lib. cap. tertio, ob imaginatricis facultatis lęſionem ait, dixiſſe Ruffum rabie prehẽlos aquam expaueſcere, quod nimis conſentaneum eſt ijs quæ lib. de theriaca ad Piſonem Gale. fuit profeſſus, qui ait rabie correpti aquam timent, ac propter multam ſiccitatem humidi

UVA. BHSC. IyR_342

midi tenentur desyderio,& à potu abstinent,qui mente alienati id quod auxiliari posset nō consi-
derant,ad hunc modum dicemus intellexisse Pelopem,quòd rabie correpti ob immodicā siccitatē
quę vitiauit facultatem imaginatricem,aquam pauent.Cęterum quia imaginatrici facultati potissi
mum canis rabidi venenum officit, ideo omnia animalia morsa à cane rabido magis quàm homo
periclitantur,nā quod pręcipue prauis imaginationibus medetur ratio est, qua solū vtitur homo:
quia igitur homo rationem habet,quę potest illum aduersus prauas imaginationes præmunire,po-
testq; aliquando & imaginationibus inuadentibus subuenire,quorum neutrum possunt facere bru-
ta, quia illis deest ratio, hinc euenit, vt maius negocium brutis animantibus illud venenum quàm
hominibus exhibeat:homo quidem morsus ratione adiutus solet in rabiem non agi, & aliquando
lęsa imaginatione non tamen omnino deprauata solet non interrire, sic refert Aetius sermone se-
cundæ partis cap. vigesimoquarto,quòd philosophus quidā morsus à rabioso cane, & generoso
animo affectioni resistens, & in consequens ratus canem in balneo apparere, apparebat enim ipsi
dicit Aetius,quemadmodum etiam alijs hoc modo affectis, qui ratiocinatus & sic secum locutus,
quid cani & balneo cōmune est, superauit affectionem,& sanatus est ab affectione,vbi citra timo
rem bibisset:hæc ille.hinc puto natum esse illud adagium, quid cani cum balneo,in cuius explica-
tione miror hanc causam præteriisse Erasmum. Cæterum si quæ diximus annotasset Leonicenus
præfatione ad libros Galeni,satisfeciisset problemati quod proponit, quod sic habet,cur homo à
cane morsus minus periclitetur,quàm bruta animantia morsa,dicit id euenire, quia est maior distā
tia inter naturam hominis & canis:si hæc ratio vera esset,minus læderentur brutę animantes mor
sę à vipera,quàm homo.vera vero ratio ex ijs quę diximus iam patet, nec est cur Leonicenus cita
ta parte circa interpretationem textus Aristo.Theodorum reprehendisset, sed de ijs abunde tra-
ctatu de venenis.

De galerita in iure elixa colicos iuuat.

¶Dioscorides non colicos,sed cœliacos dicit galeritam iuuare.

De cantharidibus, at quidam solas alas & pedes inijciunt, quæ aiunt esse alexiteria ijs qui corpora cantharidum bibissent.

¶Huius opinionis est Plinius,tenet quidem.11.lib.cap.35. alas cātharidū esse alexiteria,totas etiā
cātharides indit Hippo.lib.de internis affect.à qua sententia non abludit Gal. hac parte: hæc bar-
bari medici non aduertentes,cantharides citra alas exhibebāt, credentes in alis esse lethale vel im
medicabile venenum:sed ijs quæ hac parte dicit Gal.videntur contraria quę ipse dicit.11.lib.de me
dica.loca.cap.de lichenibus,vbi solum ventrem cantharidum propinat, dicit Cornarius id feciisse
Gal.quia malum forte fortissimum expostulabat medicamentum,sed si aduertisset,quòd citato lo
co,non ex sua sententia,sed ex sententia Menecratis ventrem cantharidis Galen.descripserit, faci-
lius à difficultate se explicasset.Menecrates quidem illorum debuit esse opinionis,qui alas cantha-
ridum multum veneni habere censebant:nec ab hac opinione abluit quidam Aetij pręceptor qui
vt ipse Aetius est autor sermone.2.primæ partis cap.174. ex cātharidibus reijciebat alas & pedes,
huic sententiæ Aetius videtur assentire.

De mustella:ipsam vero arefactam, ac potam prodesse comitialibus dicunt.

¶Hoc lib.cap.de carne viperæ ex propria sententia carnem mustellæ comitialibus prodesse dicit,
Diasco.porro ventriculum solum mustellæ ad comitiales laudat.

De torpedine,sed & torpedinem totam capitis dolorem sanare capiti admotam.

¶Facere hoc torpedinem stupefaciendo dicit Gale.Cęterum si verum est quod teste Athæneo.14.
lib.dipnosophist.dixit Diphilus,quòd non torpedo tota,sed quędam eius pars inducit torporem,
non videtur esse necessarium totam torpedinem admouere.

Annotationes in librum de purgantium medicamentorum facultate.

UVA. BHSC. IyR_342

PArs autem facultatis propria attrahentis vis ea quæ in medicamentis ſita eſt, quemadmodum & illa, per quam bilis & vrina in ſua receptacula deriuantur.

¶Quòd veſica vim habeat trahendi vrinam, hac parte inſinuauit, cuius contrarium viſus eſt docere. 6. lib. de locis affectis, ibi quæſtionem hanc diluemus.

Inuenit quidam homo herbam, quam ſi quis aſſumpſiſſet ſanguinem primo, tum vitam emittebat.

¶Dicit Gale. herbarium hoc didiciſſe, appoſito ſuis iecore ſuper herba quadam, quod aliquanto poſt cum ſuſtuliſſet, vidiſſe ex vniuerſo iocinore ſanguinis riuulos ad herbam confluere, nihil ijs ſimile in medicamētis quæ alios humores attrahunt videmus, licet enim ſcamonea extra noſtrum corpus apponatur, iuxta vas quod bilem cōtineat, bilem non attrahit, nec agaricus pituitam quæ eſt extra trahit, aliquid præſtat hominis calor ad manifeſtandā ſimilitudinē, quæ eſt inter medicamentum & humorem, & forſan herba hęc quam ſanguinem attrahere dicit Galenus, vim pernicialem aduerſus iecur habebat, qua vi venas reſerabat & dilaniabat, vnde ſanguinis illius fiebat efflu-
xus: præter herbam cuius in hoc libro facit mentionem Gale. eſſe alia medicamenta quæ purgant ſanguinem innuit Aetius ſermone tertio primæ partis cap. 56, huius generis ſunt porri capitati ſuccus, mercurialis, viola alba, quod ſi dicis eatenus dicuntur Aetio hæc medicamenta ſanguinem purgantia, quatenus alios purgando humores expurgant ſanguinem, hoc modo non ſolum hæc, ſed & cætera medicamenta purgantia complexurus erat Aetius, niſi mauis quòd ſanguinem hæc medicamenta purgare dicit per nares, ſed hoc expreſſurus erat.

Liber quos purgare conueniat.

SIquidem inter initia morbi tenues & aquoſos humores euacuabis, vbi craſſi & tenaces fuerint, quales ſua natura ſunt pituita, & nigra bilis concoctionem expectabis.

¶Quòd tenuitas non reluctetur euacuationi expreſſe hac parte dicit Gale. qua re turpiter errant qui Auicennam ſectantes, dicunt humores tenues eſſe ante purgationem incraſſandos: etenim quo craſſiores fuerint minus obedient: ſed nimis ſcandeſcente bile exhibere ſolemus, quę infrigidant & acrimoniæ repugnant, quę certe incraſſant, ſed non eo vt incraſſationem quæramus ea exhibemus, ſed vt humorem attemperemus, quem attemperatum melius poteſt ſubiugare natura.

Acceſsiones quoque, quomodo ſit euacuandum docent, namdum acceſsio infeſtabit per ſuperiora educes, vbi deſtiterit, per inferiora trahes.

¶Cum Gale. hoc libro monuerit, bilem per ſuperiora eſſe vacuandam, dixeratq; hoc textn tempore acceſsionis per ſuperiora eſſe vacuandum, colligitur illum voluiſſe, in febribus quæ à bile oriuntur tempore acceſsionis molliendas eſſe vacuationes. Cæterum & ex ijs quæ hoc libro dicit Gale. colligitur, quòd in ijs quibus tempore acceſsionis natura ſolet per inferiora humores excernere, quòd poſsit quis exhibere medicamentum quod ſubducat, ſiquidem timet tunc eo ſolum medicamentum purgatorium exhibere, quia timet humorum impetum ad ſuperiora, cum vero ad inferiora eſt impetus, non videtur quid illi ſit timendum. porro non eſt dubitandum, quòd tempore acceſsionis tunc copioſior fiat euacuatio, ſunt quidem humores eo tempore eductu faciliores, ſed quia afflictus eſt æger, differimus purgationem ad diem intermiſsionis. Cæterum cum morbus à craſsis humoribus pendet & æger viribus valet, non ab re & in ipſo acceſsionis tempore, quo natura ſolet ſuos conatus in humorum depulſione ponere, medicamentum purgatorium quis exhibere audebit.

Oportet

UVA. BHSC. IyR_342

Oportet præterea vt cõmixta ſibi inuicem medicamenta conſentiant, neq; vlla re diſcrepent, diſcrepant autem non cum hoc bilem, illud pituitam trahit, verum ſi hoc celeriter, illud tardius ab aſſumptione purgare incipit.

¶Non intelligas, quòd nulla re diſcrepent, nam vix reperiri poterũt duo medicamẽta, quę exacte idem tempus ad inchoandam purgationem præſcribant, quòd ſi tam exactum conſenſum querimus, incongrua eſſet miſcella ex rhabarbaro & agarico, & ex iis cum ſcamonio, inęqualem porro euacuationem Gale. appellat, ſi cum hoc medicamentum deſiuiſſe videtur, euacuatio alia rurſus incipiat. Cæterum & aliquando miſcemus medicamenta quæ magno interuallo ſolent purgationem inchoare, quia intendimus, quod vnum medicamentum aliud corrigat, vel adiuuet, miſcemus quidem ſcamoniũ & aloem, quod in pillulis de aloe Gal. fecit, vt aloes ſcilicet caſtiget ſcamonij vim, & eius malignitatem temperet, miſcemus medullam caſiæ acribus medicamentis, vt horum acredo illius lenitudine attemperetur, ſed hæc iam libro de arte curatiua annotauimus.

Liber de theriaca ad Piſonem.

TVne librum falſo Galeno eſſe aſcriptum, commentarijs in Dioſcoridem, non ſemel aſſeuerat Matthiolus Senenſis, ſed certe quæ hoc libro habentur, non diſona ſunt Galeni placitis, ſuntq; tam docta, quòd Galenum merentur habere autorem, mitto quòd Paulus de aſpidibus tractans, inſinuat clare, hunc librum ſua ætate nomine Galeni attitulari, ea quidem ad verbum de aſpidibus ex Galeno refert, quę Galenus dicto libro enarrauerat.

Platonis eſt ſententia, diſciplinæ, rerum ſunt recordationes, animuſq; videtur omnium habere notitiam, quæ tunc nimirum apparet cum vſus poſtulat.

¶Plato libro de ſcientia dicit ob id colligi, diſciplinas eſſe recordationes, quòd interrogati homines, ſi quis recte interroget ad ea quæ ante non audierunt, recte reſpondent, fragile quippe fundamentum, & tanto philoſopho indignum, ſi brutæ animantes ſolo ſenſu ductæ nullo monſtrante magiſtro attingunt multa quæ multam perſpicacitatem & induſtriam præleferunt, quid mirum quod homo ingenio decoratus, & mentis acie venuſtatus, reſpondeat recte ad ea quæ quis recte interrogauerit, nouit Hippotamus ſui cruris venam vulnerare, ibis roſtri aduncitate ventrem per eam partem ſe proluere, qua reddit ciborum onera, vt Plin. 8. lib. ſcripſit, & tenere nos debet admiratio, quod homo qui infinitis prope naturæ muneribus hæc animalia ſuperat, ſciat reſpondere ad ea quæ quis recte interroget, eſt quidem ſignatum ſuper nos lumen Diuini vultus, quo illuſtrati non ſolum ad ea quæ quis recte interroget recte reſpondere poſſumus, ſed adiuuante ipſo lumine per ſuperas arces volare. ſed veritati non attendentes ſunt hac ætate qui opinionem Platonis doceant. Leuinius Lemnius lib. de occultis naturæ miraculis opinionem Platonis profitetur. Cæterum ſi Plato voluiſſet, ſcientiam noſtram eſſe memoriam, eo quòd ſolum ea ſcimus quorum recordationem habemus, à veritate non deflexiſſet: ad hunc modum dixit Affranius poeta quem citat Gellius, memoriam eſſe muſarum vel ſcientiæ matrem. pro defenſione opinionis Platonis eſt ſermo elegans Tyrij maximi philoſophi Platonici de quo aliquid diximus lib. 3. de vſu partium.

Si epota theriaca non purgetur, qui ſumpſit medicamentum, hoc ipſo iudicamus antidotum eſſe præſtantiſsimum.

¶Laudant aliqui exhibere theriacam cum purgante medicamento in peſtilentibus febribus, qui ſi aduertiſſent, quæ hic dicit Galen. quòd optima theriaca compeſcit vim medicamenti, hanc miſcellam non laudarent.

Arria ſtomachi diſſolutione affecta.

¶Diſſolutio ſtomachi, vel reſolutio vt dicit Celſus. 4. lib. cap. 5. eſt: cum ventriculus cibi nõ tenax

UVA. BHSC. IyR_342

eſt,ob quod ſolet deſinere ali corpus,ea vero diſſolutio de qua Gale.hac parte loquitur,eo etiam erat progreſſa,vt nec cibum capere potuiſſet Arria illa cuius memoriam ille facit.

Non ſicuti medici,qui ſe à profeſsione empiricos appellauerunt, neglecta naturarum ratione,vnum quemq; ſine artificio curant, turpiter quædam ex inſomnijs.

¶Magis hac parte qui inſomnia vituperat excipiendus eſt Gale.quàm in illis locis qui ſomnijs monitus ad aliqua præſtanda remedia ſe eſſe excitum dicit,de qua re iam alibi.

Aloe,ſquãmaq; æris, aſſumpta per os, vniuerſum corpus purgãt.

¶Contrarium videtur id quod dicit octauo localium, vbi ait: aloem ſolum purgare ea quæ ſunt circa aluum,porro purgando aloes quæ ſunt circa aluum, quodammodo vniuerſum corpus purgat,quando omnium humorum eſt officina hepar, quo purgato quodammodo purgãtur omnes venæ quæ ab illo proficiſcuntur.

Trifolium itaque herba,quæ iacinto ſimilis eſt decocta admodũ, deinde morſibus aranei vel viperæ quoq; ex aquę fotu adhibita ipſis medetur, ſin autem in alio non commorſo ſanum locum eodem fotu circundederis,ſimilem ſenſum ſimileſq; dolores ijs quos morſus inuehit conciliat.

¶Dioſco.licet hanc referat opinionem,non videtur illi ſubſcribere, non mirum vero,quòd decoctum quod vulneri aranei vel viperę fuit admotum (quãdo venenum harum animantium imbibit) quòd ſit venenoſum,niſi miretur Gale.quòd in illo fotu vi trifolij non ſit aranei vel viperæ ſuperatum venenum:addit etiam admirationem,quòd ſupra cutem non vulneratam venenum iam cor rectum appoſitum ſic poſsit imprimere. ſed certe multo maiori admiratione eſt dignum,quod de aconito dicit Plinius,quod hominem occidit niſi inuenerit quod in homine perimat, cum eo ſolo dicit tunc colluctari,ad hunc modum dicemus pulueres illos quos præcipitatum vocant, quod aliqui in indica lue exhibent colluctari cum humore pernicioſo, ideoq; non interimere,qui ſi exhiberentur homini ſano forſan illum perimerent.

Referunt cleopatram ſuummet brachium magno admodum morſu,eoq; alto vulneraſſe, & beluæ virus in vaſe quodam ipſi allatum vulneri infundiſſe.

¶Paulus agineta aſpidẽ mãmæ admouiſſe cleopatrã dixit,Plutarchus vita Marci Antonij manui.

Aiunt os aperire ad ſuſcipiendam maris genituram.

¶Huius opinionis fuit Nicander,& Diuus Hieronymus epiſtola ad prẹſidium,at Ariſto.1. de gene ratione animal.cap.7.tradens modum quo ſerpentes coeunt aliud videtur ſenſiſſe. Cæterum qui hiſtorias Indiarum nuper repertarum ſcripſerunt dicunt, in Nicaragua ſerpentes ore concipere. quemlibet ſerpentium ludum debent putare eſſe concubitum.

Perrumpant latera occiſſæ iam rara parentis.

¶Hac in parte ſubſcribit Gale.Nicandro qui ſenſit catellos viperæ rumpere latera matris,huic etiã ſententiæ acceſsit Diuus Hieronymus epiſtola citata.ab hac porro opinione multũ declinat Ariſt. qui viperas catellos edere membranis inuolutos ſenſit,ſed de ijs in quinquagenis multa.

Cerebrum ouillum facit ad dentitionem.

¶Leporinum cerebrum huic vſui alibi laudat.

Stellio à ſcorpionibus viſus ipſos ſubſtringit atq; ita perimit.

¶Putabit aliquis,vbi legitur ſcorpionibus legendum eſſe araneis,nam inter hos & ſtellionem eſſe bellum dicit Ariſt.9.de hiſto.cap.1.qui ſcorpionum nullam facit mentionem.

Vetus eſt ſermo quædam animalia vbi inter mordendum ſanguinem humanum ex vulnere manantem contingerint, cõmorſos occide re,

UVA. BHSC. IyR_342

re,vbi vero ſanguinem non guſtauerint, ſed ita vorantur morſos ſerua reincolumes poſſe.

¶Adſtipulatus fuit Celſus huic opinioni,quam Gale. minime vult probare:cæterum Diuus Chryſoſtomus.5.lib.in examero cap.10.ait,turturem piſcem magis nocere aculeo ſuo mortuam quàm viuam,quòd ſi verum eſt,patet merito Gale.dictam opinionem non probari,ſed pręter hanc ratio nem ſunt aliæ multę quæ Galeni ſententiam confirmant.

Non enim ſolis parentibus, ſed proauis etiam quibuſdam fœtus redduntur ſimiles,mihi vetus quædam hiſtoria indicauit,quòd cum de formis quidam opibus potens formoſum vellet procreare puerum depinxit in lato ligno elegantem alium puellum, dicebatq; inter coeundum,vt illam picturę figuram inſpiceret.

¶No ſolũ auis,ſed tritauis, & maioribus fœtus reddi ſimiles oſtendit id quod de Spartis lib.de ſera numinis vindicta refert Plutarchus.Cæterum quòd imaginatio faciat ad fœtus hanc vel illam imprimendam figuram oſtendit hiſtoria Iacob qui virgas variegatas poſuit,ad imaginationem quidem hoc refert Diuus Hieronymus illum locũ exponens, Diuus tamen Chryſoſtomus homi.57. in Geneſim,noluit hoc imaginationi tribuere , videtur certe difficile quòd imaginatio tam certũ effectum haberet,qualem Iacob experiebatur.Cæterum hiſtoria vetus cuius meminit Gale.tam inſulſa eſt,quòd nollem vt ea ſuam ſententiam voluiſſet corroborare, an deformis ille pulchrũ puellum genuiſſet illi erat explicandum.memorabile eſt quod circa hoc refert Viues de quadam mulie re quę aſpiciens hominem qui pro ſpectaculo gerebat cornua in capite genuit fœtum cornutum.

Qui à vipera ſunt percuſsi,periculum effugiunt,ſi trita ipſarũ corpora vulneribus ipſis applicuerint.

¶Ob cæcam quandam naturæ diſcordiam ſcorpium ſuæ plagę impoſitum iuuare dixit Dioſco.idẽ dicemus de vipera : porro vt in cantharidibus eſſe alas alexiterias veneni cantharidum diximus, quid obſtat vt credamus,eſſe repugnantiã inter carnes viperarum & venenũ quod capite gerunt.

Si opus videat,quod ab vrſa efficitur, caro autem ſola generata in formis,& inarticulata eſt.

¶Licet inarticulatum ędat fœtum vrſa,non intelligas quòd ſolam carnem ędat, vide Ariſto.lib.6. de hiſtorijs anima.cap.30.vbi non ſolum vrſam ſic parere dicit.

Captas autem viperas crebro ſibi ipſis aſſuefaciunt, & cibis non ſolitis enutriunt.

¶Celſus lib.5.ait,circulatores medicamentis inducere ſtuporem colubris,quibus ſic ſtupentibus in os digitum indunt,& non læduntur,quia ſtupefacta colubra vulnus non imprimit.

Atque hæc caſsia zingiber ab indigenis nominatur.

¶Lib.3.de compoſitione pharma.ſecundum locos cap.quarto non zingiber, ſed zigeres ait appellari illam pſeudocaſsiam.

Concoquitur autem theriaca plurimum duodecim annorũ ſpatio.

¶Hinc patet erraſſe Aetium,qui ſermone primo quartę partis cap.92.ait,ſpatio vnius anni theriacam optime concoqui,ſed videtur Galen.ſibi non conſtare,qui primo de antidotis dicit, q; Marcus Imperator vtebatur theriaca non duobus menſibus ab eius confectione elapſis,ad id eſt reſpõdendum,quòd non erat concocta illa theriaca, idq; parte eadem fatetur Galen . porro cum theriaca quæ non habebat opium ſæpe vtebatur Marcus Imperator vt lib. de antidotis dicit Gale.non mirum quòd hæc qua nondum duobus menſibus elapſis ille vtebatur eſſet ſine opio.

Qui vigentiori theriaca & valentiori vti volunt, etiam quinto anno & ſeptimo exhibuerunt,præſertim in ijs qui à virulentis beſtijs cõmorſi ſunt.

¶Aetius ſermone primo quartę partis cap.93.qui vigentiori theriaca vti volunt poſt vnum men-

UVA. BHSC. IyR_342

ſem dicit ea vti, præſertim ad eos qui à venenoſis beſtijs ſunt commorſi, qua in re nec per ſomniũ dicta Galeni eſt aſſecutus, quippe ſpacium quinti anni vel ſeptimi reduxit ad vnum menſem, ſed de ijs plura lib. de arte curatiua.

Præterea appetitum ſine ratione intenſum ex mordaci quadam & acri ſubſtantia ipſum infeſtante repreſsit.

¶Appetitus intenſus à mordaci & aeri ſubſtantia non proficiſcitur ob quod credo legendum ab acida & mordaci ſubſtantia, loquimur hic iuxta Galen. nam non me latet aliquos autores acrem ſaporem ſumere pro acido.

Abſintij ſuccum exhibens, vt bilis edulceſcat, comtemperetur q̃.

¶Purgando bilem ſuccus abſintij facit vt bilis edulceſcat, contemperetur q̃. ſolet porro eos quos quartana detinet de quibus hac parte loquitur Galen. tantum os amaricare, quòd omnem cibum reperiunt amarum, ad tollendam vero hanc amaritudinem, optimum eſt exhibere, quod bilem citra moleſtiam ex ventriculo purget.

Quamobrem etiam Hippocratem illum multis modis admirandum laudo, qui luem illam ex Aetiopia Græcos inuadentem nõ aliter curauerit, quàm aeris mutatione alteratione q̃, cum igitur ignem per totam vrbem incendi iuſsiſſet.

¶Paulus Aegineta. 2. lib. cap. 37. nulla Hip. facta mẽtione id Acroni agrigẽtino tribuit, Pli. etiã. 7. lib. cap. 37. non refert, quòd ſtructo rogo Hippocrates à peſte Græciam liberauerit, ſed quòd peſtilentiam venientem ab Illyrijs prædixerit, & diſcipulos ad auxiliandum circa vrbes dimiſerit, de qua re vide, quæ habentur oratione Theſſali ad Athenienſes: cæterum ſi vt dicit Gale. ignem accendi iuſsit Hippocrates, ſuperfuſis ſcilicet ſertis floribuſq; ſuauiſsimis pinguiſsimis & odoriferis vnguentis, maximo conſtabat ignis, nam id non ſemel & iterum erat faciendum, & in vrbe populoſa grandes pyræ erant accendendæ, cæterum cum antiquis ſit creditum ignem expiare iuxta id quod dicit Homerus. 22. odyſſeæ. ſer ignem malorum remedium vt domum luſtrem, vel hoc nomine ad expiandum in peſtilentia antiqui etiam debebant laudare ignem: habent aliqui pro more in loco vbi peſtilentia graſſatur tormenta bellica ſoluere, vt iactatus ignis aerem cõmutet, tantum abeſt quòd hic ignis ſit odoriferus, quòd fœtorem magnum aſpirat. ſed hic fœtor non tantum poteſt offendere, ac vapor venenoſus quem dictus ignis poteſt propulſare.

Cor purum ſanguinem ſuſcipiens, vniuerſo deinde vt iam nutrire queat tranſmittit.

¶Vide quod dicit purum ſuſcipiens, alias videretur Gale. ſentire opera cordis ęgere ieeur ad ſanguinem exacte generandum.

Proditur Mithridatem magnum illum bellatorem, mithridatum antidotum præſumentem, ob firmam corporis conſtitutionem ex illo præparatam, non potuiſſe veneno poto interire.

¶Valerius maximus lib. 9. cap. 2. veneno fuiſſe abſumptum Mithridatem dicit, certe difficile credi tu eſt, quod de mithridate dicit Gal. ſed melius eſt hoc ſentire, quàm illud quod refert Plin. 25. lib. cap. 2. ait quidem: mithridati eſſe excogitatum quotidie venenum bibere, præſumptis remedijs, vt cõſuetudine ipſa innoxium fieret. porro cum venenum quod corroſione interimit, nunquàm poſſit humanæ naturę fieri familiare, neutiquàm conſuetudo poteſt illud innoxium facere, quare fruſtra veneno corrodenti quod præſertim timendum erat mithridati, ille ſe aſſuefeciſſet, vnde patet erraſſe Langium qui epiſt. 69. dixit mithridatem fuiſſe aſſuetum venenis. debuit hoc ſumere à Plinio, debuerat autoritatem Galeni & rationem perpendere.

At in pueris omnino medicamentum eſt vitandum, quippe cuius magnitudo illorum virtute maior ſit.

¶Theriaca qua vtimur cum non habeat cinnamomum, nec alia medicamenta tam ſelecta ac theriaca, quæ Galeni tempore conficiebatur, non eſt viribus tam potens ac illa, quare & pueris citra tantum

UVA. BHSC. IyR_342

tantum ſcrupulum poteſt propinari, experientiaq; oſtendit, illa minimè pueros offendi. quòd ſi theriacam pueris exhibere formidabat Gale. credo quòd non auſus fuiſſet illis exhibere medicamenta fortiter purgatoria quę multi exhibent.

Liber de theriaca ad Pamphilianum.

TVre quiſpiam fortunam quoq; miraretur Pamphiliane, quæ tuis moribus tam conueniens nomen impoſuit.

¶Plato in cratylo oſtendit nomina, quæ à viris ſapientibus ſunt impoſita, maximè naturæ vel moribus eorum quibus impoſita ſunt conuenire, ſic dicit, quòd nomen Hector, quod ſignificat poſſeſſorem Troiano illi duci maxime conueniſſe, nomen Agamẽnon conueniſſe Græcorum Imperatori: quia tolerauit labores, & in virtute perſeuerauit, quadrauit nomen Oreſti: quia fuit agreſtibus moribus, quadrauit nomen Tantalo, quia fuit infœliciſsimus, ad hunc modum dicit Gale. rectè conueniſſe nomen Pamphiliano, quia fuit amabilis.

Hac de cauſa Romæ principes viri & complures alij primo die lunæ theriacam accipiunt, alij quartum eligunt.

¶Miramur quod ad ſuſcipiendum purgatorium pharmacum dies lunæ nunc multi obſeruent, ſed id non debet eſſe nouum, quando & ad deuorandum theriacam dies obſeruabant Romani: id porro non vituperat Galen. ſed nec probandum dicit. certe eo tempore quo quis theriaca ęget, citra dierum obſeruationem poteſt illa vti, quòd ſi dies lunæ eligendos quis cenſet, & ad præſcribendũ cibum illos debet definire, ita vt primo die lunæ alios cibos accipiat, quàm quinto die, ſed de ijs primo libro de morbis vulgaribus.

Recens theriaca eſt, quę ſextum & trigeſimum annũ nõdũ attigerit.

¶Cum theriaca concoqui decẽ annorum ſpacio de theriaca ad piſonem libro dicat Gal. recenſq; illa ſit vſq; ad ſextum trigeſimum annum, nõ mirum quod in theriaca quam nos exhibemus, quæ antequàm vigorem attigerit propinatur, eam vim quam maiores fuerunt experti nos non videamus: mitto quòd non ex tam electis medicamentis illam nos ac antiqui paramus. Cæterum cũ vim ſtupefaciendi theriaca antequàm ſeptimum annum vel decimum expleuerit habeat, nõ eſt cur eos qui calfactione ęgent tunc iuuet, quare in magnam ægrotantium offenſam antequàm ſeptimũ annum fuerit ęgreſſa ad calfaciendum & diſcutiendum humores tunc propinatur.

Quidam vero probati medici comitiales iubent prius ſynapim cõmanducare, & expuere.

¶Documẽto pueri epileptici ſynapim inhibet cõitialibus, ſed licet in cibis eius vſus inhibeatur, non eſt inconueniens quòd detenta in ore excitando ſaliuam prodeſſe poſsit.

Annotationes in libros de Antidotis.

MEdicamenta quæ non extrinſecus impoſita, ſed intus aſſumpta malas corporis affectiões ſanãt, antidotos medici vocãt.

¶Iuxta hanc diffinitionem, ſyrupos & paſtillos & pilullas ad antidotos attinere videntur, cum vero ſub hoc nomine nulla horum pharmacorum claſsicos autores intelligere videamus, ea dicemus vocari antidota, quæ in modum theriacę vel mithridati compoſita intus abſumpta obſtinatas affectiones curare valent. Cæterum nec ex Galeno nec Aetio nec ex Paulo video, quod medicamenta purgatoria ad Antidotos attineãt. Nicolaus tamen Myrepſius & medicamenta compoſita quæ vi purgatoria pollent ſub nomine antidoti fuit complexus, hunc imitatus Fuchſius & alij, antidotum indum & antidotum de dactilis vocant, quę quidem

UVA. BHSC. IyR_342

dem medicamẽta ſunt purgatoria,ex ijs quæ diximus patet,Meſuem & alios Arabes falſo ſuos tractatus,quibus medicamenta compoſita deſcribunt, antidotaria attituláſſe. ad hæc quidem (reclamante antidoti nomenclatura) referunt ſyrupos,pillulas,emplaſtra,& vnguenta,& paſtillos,& collyria,pulueres, & quælibet vt ſumatim dicam medicamenta compoſita.

Quoties igitur muſtum ex dulcibus vuis expreſſum ad dimidias, tertiaſue coquendo deferbuerit.

¶Ex hac parte colligitur,quòd decoctio ad tertias iuxta Galenum,eſt quæ fit vſq; quo tertia pars ſolum ſuperſit,idem colligitur ex Aetio ſermone primo tertiæ partis cap.45. qui ſic ait, ſequentibus deinde diebus melle adẽpto,& modica aqua paululũ decoquimus, deinde poſt alios tres dies, ad dimidium decoquimus,poſt alios tres ad tertias,nec aliud voluit Plini. 14. lib. cap.9. cum dixit ſireum vel ſapam fieri muſto vſq; ad tertiam partem menſuræ decocto, voluit quidem fieri ſapam cum muſtum redigitur ad tertiã partem.quod clare colligitur ex ijs quę dixit Palladius lib.11.cap. 18.vbi ait,à deferuendo dictum vbi ad ſpiſsitudinem fortiter deſpumauerit. Carenum cum tertia perdita duæ partes remanſerunt,ſapa vbi ad tertias redacta deſcenderit,hęc multi nõ aduertentes ſcriptis tradiderunt decoctio ad tertias iuxta Plinium eſſe cum tertia pars deperditur,quod quàm falſum ſit quę diximus ſatis indicant.

De ſurentino autem vino, quid me dicere opus eſt, quod omnes iam ſciunt ante annum ferme vigeſimum crudum adhuc eſſe.

¶Hinc patet aliqua vina,& decimo anno eſſe noua,errat igitur Valeriolla, qui in ſuis rationibus, nullum vinum eſſe nouum ſexto anno dixit,errauit etiam Aloyſius Mundella,qui.14.epiſtola dixit,vſq; ad ſextum annum omne vinum eſſe nouum, cum hoc non de omnibus vinis verum ſit,& aliqua vina & vltra ſextum annum ſint noua.

Nam vt firmiora vina, priuſquàm ferueant in fidelias tranſferre, ſic infirma calido in loco ſeruare noſtrates ſolẽt, melior autem ad id ea cella eſt,quæ ad meridiem ſpectat,& à Septentrione auerſa eſt. Herba vero quædam apud nos inuenitur fruticoſa calida & acris valde, parũper redolens,quam incolæ colymladem alij ſtoebem appellant.

¶Non omnibus de re ruſtica ſcriptoribus arridebit id quod hac parte dicit Gale.nam ipſomet autore.4.lib.de ſimpli.medica.facult.cap. 13. quidam qui de agricultura ſcripſerunt dolia in ædibus ad aquilonem expoſitis defodienda cenſent, loquitur porro de infirmis vinis, vt hac parte quam exponimus.Dionyſius porro Vticenſis.6.lib.cap.11.dicit, quòd in regionibus calidis ad Oriẽtem & Septentrionem feneſtram habeat domus quę dolia ſuſcipit,in frigidioribus vero ad Meridiem. Cæterum ſtoebem eſſe herbam acrem valde dixit hac parte Gale.à qua ſententia videtur abludere quod dixit.8.lib.de ſimpli.medica.faculta.cap.de ſtoebe,vbi mordacitatis expertem dixit eſſe ſtoebem.mirum vero quod ſit acris valde, & mordacitatis ſit expers:forſan vbi hac parte legitur acris valde,legendum eſt ſicca euidenter.

Quemadmodum ergo qui fugiens vinum,& aceſcere ſolitum antidotis adhibent,magnopere peccant, nam tametſi nullum de ſe vitiũ habeat,commiſtum tamen rebus alijs plęrunq; aceſcit, ſic & qui falernum eximiæ vetuſtatis immittunt errant, ipſum nanq; antidotos amaras reddidit.

¶Non ſolum hoc eſt ſeruandum in confeciendis antidotis, ſed etiam in decoctis quæ fiunt ex vino,ſi enim vinum eſt infirmum facile per decoctionem alijs rebus admiſtum aceſcit,quod in decocto ligni gaiaci multi qui ex vino infirmo fecere decoctum, fuerunt conſpicati,vnde arripuerunt occaſionem vituperandi omnia decocta quæ fiunt ex vino,qui ſi vinum generoſum ad huiuſmodi decocta elegiſſent non ſic ex omnibus decoctis vinum ablegaſſent.

Mel ſiquidem optimum quanuis thymi acrimoniam præſeferat, non

UVA. BHSC. IyR_342

non tamen eius odorem reddit.

¶Vergilius cũ cecinit,redolentq; thymum fragãtia mella, insinuauit optimũ mel thymũ redolera.

Sunt autem stirpium genera,vel si sic ea denominare velis differẽtiæ.hæ,arbores,frutices,herbæ,spinæ,virgulta.

¶Aristote.1.lib.de plantis aliter ponit plantarum differentias, plantarum dicit aliæ arbores sunt, aliæ inter arbores & herbas medię, & frutices dicuntur, alię herbę sunt,alię olera,& hæc est melior diuisio,sub frutibus quidem complectuntur spinæ,& virgulta. porro.1.lib.de temperamentis, vt ibi annotauimus,stirpium duo solum fecit genera Gale. arborem scilicet,& herbam,sub arbore complectens fruticem & sub herba olus.

Hæc Andromachus iunior soluta oratione cum scribat,potest qui non intelligit,omnia quæ senex andromachus elegiaco versu tradidit hinc ea conquirere.

¶Non videntur carmina elegiaca Andromachi,nisi eo quòd ob oculos nobis ponunt hominis calamitates quæ illum vndiq; circunstant,venena scilicet & innumera morborum genera ad elegiam attineant.

Aliarum vero viperarum caput ac caudam abscindere, quæ partes venenatæ etiam plus esse videntur,& asperæ.

¶Libro de theriaca ad Pisonem,quia sordidiorem substantię partem attrahunt caudę viperarum, dixit caudas esse abijciendas, non quia sunt venenatę.libro porro.10.de simpli.medica.facult.à ratione dixit alienum,caudas viperę abscindere.

Multosq; nos sorte quadam vidimus nostræ in ætatis decursu mori,q; myrrham cui opocalpasum admistũ esse nesciebãt assumpsissent.

¶Legendum forsan aliquos,mirum quidem est, quòd in re tam seria multi sic cæcutierint, aliquorum enim damna alios docere debuissent.

Sed statim ea vsus sit nondum integre duobus mensibus elapsis.

¶Cum & anno octauo vix concocta sit theriaca vt elicitur ex ijs quæ de Philonio dicit.12.metho. mirum quòd tanta fuerit vis cinnamomi,quòd duobus mensibus elapsis decreuerit eam Antonius sumere,sed hic quia insomnijs vexabatur volebat forsan eo tempore sumere theriacam, quo vis opij adhuc alluceret,vel hæc theriaca forsan non habebat opium: nam aliquando vsum fuisse Antonium theriaca quę opium non habebat ipse Galen.memorat.

Quòd ad casiam vero attinet,ea me cõmemorare nunc opus est, quæ in multis de medicina libris scripta sunt,duplum casiæ si quis cinnamomo ægeat inijciendum.

¶Iuxta hoc prętscriptum Gale.in pillulis & electuarijs in quę ingredi deberet cinnamomum duplum casię inijciemus,quando omnibus est confessum, cinnamomum apud nullos pharmacopolas reperiri.

Andromachus iunior casiam à quibusdam fistulam appellatam imponendam arbitrabatur,cuius exterior cortex fistula appellatur.

¶Pro casia fistula intelligebant medici casiam nigram,cuius antiqui nullam mentionem fecerũt. Cæterum quia apud probatos autores legebant, quòd fistula promouebat menses, & partum adiuuabat,non sine magno errore corticem suæ casię ad hos effectus propinabant.

Retulit subinde inter componentia theriacam Andromachus zingiberem,& penthaphyllum, hoc est quinq; folium herbam, quæ duo fraudem non admittunt.

¶Licet pro zingibere alia radix non exhibeatur, admittit zingiber fraudem cum bolo armenia delinitur.

Danda

UVA. BHSC. IyR_342

Danda eſt opera, vt nigram theriacam efficiamus, nam hoc etſi quo pacto in conſuetudinem venerit neſciam, quiſquis tamen hunc colorem non conſequitur, irridetur quanquàm nulla coloris qualitate medicamenti vis immutetur.

¶Accommodare ſe debet medicus conſuetudini, & opinioni quę diuulgatur, dummodo à præſcriptis medicinæ non aberret, vt fugiat ſcilicet calumnias & irriſiones, à quibus nec in re tam pauci momenti qualis eſt theriacę colorem immutare, Galeno parcerent.

Secundus Liber de Antidotis.

ANdromachi antidota: mithridatum aduerſus quàm multa venena plus etiam quàm theriaca valet, quanuis ictus viperæ ſanare minus poſsit.

¶Non videntur eſſe in mithridato medicamẽta, quibus aduerſus multa venena magis faciat quàm theriaca, vix quidem ſunt medicamenta aduerſus venena efficacia in mithridato, quæ non etiam ſint in theriaca.

Sanguinis anatis fœminæ ſanguinis hœdi, ſanguinis anſerini.

¶Ab andromacho ſunt hæc tradita cuius veſtigia ſequens Ioannes Manardus, antidotum ad hũc modum tradidit, ſed neſcio cur vtilior ſit ſanguis anatis fœminæ, Apollonius vero in antidotis quæ infra deſcribit, ſanguinem anatis maris & fœminæ ponit. Cæterum Plinius. 25. lib. cap. 2. non quaruncunq; anatum, ſed ponticarum dicit eſſe inuentum mithridati antidotis miſcere, ſubiungit rationem, quoniam veneno viuerent, ſed hac ratione & alia quæ veneno viuerent huic vſui ſeruire debent, dicit tamen ipſe coturnices eſſe à menſis abdicatas, quia veneno viuunt, quid dicet etiã de ſanguine hœdi, quem veneno viuere non commemoratur, ſed de ijs libro de venenis.

De antidotis ab Aſclepiade, qui autem opium biberint, ijs ſtatim merum plurimum exhibendum eſt, aut piper, aut naſturtium, aut cardamomum ex vino, proderit quoq; lac aſininum.

¶Cum opium frigefaciendo interimat, ab re videtur lac aſininum, quod frigiditati opij non opponitur exhibere, nec eſt cur quis credat, quòd ad prolectandum vomitum illud exhibuerit, cum nec vomitum moueat, & ad vomitum ciendum ſunt alia multa, quæ iuuare poſsint quorum non facit mentionem.

Taurino ſanguini remedium eſt acetum bibere.

¶Præſentaneum venenum eſt taurinus ſanguis, ſed literis mandarunt qui Hiſtorias Indiarum à Caſtellanis repertas ſcripſerunt, quòd in Quinira India, pro delicato cibo bibunt ſanguinẽ taurinũ.

Si incognitum nobis fuerit venenum, quod quis biberit ederitue, hydrelæon caliolum dabimus, vtq; ex eo multum bibat, iubebimus, vtile inſuper erit, ſomnos quoq; circunſcribere.

¶Apud Auicennam ſomnus imperatur ijs qui venenum biberũt, ſed textus eſt vitiatus, pro ſomno allium eſt legendum, deceptus fuit interpres quia fere eadem vox eſt quę in Arabico reſpondet ſomno, & allio, hoc accepi à quodam medico arabe qui apud Turiaſſonem commoratur. Cæterum eſt conſilium Dioſcoridis, quòd hi qui ſuſpecta cibaria habent frigidam aquam præſumant, quia ſatiato apetitu, qualitates ęgerrime apprehenduntur, quod exponit Lacuna, quia ſic vẽtriculus ſatiatus ęgerrime apprehendet qualitates veneni, ſed alio tẽdit Dioſcori, dixerat quidem, quòd quę aliquo vehementi ſapore ſunt prædita, facile decipiunt guſtum, ſubiungit, quòd aqua præſumatur, quòd faciendum monet, vt guſtus expurgetur, nam poſtquàm ſatiatus eſt, & imbutus qualitatibus vehementibus non poteſt apprehendere, vel diſcernere qualitates venenorum, quod non ſolum in principio menſę, ſed ante quodlibet cibarium, eſt vtile.

Anti-

UVA. BHSC. IyR_342

Antidotus Cratippi viri celebris, & alendis canibus dediti.

¶Multum ad rem facit scribere, quòd canibus fuerit deditus Cratippus, sed hoc non est ex Gale. scriptis, sed ex Asclepiade, sicut illud quod in fine huius libri habetur, quòd ad aquarum formidinem aqua in qua fabri ferrum extingunt attifice inscio est exhibenda, absurdum quidem est putare, quòd aqua maiorem opem præstabit, eo quòd artifice inscio exhibeatur.

Annotationes in primum librum de compositione pharmacorum secundum locos.

1. QVemadmodum plantæ aliquæ ob humoris inopiam resiccatæ corrumpuntur, aliquæ vero ob humoris alieni ab ipsorum natura commercium, eodem modo & capilli aut propter humorum ex quibus nutriri consueuerunt inopiam, aut propter eorundem vitiationem, accidit vt corrumpãtur.

¶Reinerius Solenandrus primo suorum consiliorum, non vult Galeno assentire, quòd capilli propter humorum quibus nutriri consueuerunt inopiam, defluãt. demiraturq; Galenum, quòd ad modum plantarum dicat nutriri pilos. cum pilorum sola sit regeneratio. hinc etiam probat, quòd pili ob inopiam humorum non defluant, quòd ex pellibus animalium mortuorum, vbi nullum est nutrimentum, pili non defluunt, nisi cum pori multum aperiuntur vel coroduntur hæc Solenandrus, cui sic satisfacies, quòd cum Galenus dicit, quòd propter inopiam alimenti pili defluunt, non intelligit, quòd pilis ad modum quo plantis alimentum aduenial, vocauit tamen alimentum pilorum humiditatem illam cui agglutinantur, quæ quidem humiditas licet vere non nutriat pilũ, qua tenus tamen est pili fulcimentum, dicitur pilorum nutrimentum, defectusq; humorum qui hãc humiditatem nutriunt, & fouent, dicitur inopia alimenti pilorum. Cæterum in pellibus animalium mortuorum humiditas hæc breui non absumitur, quandiu vero hæc durat (modo alia pilos nõ demoliantur) pili non defluunt. atq; quia pelles iuuenum animalium huius humiditatis magis participes sunt, quàm pelles animalium senum, ideo in illis tardius defluunt pili, est etiam considerandum, quòd in pellibus animalium humiditas cui pili adhærent sicut glutinum quoddam densatur, sicq; densata arctissime pilos detinet, & nisi magno tractu temporis non deficit, quod longe aliter fit in pellibus viuorum animalium, vbi fluit & refluit, & ab internis & externis causis facile alteratur, indicium est, quòd brutę animantes singulis annis pilos mutant, quæ mutatio non accidit in pellibus mortuorum animalium. quare male colligit Reinerius, quòd in pellibus mortuorum animalium humiditas deficiat.

Habent catapotia hæc colocyntidis partem vnam, aloes, & scammonię vtriusq; partes duas, in ijs ego vnam partẽ succi absinthij misceo, antea vero & mastichem chiam, & bdellium adieci, hoc enim modo Quintus vtebatur: verum propter quid ea reiecerim, postea alio sermone explicabitur, quem in compositione purgantium pharmacorum libros reseruo.

¶Vndecim pillulas exhibet Galen. ciceris magnitudine, in quarum vna plus est scãmonij quàm in vndecim quas exhibere solemus, adulterata debet esse nostra scammonia, quæ tam potenter purgat. Cæterum quod addit quòd reiecerit mastichem & bdellium, non caret scrutatione. dicit huius rei causam reseruare ad libros compositionis purgantium medicamentorum, quibus verbis insinuat, non sibi probari illam mixtionem. at quinto libro methodi. has pillulas describit addito agarico, & gummi arabico, nec videtur qua in re officeret maxtiche ad alopeciã, scripsit forsan prius libros metho. antea vero illum vsum fuisse ijs pillulis cum bdellio & mastiche

UVA. BHSC. IyR_342

ad modum quo eis vtebatur Quintus parte quam exponimus ipse dicit. Cæterum cum libris de purgantium medicamentorum compositione ad manus nostras non peruenerint, non possumus inde haurire causam ob quam illa miscella non sit conueniens, forsan reiecit mastichem & bdellium cum alopecia captos volebat purgare, quia bdellium insigniter emollit, emollit etiam eodē autore masticbe. medicamenta vero quæ emolliunt tantum abest, quòd pilorum defluuium cohibeant, quòd defluuium adaugent. sed licet hoc hæc medicamenta extra admota facerent, non videtur quòd intus sumpta idem efficere possent, forsan bdellium reijciendum sensit, quia nō est ex medicamentis quę purgantibus medicamentis esse miscenda docuit libro quibus medicamentis sit purgandum, boni odoris esse & quæ confortare possint dixit debere esse medicamenta, quæ purgatorijs medicamentis miscentur: bdellium vero id non habet, sed multum mollit, quare potius vires ventriculi exoluet, quàm emendabit noxam quam potest facere colocyntis & scammonium. Mastiche vero non videtur cur sit reijcienda, nisi aliquis credat non bene misceri colocyntidi, ne illam membranis ventriculi adhærere faciat, vnde ventriculus offendatur.

Capitis, quod est quæ soranus ad alopecias: recipe adipis infantis informis libram vnam.

¶Medicamen sub enigmate descriptum. per infantem informem vrsum intelligit, hos qui sic medicamenta describunt, irridet Cicero. 2. libro de diuinatione: quis igitur me mones, vt si quis medicus ægroto imperet, vt sumat. terrigenā herbigradam domi portam sanguine cassam. potius quàm hominum more Cocleam dicere.

1. De acoribus. at vero si parua affectio existat, sola localia appellata remedia citra totius corporis vacuationem sufficient.

¶Solenne medicis est, in omnibus morbis locale remedium non applicare, citra vniuersi corporis vacuationem, at Galen. in acoribus paruis quæ non fiunt citra humoris vitium, non facta purgatione localia remedia applicat.

Liber Secundus de Compositione pharmacorum secudum locos.

1. VEhementissimi igitur capitis dolores sunt iuxta caliditatem & frigiditatem, maxime cum inæquales existāt, moderati vero iuxta siccitatem.

¶Dicens Galen. maxime cum inæquales existunt, non vult quod caliditas & frigiditas cum sunt ęquales dolorem producant, vult tamen tunc maiorem dolorem eas qualitates producere, cum magis fuerint inæquales, cæterum absolutam ęqualitatem dictę qualitates habere debent, si dolorem non producunt, id vero quod dicit quòd moderati dolores fiunt iuxta siccitatem, non contradicit ijs quæ dixit. 2. lib. de sympthomatum causis, quòd si absit calfactio & refrigeratio siccitas non parit dolorem, ibi hanc rem dilucidauimus.

Ibi. Quando cę neruorum aut membranarum, aut cutis, aut ipsius adeo cerebri affectio est.

¶Hac in parte & cerebrum à sensu non esse immune Galen. sentit, quod & libro de multitudine etiam indicauit.

Fit autem plectora quatuor humoribus ex æque auctis, aut etiam sanguine solo. nam cum alius quispiam humor redundarit, velut est pituita, & flaua bilis, itemcę nigra, eiusmodi auctionem siue redundantiā, non plenitudinem, necę simpliciter multitudinem, sed cum appositione pituitæ, aut bilis flauæ, aut nigræ multitudinem dicunt.

¶Diximus libro de multitudine, cum dicit hic à sanguine solo, non aliud velle quanquàm nil inter esse siue plenitudinem à quatuor humoribus auctis fieri dicas vel à sanguine, nā cum sanguis augetur,

UVA. BHSC. IyR_342

tur, si sanguis non declinat in naturam biliosam vel pituitosam, vel melancholicam, proportio debet esse in omnibus humoribus, quòd si alius humor à sanguine redundauerit, hæc proportio nō potest seruari. ob id dixit cum alius humor quispiam redundarit. Cæterum dixit fieri plenitudinē à quatuor humoribus auctis, vel à sanguine solo, vt scilicet indicaret non esse discrimen hoc vel illo modo dicas, sic dixit non plenitudinem neq; simpliciter multitudinem: nam licet idem sit plenitudo & multitudo, vt tamen indicaret, nil interesse vnum vel aliud dicas, dixit plenitudinē & multitudinem: quidam enim medici plectoram vocabāt plenitudinem, alij multitudinem, & nunc sunt medici qui contendunt, non recte dici plenitudo, sed multitudo. quia de multis humoribus simul auctis dicitur. acsi vnum humorem non diceremus esse multum in venis.

3. Vitanda maxime vinum sol & balneum.

¶Ex sententia Apollonij hæc dicta intellige, nam Gale. balneum non interdixisset ijs qui ex ardore caput dolent.

Ibi. Exinde vero post verticem non tamen longe inferius.

¶Consuetudo est ad caput refrigerandum solum medicamenta parti anteriori capitis admouere, Gale. & post verticem illa admouet.

Ibi. Proximum à rosaceo chamemelinum locum habet, in ijs corporibus quibus vehementem frigiditatem inducere veremur.

¶Rosaceum quo communiter medici vtuntur, nō ex omphacino oleo confectum, neq; illud aqua frigida infrigidatum admouent, quare citra scrupulum, fœminis & eunuchis possunt admoueri, adde quòd sæpe transacto anno à confectione (quo tempore & vix refrigerare potest) illud propinant.

Ibi. Hoc auxilium siue humorum siue vaporum multitudo in caput impetum faciat, præclare auxiliatur.

¶Loquitur Galen. de oleo rosaceo vehementer infrigidato quod cāpiti admouetur, Mesues vero quem multi practici æmulantur inhibet medicamenta frigida capiti admouere, vaporum multitudine in caput impetum faciente (dicunt quidem) vapores à medicamentis frigidis coerceri, qui si considerassent, maiorem esse vtilitatem ex repulsione vaporum, quàm ex aliquorum cohibitiōe, id non docuissent: maxime quod vapores calidi qui cohibentur à medicamentis frigidis attemperantur, quo fit vt nocere non possint.

5. In simplicibus iusculis coquantur quibus aqua sola cum oleo & anetho ac exiguo porro cocturam perficiat.

¶Cū porrū caput teriat, nō est cur in iusculis quæ caput dolētib⁹ ꝓpinātur illud miscere velimus.

Ibi. In phreniticis quidem igitur cum omnia quæ extra caluariam ab affectione immunia sint, veteres conuenienter acetum admiscuerūt.

¶Multi practici, eo quòd acetum vigilias inducit, acetum in epitematibus quę phreniticorum capitibus admouentur reijcere suadent. si vero considerassent, quòd acetum faciendo penetrare medicamenta frigida ad partes intra cranium affectas, multum iuuat: id docere desinerent, adde quòd acetum extinguendo ardorem bilis, non solum vigilias non excitat, sed potest somnum ciere.

6. Scimus myrrhæ odorem plurimis etiam sanis dolorem capitis inducere.

¶Cum sua natura myrrha capitis dolorem inducat, merito pillulæ Ruphi quæ parātur ex myrrha & croco & ammoniaco caput dolentibus non sunt porrigendę.

Ibi. At vero ob capitis dolorem vehementem, nemo vnquàm animi deliquio comprehensus mortuus est.

¶Contrarium Plinius vigesimoquinto lib. cap. tertio insinuauit, sed credo sub capitis dolore complexum fuisse Plinium dolorem aurium, qui cum à inflammatione proficiscitur, animi deliquium solet producere, ad capitis quidem dolorem quodammodo attinet dolor auditus, quando vna ex capitis partibus auditus est.

UVA. BHSC. IyR_342

8. A cœna autem postridie modicum absinthium in potu dabimus.

¶Cum hoc libro c.p.10.per absinthij cremorem bilioſum humorem euacuat Gale.non mirum q̃ ad euacuandum etiam abſinthium hac parte quam exponimus propinet,quòd ſi ad euacuandum à cœna illud exhiberet,nõ ab re dicet aliquis licere exhibere medicamẽta quę caput purgãt à cœna: at cum modicum abſinthium exhibeat, videtur potius illud ad corroborandum quàm ad purgandum exhibuiſſe,debuit quidem loqui de abſinthio pontico.eſto vero quòd concedamus ad purgãdum potionem ex abſinthio tribuiſſe,dicemus non illico à cœna vt multi pillulas ex hiera propinant,ſed trãſacto interuallo illud tribuiſſe, ad quem modum dicta Aetij qui à cœna exhibet aloem alibi ſumus interpretati.

9. Propter infirmitatem compræhenſiuæ facultatis.

¶Non eſt alia hæc facultas à facultate retentrice, retinendo quidem comprehendit.

Ibi Inuentum quidẽ & hoc nobis in commentarijs eſt, in quibus communes & generales dolorum cauſas conſiderabamus,q̃ ob diſſolutionem continuitatis ſimilarium partium dolor oboriatur, diſſoluũt autem ipſam erodentia,diſſeccantia, diſtendentia,& vehementer calfacientia, &refrigerantia.

¶In hac parte Gale.aperte inſinuat omnem dolorem à diſſolutione cõtinuitatis prouenire,nec ijs obſtat quod primo cap.huius libri dixit,à caliditate & frigiditate oboriri dolorem,dixitq̃ multis alijs locis ab intemperie dolorem proficiſci,nam qui voluerit hanc eſſe opinionem Gale.q̃ omnẽ dolorem à diſſolutione continuitatis proficiſci ille ſenſerit,dicet intemperiem citra hoc quòd cõtinuum diſſoluat dolorem non poſſe producere,ſed de ijs libris de methodo.

Ibi. Alia lauri folia,& populi albæ,& viticis cum oleo & aceto & hoc pharmacum ex ſimplicibus facultatis differẽtibus compoſuit,lauri enim folia calidiſsima,viticis vero moderate refrigerantia.

¶Non videtur hoc conuenire cum ijs quæ dixit.6.lib.de ſimpli.medicamen.faculta.cap.de vitice, vbi viticem in claſſe eorum quæ vehementer calfaciunt poſuit, credo quòd parte quam exponimus vbi legitur viticis legendum eſſe ſalicis, magna eſt conuenientia inter ſalicis quoddam genus & viticem,adeo vt Dioſcorides viticem vocauerit ſalicem amerinam.

Quicunq̃ panem citra obſonium edere nõ poſſunt, ijs oliuas aut palmulas,aut vuas,aut tale quid addemus.

¶Cum capite quinto dixerit,palmulas habere proprietatem inducendi dolorem capitis,à re videtur alienum,eas pro obſonio exhibere:ſed cum dolor à ventriculo proueniat,vult illius appetentiæ acquieſcere,vt melius fiat concoctio quæ cum optime peragitur, minus caput offenditur.ſed certe non tota vis appetentiæ & concoctionis in palmulis & vuis conſiſtit, quare præſtat eas caput dolentibus inhibere,non deſunt quidem alia edulia, quæ pro obſonijs vtatur æger. vuæ enim vt lib.de alimentis dixi, & penſiles ſolent capitis dolorem inducere,oliuę grauiter caput tentant, palmulæ ipſo autore vim habent dolorem capitis producendi.

Ibi. Clyſteria vltra hoc, quòd non ſolum ea quæ circa ventrem & meſarcum ſunt euacuant,ſed etiam quæ circa hepatis ſima hærent.

¶Euacuando quæ ſunt circa hepatis ſima clyſteres, quodammodo poſſunt ex vniuerſo corpore euacuare,vnde patet eos deerrare, qui ſolum ex inteſtinis clyſteres euacuare crediderunt.

12. Quòd ſi ſerius,poſt ſeptimum tandem irruat diem aluo per Clyſterem,qui aliquid operepretẽ faciat, præeuacuata,cucurbitæ ad occiput ſiue ceruicem affigantur.

¶Loquitur Gale.de capitis in febribus dolore,ſola vero facta cũ clyſteri euacuatione,admouet cucurbitam credens cõgruã reuulſionẽ & euacuationẽ cum clyſteri fieri, in febribus quidẽ timebat ille adhibere medicamenta purgatoria. Cęterũ admouet cucurbitã occipiti vexabat forſan dolor partem

UVA. BHSC. IyR_342

partem capitis anteriorem, fit quidem reuulsio ex parte anteriore ad posteriorem, & ad anteriorem ex posteriore, sic posteriora capitis dolentia vena frontis recta scisa iuuat. 15. capite quidē huius libri dicit cucurbitam ad occiput affixam, esse ex reuulsorijs auxilijs, cum ad anteriorem capitis partem ferri consueuerunt.

Ibi. Vitare autem oportet in dolore capitis viticis semen, absinthij 8
succum.

¶Cap. 8. huius libri exhibet absinthium potum &. 10. cap. absinthij eremorem, quæ videntur citra rationem exhibuisse, si in omni dolore capitis est vitandus absinthij succus, sed dispar est ratio, in diluto quidem absinthij solum est pars subtilior, quę ventrem potest expurgare, in succo vero est pars crassior quæ caput potest offendere, quare iuxta ea quę Gale. hac parte dicit, syrupus de succo absinthij, ijs quibus caput dolet minime est propinandus. 10

Liber Tertius de Compositione pharmacorum secundum locos.

Quicquid adhibetur mediocriter calidum esse oportet.

¶De dolore auris à frigiditate orto loquitur Galen. cui medendo medicamenta tepida esse debent, aliqui vero practici Gale. sententiam non aduertentes, in omni aurium dolore. id esse faciendum non sine magno errore docent, dolore quidem ab inflammatione producto, medicamenta non sunt calfacienda. 15

3. Quòd si inflammatio adsit, optimum ad eam pharmacum, vnguentum nardinum.

¶Non in omni inflammatione, sed in ea quæ mediocris est, & vbi non est febris vehemens. hoc medicamento esse vtendum dixit Alexander, cui certe vt vera profitenti in hac parte est subscribēdū. 20

Ibi. Verum ego dolore vexatis nullum pharmacum infundo, neq; etiam per lanam instillo.

¶Alexander iuuenibus in quibus feruens admodum est inflammatio fomentis per spongias aqua calida imbutas & abunde expressas vtendum esse consulit. Cæterum neq; intelligere debes, quòd semper in dolore auris ex inflammatione oborto nullum medicamentum est infundendum, sed in 25
doloris magna vehementia, hoc significauit his verbis dolore vexatis: q̄ enim & dolente aure ex inflāmatione aliquando aliquid possit infundi, ex ijs quæ hoc capite dicit colligitur. quando ergo hac parte dicit præstat doloris tempore nihil infundere, tempore vehementis doloris intellige.

9. Mirabiliter confert in excellenti aurium dolore porri succus, & caprina vrina. 30

¶Detestandum dixit esse vrinam capiti applicare decimo de simpli. medica. faculta. neq; in ijs quæ hic scribit ab ea sententia declinat, cum vrinam caprinam non ex proprio decreto, sed ex Archigenis sententia applicandam scribit, lib. quidem de arte curatiua latè probauimus, non omnia medicamenta quæ libris de medicamentis localibus à Galeno sunt scripta, suo esse probata calculo, fuit quidem potius dictorum lib. compilator Gale. quàm autor emendat aliqua, alia vero silentio 35
preterijt, sed de ijs multa lib. de arte curatiua.

De sonitu in auribus, & huius affectionis caput primum, quidam sonitus aurium fiunt ob exquisitam sensus audiendi facultatem.

¶Multi credunt hanc exquisitam sensus subtilitatē ob quam fiunt sibila esse hominū sanorū, sed certe mirū esset optimā sanitatem tam prauū comitari sympthoma, nō quidem videtur creditu di- 40
gnum, naturā sensoria sic fabricasse, q̄ quo fuerint exactiora sint magis lacessita: addē quòd Gale.

UVA. BHSC. IyR_342

in hac parte medellam tradens dicit, præsertim si acuto audiendi sensu æger præditus appareat. qua parte insinuat ægrorum & non sanorum esse hoc sympthoma: credo igitur hanc exactam audiendi subtilitatem ob quam fiunt sonitus vel murmura, euenire in ægris, qui eo quòd exiccatum nimis habent audiendi neruum, vel à carne denudatum, à re quanuis leui neruus percellitur, vt caput infirmum à re quanuis pusilla percelli solet, quia vero neruus est denudatus, promptius sentit ob quod præstat aliquãdo medicamenta vim stupefaciendi habentia adhibere, sed mihi magis placet, immittere in aurem rem quæ incrasset, & quodãmodo neruum auditorium obtegere possit, cæterum nec abnuo, quòd quis possit tueri, ob exactam in sanis audiendi subtilitatem, hoc accidẽs posse oboriri. sed rationi magis quadrat quòd sit ob ægram affectionem.

Liber Quartus de Compositione pharmacorum secundum locos.

DE opthalmia; opthalmia est inflammatio tunicæ os capitis ambientis.

¶Si opthalmia est inflammatio, patet illam à flatibus non proficisci, quicquid sua practica tradens causas opthalmiæ dixit Fuchsius.

Ibi. Lenitiuos autem liquores dixi oui candidum, & fœni græci decoctum, ad hæc amplius ipsum lac.

¶Aetius sermone. 3. secundæ partis cap. 9. inhibendum lac in lippitudine à calido & acri humore producta dicit, ait quidem, quòd cum lac à caliditate in oculo præter naturam facile alteretur, acrius euadit. sed certe lac muliebre, & lac asininum non tam facile alteratur, quòd sit timendum. exhibet cauto affectis lac asininum quarto de ratione victus Hippoc. & est cur extra illud applicare tantum timeamus, maxime quòd possumus lac immiscere ouorum candido.

Cuius est titulus, remedia ad affectos oculos ab Archigene, quod si augescat fluxio, accedatq; dolor, conuenit & solutio ventris valida.

¶Solutio ventris valida dicitur ea, quæ valide ventrem purgat, quando enim vniuersum corpus purgatur, improprie dicitur ventrem solui, insinuat quidem Celsus, lib. 4. cap. 10. maioris efficacię esse ducere aluum quàm soluere, sic inquit oportet soluere aluum, si aliter nõ respõdet etiã ducere.

Cuius est titulus ad pilos inutiles, & pungẽtes in palpebris, pilos inutiliter in palpebris supernascẽtes euellito, & sanguine cimicũ illinito.

¶Licet in hoc textu autorem à quo hæc sint scripta non exprimat Gale. ab Archigene esse tradita intellige, supra quidem dixit, se scribere remedia quæ ad effectos oculos tradidit Archigenes. Gal. quidem qui vrinam humanam capiti admouere est detestatus, detestari haberet, cimicum sanguinem, sanguinem etiam ranarum facere vt pili non renascantur scriptum est hac parte, at lib. 10. de simpli. medica. facul. falsum id (facto periculo) dicit Gale. se comperisse.

Liber Quintus de Compositione pharmacorum secundum locos.

AQua enim acrimoniæ omnis expertissima est, non in cute tantum, sed ipsis etiam vlceribus.

¶Neq; ijs obstant quæ dixit Hippoc. 5. lib. apho. apho. 2. vbi dixit, vlceribus frigidũ mordax, quia vt Galen. exponit, si proprio vtamur vocabulo, calidum mordax est, sensus autem similitudine & aqua frigida est mordax.

De ægilope; mederi igitur oportet ipsi cum discussorijs medicamentis

UVA. BHSC. IyR_342

mentis, quæ citra mordacitatem efficacia ſint.

¶Chirurgi vix alijs medicamentis, quàm vrentibus ægilopem curare moliuntur.

Liber Sextus de Compoſitione pharmacorum ſecundum locos.

1. DIciſtis, quòd nõ omne lethale ſtatim etiam eſt venenoſum,

¶Medicamenta quæ frigefaciendo interimunt ſunt lethalia, non tamen proprie venenoſa.

2. Verum dixerit fortaſsis quiſpiam, mihi ex medicis pauperioribus, ſe amplecti quidem ipſum medicamentum.

¶Ex ijs quę hac parte dicit Gale. colligitur, olim medicos medicamenta paraſſe, niſi per medicos intelligat hic medicorum miniſtros, porro cum medicamentum de nucibus de quo loquitur, ex medicamentis conſtet, quę nullo parantur impendio mirum eſſet, quòd medicorum paupertatem ad illud conficiendum timeret.

De confectione ex malis punicis, nominatur autem ſic cortex quidã aromaticus, qui ex India affertur, multũ calfaciẽs & adſtringẽs.

¶De macere hæc dicit Galen. cuius contrarium dixerat. 7. de ſimpli. medica. facul. cap. quidem de macere ait: illum remiſſam caliditatem habere: credo textum de medicamentis localibus eſſe depra uatum, legendumq; eſſe calfaciens & multum adſtringens.

Gratia eſt habenda Aſclepiadi: quòd ipſa animalia & nõ eorum recrementa in pharmaci compoſitionem præparanda cenſet.

¶De hirundinibus loquitur: nunc porro magis eſt in vſu ſtercus parare hirundinum, quàm ipſas hirundines: conficiunt quidem emplaſtrum ex ipſarum ſtercore, à quo ſumit nomenclaturam, nec eſt diffitendum, quòd licet ſympathia ipſum ſtercus non profit, quod ad diſcutiendum tẽpore quo diſcutere volumus poſsit prodeſſe: ex Celſo vero colligitur, pullum hirundinis ſuo tempore laudari, ſic enim inquit: vulgo audio, ſi quis pullum hirundinis eſitauerit, toto anno angina nõ periclitari, dicit vero id non reperiri in medicorum monumentis, ſed non ſolum vulgus habuit autorem hęc opinio, habuit quidem Aſclepiadem, vt ex cap. Gale. citato facile quis poterit colligere.

Ad columelam ſiue gurgulionem, nos enim nõ particulam ipſam, ſed vnam aliquam eius affectionem, vuam nominamus.

¶Et pro particula vuam Galenum ſumpſiſſe claret ex ijs quæ dicit. 10. lib. de vſu parti. cui fuit adſtipulatus Hippo. lib. de affectionibus.

His fortiora ſunt myrti, ac baccarum eius decoctum, & ex acerbis cotoneis malis, & virgultorum tenerorum ilicis arbuti ſmilacis.

¶Dubitat Cornari. quomodo ſmilax cum ſit venenoſa ponatur inter gurgulionis remedia, reſpõdet quòd non omni ſolo eſt venenoſa, ſed ex theophraſto colligitur, quòd ſmilax non eſt taxus, ſed arbor ilici ſimilis, de qua intelligere debuit Galen. hæc vero arbor adſtringit, & non eſt venenoſa, hæc ipſe aduerteram, quæ annotata etiam legi apud Matthiolum Senenſem. Cæterum & videmus aliqua quæ noxam qualitatem habent etiam applicare Gale. magnitudo quidem morbi magna expoſcit medicamenta.

Ibi. Corrumpuntur omnes ſucci, ſi abſq; melle reponãtur, aut rurſus reſiccantur, ſi plurimum fuerint cocti.

¶Nunc citra mel eſt cõſuetudo reponere ſuccos, infuſo quidẽ ſucco in vaſe parum olei ſupra ſucum apponunt, ſed certe hoc modo non credo à corruptione ſuccos tutos eſſe.

Mediæ vero potentiæ eſt myrrha, & miſtæ nardus celtica. Cæterum

UVA. BHSC. IyR_342

rum per arundinem eiusmodi pharmaca insufflari valde improbo, defertur enim ex ipsis multum tum in gulæ summũ, tum in ipsam gulã. ¶Longe aliter faciendum aliqui practici (qui rem non expendunt) facete suadent.

Liber Septimus de Compositione pharmacorum secundum locos.

1.  Rgana vocis cum dico arteriam accipite, & eius summum ac fauces.

¶Iam libro de arte curatiua ex Galeno manifestauimus, aliter illi summi nomen faucis quàm Plinio, hic enim.11.lib.cap.27. solũ gulæ summitatem vocat fauces: Gale. vero internum oris locum, vbi simul conueniunt gulæ & gutturis partes: quarto enim de locis patientibus fauces id significare ille declarat.

2. Aqua pluuia additur in dyacodione, quominus putredini sit obnoxium pharmacum, habet in se adstringens quippiam in se aqua.

¶Hæc non aduertens Musa, dixit libello de syrupis, syrupum de papauere confici cum aqua pluuia, quia facit hæc aqua medicamentum penetrare. porro cum hæc aqua adstringens sit, penetrationem non adiuuat.

3. Rectissime autem fecerit, qui omnes arteriacas qui mitigatoriã concoctoriam & lenitoriam vim habere prædicantur, in duplo vase coxerit, quod diploma græcis vocatur.

¶Non solum eclegma ex vino scybelite, sed omnes syrupi qui ad morbos pectoris parantur in diplomate coquere iuuaret, atq; in diplomate aquas destillare (vt annotauit Manardus) esset vtilissimum. precipue si quæ destillantur tenuem habent partem, quæ facile euaporat.

10. Aqua quæ per plumbeos canales deriuatur fugienda erit, limus quidam ex plumbo in ea continetur, vnde etiam qui aquę eiusmodi fecem combibunt, dysenterici euadunt.

¶Hinc patet, quanto in errore versantur, qui vasculis è stagno quę multum habent plumbi, ad cõtinenda cibaria & vinum & aquam vtuntur, patet etiam grauiter errare, qui aquas destillant in vasculis quæ eorum cauitate plumbum habent.

13. Admiranda est antidotus ad lethalia venena, ante & post cibũ sumpta, quartanarijs prælotis datur ante horam accessionis.

¶Hæc antidotus multam habet stupefacientium medicamentorum vim, quare post cibũ nõ posset non officere, nisi illa iam concocta & fermentata exhiberentur, atq; & fermentata, quia valenter posset distribuere, non esset accommoda, sed præmente vi veneni tempus non est eligendum: prælotis qui quartana laborant iussit Andromachus prędictam antidotum tribuere, qua parte insi nuauit, prodesse balneum ijs qui quartana sunt affecti. potest opitulari, sed iam concocto morbo, & quia humor frigidus est præstat aquam rebus quæ calfacere & attenuare valent prius coquere, sed de ijs libro tertio de ratione victus, vbi declarauimus quomodo est intelligẽdum dictum Gal. qui in causo à pituita falsa, quia pendet ab humore crasso balneum adhibere vetauit.

14. Miscentur enim prædictis congruenti mensura, tum calida tum tenuium partium existentia medicamenta.

¶Loquitur Gale. de sanguinis reiectione, ad quam curandam dicit adhibenda esse medicamẽta adstringentia, quibus dicit esse miscenda medicamenta quæ tenuium sint partium, vt possit medicamentum vsq; ad affectam partem penetrare, minime hoc hodie seruatur, quando in communi vsu

est

UVA. BHSC. IyR_342

eſt adhibere paſtillos de ſuccino de terra lemnia cum decocto adſtringente ijs qui reiectationem ſanguinis habent.

19. Confectio ſedans dolorē ad oēs internos affectus & pleuritidas.

¶Hæc antidotus habet medicamenta ſtupefacientia, quæ minime exigit vera pleuritis, quare quantumuis illam andromachus laudauerit, non eſt aduerſus pleuritidem illa vtendum.

21. De orthopnoea: qui citra febrem dēſe reſpirant qualiter faciūt, qui velociter cucurrerunt, ab acceſsione hac medicis græcis aſthmatici, eoſdem autem ab alia acceſsione orthopnoicos vocant.

¶Orthopnoea, vt lib. de arte curatiua diximus, plura cōplectitur quàm aſthma: aſthma quidē affectio eſt citra febrem inuadens, orthopnoea vero & cum febre ſolet eſſe, in graui ſcilicet angina & peripneumonia: & ſecundo prorrheticorum dicit Galen. quicunq; enim recto thorace coguntur ob aliquem morbum inſpirare ſiue habeant febrem, ſiue non, dicuntur orthopnoici, vt parte citata Gale. dicit: cæterum cum aſthma citra febrem habeat eſſe colligitur tumorem pulmonis abſceſſui ſimilem non producere aſthma. quia vt Aetius dixit, ſi tumor abſceſſui ſimilis eſt in pulmone neceſſario febris producitur, quare errauit Fuchſius, qui in ſua practica tumorem abſceſſui ſimilē dixit producere aſthma. neq; ijs obſtant quæ in hoc cap. dicit Gale. qui ait fieri coartationē in pectore propter tumorem abſceſſui ſimilem, quia tradit cauſas coartationis, & non exhibet cauſas aſthmatis. à peripneumonia etiam dicit fieri coartationem, & à pure. pus vero inter pulmonem & pectus coaceruatum non gignit aſthma, quia etiam febrem producit, quare errauit Auicenna, qui inter cauſas aſthmatis pus poſuerit, an poſsit porro pus aſthma producere. 4. lib. de locis patientibus diſcutiemus: ſed ijs quæ diximus quòd aſthma eſt citra febrem aliquis poſſet opponere quæ cap. ſequenti dicit Gale. qui ait ad orthopnoeam Soſicratis facit antidotus, febricitantibus in aqua, alijs ex vino, reſpondebis hæc à Soſicrate & non à Galeno eſſe dicta, vel dixit orthopnoeā cum febre, quia vt diximus plura quàm aſthma ſignificat orthopnoea, hæc quidem & cum febre poteſt eſſe.

Liber Octauus de Compoſitione medicamentorum ſecundum locos.

PArticulam autem ipſam ſtomachum vocant, equiuoce cum ſit illa particula quæ cibum ex ore in ipſum defert.

¶Os ventris dicit equiuoce ſtomachum vocari: Celſus porro totum ventriculum ſtomachum vocat. 1. lib. cap. 2. & alijs locis, communiter etiam per ſtomachum id ſignificatur.

2. Verum noſcere operępretium eſt, ad ventris ſubductionem illotam aloem aptiorem eſſe, multum vero de medicamentaria vi deponere lotam, quametiam febricitantibus dare aliquis audeat, ſi non vehemens, ſed valde debilis ſit febris.

¶Nunc & in vehementi febre audent multi exhibere pillulas, quæ habent aloem & medicamenta multo calidiora: ſi magnā expertos eſſe cladem medicos qui illotam aloem non valde febricitantibus exhibuerūt Galenus dicit, quantam cladem formidaſſet à pillulis calidiſsimam vim habentibus exhibitis vehementer febricitantibus ſed? dicet aliquis, in pleuritide deſcendente quæ non eſt citra acutam febrem colocyntidem & alia fortiora medicamenta Hippoc. & Gale. 3. de ratione victus exhibere non vetant, hoc parte illa de ratione victus excutietur.

Ibi. Infeſtiſsima eſt aloe etiam lota ijs qui citra vitiatos humores ex intemperie calida & ſicca affliguntur, proximam ab ijs cladem percipiunt, qui ſiccam intemperiem habent frigiditati implicatam.

¶Si aloes exiccando humiditati natiuę tantum officere ſolet, non eſt audiendus Auicēna, qui cap. de

UVA. BHSC. IyR_342

de cachexia dixit, hieram pieram euacuare citra hoc quod humiditati natiuę offensam faciat: ex ijs porro quæ Gale. hac parte dicit, patet multum hallucinari, qui ijs qui naturam siccam habēt aloē, & pillulas quæ aloes multam quantitatem habent, frequenter propinant.

Ibi. Euacuatio igitur affligentis humoris per solam aloem contingit, quæ purgatoriam vim nō fortem habet, sed vt ea quæ circa aluum sunt quæ etiam contingit purgare possit.

¶Contrarium visus est dicere libro de theriaca ad pisonem, ibi hanc contradictionem diluimus.

3. Quemadmodum enim graue olentia omnia stomachū subuertere solent, sic odorata corroborare.

¶Non dicit quòd omnia odorata stomachum corroborent, nam multa odorata sunt quæ præter bonum odorem qualitatem displicentem ventriculo habent, quare errant qui bono odori medicamentorum tantum fidunt, quòd citra aliam considerationem, ea ad restaurandas ventriculi vires exhibent: hinc est orta consuetudo exhibere moschum in omnibus electuarijs quæ ad vētriculum faciunt. porro si moschus est sanies vomicæ cuiusdam animalis, quam conuenientiam cum ventriculo illam habere credis, vide quod iocundissimum odorem aspirat rosa alexandrina, & flos quē moschetam vocant, & ventriculum magnopere solent subuertere.

Ibi. Ego vero in conuulsione tertiam aliquam causam supra euacuationem & repletionem non reperi.

¶12. Metho. non negat, quòd à mordacibus humoribus fiat conuulsio, sicut singultus: dicit etiam à frigiditate conuulsionem oboriri, ibi hanc quæstionem excutiemus.

Ibi. An vero & ob nimiam euacuationem fiat singultus, veluti etiā conuulsio, dignum consideratione est.

¶Vt mordaces humores potius videntur producere motum conuulsiuum, quàm conuulsionem, sic nimia euacuatio potius videtur producere conuulsionem, quàm motum conuulsiuum. cum vero singultus sit quodammodo motus conuulsiuus, vel illum imitetur, non caret scrutatione, an ab euacuatione producatur. certe videtur quòd nimia euacuatio potius in ventriculo tensionem, quàm singultum producat.

8. Calida igitur intēperie circa iecur existente colliquationes fiūt, primum humorum, deinde etiam carnis ipsius.

¶4. lib. de ratione victus comment. centesimo, colliquationem insinuat fieri absumpta contabefactaq; pinguedine vel carne, vnde dicta est colliquatio vt dicit Aetius cap. de colliquatione, vnde patet improprie dici humores colliquari.

In eodem capite, oppillatio & obturatio vitiosorū humorum aliquando in hepate contingunt, ad quas putrefactio consequitur, breui in frigidis intemperatis, in calidis vero non cito, sed temporis progressu accedens.

¶Calida temperatura quatenus in ea viget calidum innatum reluctatur putrefactioni, at in temperatura calida, in qua calor ascititius viget, potius videtur facere ad putredinem quam frigida, nisi quis dicat, quòd in hepate frigido sic elanguet calor natiuus, quòd ascititius breuius quàm in temperaturis calidis dominatur, sed certe ostendit experientia, eos qui calidam hepatis temperaturam habent, morbos putredinis facilius incurrere, quàm qui frigidam habent intemperaturam.

Ibi. Ostensum autem est, quòd hæ facultates omnes in omnibus sunt partibus corporis per omne vitæ tempus.

¶Et viuente animali hæ facultates deficere solent, vt ipse dicit. 5. lib. de locis patientibus cap. 1.

10. Quale est lupinū hepar, cuius abunde experimentum habemus.

¶Non contradicunt hæc ijs quæ dixit. 11. lib. de simplicium medica. facul. vbi dicit nihil se cōperisse quod mentione dignum sit hepar lupinum præstare; nam hæc quæ ex. 8. lib. de compositione

pharmac.

UVA. BHSC. IyR_342

pharmac. ſecundum locos adduximus, non ſunt ex ſententia Galeni, ſed ex ſententia Aſclepiadis, cuius confectiones hepaticas hac parte deſcribit Galen. multi vero id non aduertentes, dixerunt in dictis Galeni eſſe contradictionem, ſed de ijs libro de arte curatiua multa.

Liber Nonus de Compoſitione pharmacorum ſecundum locos.

5. DE ſplenis affectiõibus, attenuantibus igitur opus habet pharmacis, citra manifeſtam caliditatem, ne vehementius incraſſeſcat ſuccus craſſus in ipſo obturatus.

¶Non videntur hæc cohærere cum ijs quæ infra in hoc capite dicit, vbi valde amara medicamenta ad lienem affectam laudat, valde vero amara medicamenta, cum manifeſta caliditate aperiũt, libro etiam. 13. metho. efficaciora medicamenta dicit cõuenire lieni affecto quàm hepati: vnde colligitur fortiori vi debere illa pollere quàm hic dicit: adde quòd medicamenta quæ cum manifeſta caliditate aperiunt, ſi vehemens non eſt caliditas, non faciunt increſſeſcere humorem, propter hęc credo, quòd vbi legitur citra manifeſtã caliditatem, quòd eſt legendum citra vehemẽtẽ caliditatẽ.

Cap. vltimo, quando ſanæ in priori tempore probe purgatæ & concipientes, ac viris coeuntes, ijs ipſis priuatæ fuerint, vt palam ſit frigidũ & humidum ſemen in ipſis totum corpus refrigerare.

¶Sexto de locis patientibus & à ſanguine retento vteri ſtrangulatus oboriri dixit, ea parte rem hanc diſcuſsimus.

Ad vuluę ſtrangulatus conuenit agarici drachma vna in potu accepta ex vino, plantaginis ſemẽ & ſuccus cum vino, onix detractus ex conchilio potatus, acetum ſcyliticum abſorptum.

¶Quatuor remedia ponit ad vnum morbum Gale. quæ parum videntur inter ſe conuenire, quid agarico medicamento purgatorio cum ſemine plantaginis medicamento adſtringenti? quid vngui odorato cum aceto ſcylitico, eſt alia difficultas, quòd ad excitandas vtero ſtrangulatas olfaciendũ dicit bitumen, caſtorium, res fœtidas. quæ multum diſcrepant à medicamento onix dicto quod bonum aſpirat odorem: eſt & aliud, in quod quis poſſet hæſitare, quod abſorbendum dicit acetum ſcyliticum: dixit vero ille libro de ratione victus: acetum eſſe inhibendum in vteri affectibus, quia vterus neruoſus eſt, vt omnia hæc intelligantur, notandum eſt, quòd diuerſo modo hæc remedia quę Gale. poſuit vtero ſtrangulatis opitulantur: opitulatur agaricus digerendo flatus, & eruditates, quæ ſolent vteri ſtrangulatum augere: vtilis eſt tempore acceſsionis non tam ad purgandum, quàm vt dixi ad calfaciendum & digerendum, eſt & vtiliſsima ad præcauendum malum purgando ſcilicet humores crudos: ſemen porro plantaginis ijs prodeſt qui multo ſanguine & ſemine abundant, vt ſcilicet veneream libidinem extinguat, inhibeatq; multum ſeminis generationem, hoc nomine malum anteuertit. præſenti vero malo medetur, cohibendo ſua adſtringenti qualitate prauorum vaporum qui à ſemine eleuantur aſcenſum: acetum ſcyliticum prohibet etiam vapores, eoſq; infra depellit & prauæ qualitati ſeminis cohibiti opponitur, quia porro hoc acetum ſcylam habet, à qua eius qualitas attemperatur, vtero non ſic vt ſimplex acetum nocere poteſt, onix vnguẽ odoratum eſſe, vel quod vocant arabes blattum bizantium omnes medici (excepto Fuchſio) qui os anterius narium purpuræ eſſe dicit interpretantur, hic quidem roborando cor & ſua parte ad ſtringenti prohibendo vapores qui ſurſum feruntur prodeſt, licet enim quæ bonum odorẽ aſpirant naribus appoſita vteri ſtrangulatus excitent, non ſequitur quòd quæ ore ſumuntur non poſſint iuuare, ſi enim omnia quæ bonũ odorẽ iactant ore accepta nocerẽt, nõ debuiſſet ex vino hęc medicamẽta exhibere Gal. vnde patet citra cauſam timere Manardũ aromaticũ chariophillatũ in vteri ſtrangulatis, quia dicit illud bonũ odorẽ præſtare, ex ijs etiam colligitur, à re facere medicos, qui ad excitãdas ſtrãgulatas, exhibẽt per os res fœtidiſsimas, vt chalbanũ, & laſerpitium. nõ emẽ eo

q olfactu

UVA. BHSC. IyR_342

q olfactu iuuent sequitur intus accepta iuuare ex ventriculo quidē nō sic prauus odor demādatur sicuti ex naribus, iam vero q demandetur possunt fœtida noxam vētriculo & cordi cum sunt deuorata præstare quam non exhibebunt cum solum naribus admouentur, hæc de hoc capite. porro consulto transiuimus multa quæ sunt in prȩcedentibus capitibus huius libri, quia non habent Galen. autorem, vt est illud quinti capitis, vbi legitur Vrsinum fel adhibendum esse ictericis, & illud septimi capitis quo habetur, q Cynoglossus siniſtra manu ante solis exortum est colligenda, sunt id genus aliqua, quȩ ab Archigene, vel Asclepiade fuere tradita indigna quidem, q Galeni nomine attitulentur.

Liber Decimus de Compositione medicamentorum secundum locos.

1. QVod nephriticas antidotos & compositiones appellēt, quæ renibus affectis cōmodant, nephritici enim nihil aliud quàm renales sonant.

¶Affectiones, quæ renibus accidunt à parte affecta nefriticas dicit vocari Gal. libro tamen de sanguinis missione, proprie nephritim dicit vocari, renum inflāmationem.

De coxendicum morbo, quod enim in omnibus articulis arthritis est, hoc in vno iuxta coxendicem, coxendicum morbum appellant, iuxta autem pedem podagram.

¶Cum autore Galeno, & Aetio, sit arthritis cum in omnibus articulis malum est, errat Fernellius, qui decimo octauo cap. pathologiæ, dicit Arthritidis differētias esse tres, chiragram, podagram, & ischiadem, generaliq; nomine dici arthritidem, quæcunq; in alio articulo figitur. Proprie quidem arthritis non est chiragra, nec podagra, nec malū quod in vno est articulo, sed cum malum omnes vel plures corporis artus prehendit dicitur arthritis.

Ibi. Aliquando quidē irruens humor sanguineus est, vt plurimum vero pituitosus.

¶Ioannes Fernellius asseuerat loco superiori scholio citato, causam omnis arthritidis esse humorē frigidum & serosum, dicitq; humorem sanguineum aut biliosum, aut melancholicum, arthritidem non producere, pro suo libito loquitur Fernellius, cum præter autoritatem grauissimorum autorum, monstret experientia, multos in arthritidem incidere, eo q sanguinis aliqua fluxio est cohibita, vt pote sanguis per nares, vel per sanguifluas venas vacuari solitus, videamusq; multos, in quib' pituitosus humor non abundat arthritide grauiter laborare. Ratio etiam sententiam Fernellij euertit, non enim videtur cur natura deonerare se cupiens, non possit sanguineum humorem vel biliosum, vel melancholicum ad articulationes demittere, indeq; dolor excitari, ad articulationem quidem attinent nerui, tendones. & membranæ quæ ossa nectunt, & sepiunt: hac parte etiam tenet Fernellius, q in arthritide humores non insinuantur in cauitate quę est inter ossium extrema, quod citra rationem est creditum, cum in ischiade sȩpe contingat ossium fieri dearticulationem, quę maxima ex parte fit ex humore eas partes penetrante: nō abnuo porro, q sæpe in arthritide humor cauitatem illam non penetret, sed quòd penetrare contingat asseuero. Cęterum vehemens dolor qui in arthritide excitatur, non venit ab humore cauitatē illam ingrediente, quia ossa non sentiunt vel difficulter sentiunt, venit tamen ob humorem ad neruos vel partes circum vicinas attractū, quę partes sensus minime sunt expertes.

De venæ sectionæ aduersus Erasistratum liber.

Nam

UVA. BHSC. IyR_342

7. NAm ex ſanguine vteri conceptus nutriri ſolet, tum vero poſt quàm editus eſt fœtus generatio lactis in mammillis.

¶Ex ſanguine vteri ideſt ex ſanguine qui ad vterum demandatur: porro generatio lactis & ante editum fœtum eſt in mãmillis, vt colligitur ex ijs quę libro de natura fœtus dicit Hippoc. &.37. aphoriſ.5. ſectionis dicit Gale.

Ibi. Ego præterea frequenter vidi canem vomitum ſibimet ſtudioſe prouocantem, auem quoq; ægyptiam clyſtere imitatam.

¶Scribit Plin. & autor introductorii, clyſteris vſum ab ibi homines accepiſſe, qua in re homine prudentiorem faciunt ibim: quis enim ſibi poteſt perſuadere, ꝙ homo antequàm vidiſſet ibim roſtri aduncitate aluum abluere, ꝙ nõ intellexiſſet clyſterẽ poſſe aluum expurgare, ſatius illis fuiſſet cum Galeno dicere, auem ægyptiam clyſtere imitatam quàm homines imitatos eſſe ibim.

13. Vniuerſis ſanguinis fluxiõibus & balneo maxima noxa cõtingit.

¶Ex ijs quæ hac parte dicit Galen. patet, quanto in errore verſentur, qui balnea omnibus hecticis (non adhibita conſideratione an ſanguinis fluxiones habeant) adhibent.

Muliebre enim genus, vt quod domi ageret, neq; vehementibus laboribus exerceretur, aut ſub claro ſole viueret, ac ob vtraq; hæc, multitudinem humorum coaceruaret, ipſam euacuationem plenitudinis tanquàm remedium naturale obtinere opus habebat.

¶Has cauſas duntaxat menſtruę purgationis quæ eſt in mulieribus exhibet Gale. ſed potiſsima cauſa eſt quam exhibet Ariſtot. lib. 1. de genera. anim. cap. 20. & Gale. 14. de vſu parti. propter naturę frigiditatem non poſſunt mulieres ſanguinem æque coquere ac viri, ob hanćq; cauſam multitudinem coaceruant, ad quam demendã per vterum purgationem molita eſt natura: ſi enim huius purgationis vita ſeſularia nec ſoli expoſita eſſet ſolum cauſa. mulieres quæ ſe exercent, & ſub ſole viuunt, & fœminæ brutorum animantium illa purgatione carere debuiſſent.

Num menſibus fluentibus, aut phrenitide, aut lethargo, mulier aliquando correpta eſt.

¶Quòd his morbis & alijs huiuſmodi non corripiatur mulier cui menſes reſpondent dicit Gale. at licet multum faciat ad hos præcauendos morbos menſtrua purgatio, non prorſus mulieres tutas reddit, quando aer, victus, & eam cui menſes bene reſpondent alterant.

At in contrario rerum ſtatu, vbi videlicet ambiens nos frigus, inſuperq; animal ſine motu degat, denſari illico exteriorem ſuperficiem, defluereq; nihil prorſus, aut vndequaq; parum, & ob id feræ quæcũq; latibula incolunt, alimentis opus non habent.

¶Vult hac parte Eraſiſtratus, quòd animalia quę in latibulis cõmorantur, eo cibis non indigeant, quia ambientis aeris frigiditate cutis tam denſa & tam adſtricta eſt, quòd nullum ſit defluuium: ſed certe licet ratio Eraſiſtrati à Galeno non reprehendatur, minime videtur ſatisfacere, quia effluuiũ non ſolum fit ab aere ambiente, ſed etiam à calore animalis inſito, vt. 1. lib. de ſanita. tuen. & alijs locis probauimus. ſi igitur calor inſitus etiam facit effluuium, non ſat eſt, quòd cutis ſit adſtricta & denſa, ad hoc quòd nihil effluat: adde quòd multa horum animalium, quæ hyeme deliteſcunt, multo magis emaciata è latibulis egrediuntur, quàm quando fuerunt ingreſſa: hoc vero indicium eſt, quòd ex eorum carnibus & humoribus effluit aliquid: ſolet etiam menſem integrum ſine cibo degere vrſus, quod ob cutis adſtructionem minime poteſt fieri, cum multa animalia quę tantam copiam caloris non habent, ſine cibo non degunt, non eſt igitur vna ſimplex cauſa tribuenda, ob quam aliqua animalia ſine cibo degunt, degunt animalia frigida ob cutis denſitatem ab ambiente aere inductam, & ob humores frigidos & craſſos, qui hebetãt calorem natiuum, quo fit vt ab ambiente aere, & à calore inſito pauca fiat defluxio, reſarcitur vero id quod tunc defluit ab interno alimento, quod ab inſito calore coquitur, & elaboratur; abundant quidem pituita hæc animalia

UVA. BHSC. IyR_342

calor vero internus paulatim illam coquit,& elaborat, adeo vt fiat membrorum nutrimentum.in quibuſdam vero animalibus, ſic elaboratur hæc pituita,ſicq; beneficio caloris natiui paratur, & coquitur,quòd pinguiora ſolent egredi è latibulis,quàm quando fuerunt ingreſſa, & ijs animalibus eſt glis,de quo extat diſtichon Martialis,tota mihi dormitur hyems,& pinguior illo tempore ego ſum,quo nil niſi me ſomnus alit.redundantia porro humoris pituitoſi eſt cauſa, qua vrſi hyeme condantur,quam Ariſto.8.de hiſtorijs cap.17. dicit ambigi. Cæterũ & admodum quo aliquæ brutę animantes ſine cibo degere poſſunt,contingit & homines aliquot dies ſine cibo degere.Cæterum vltra decimumquartum diem pleroſq; ſine cibo duraſſe dicit Plinius.11.lib. cap. vltimo,cõciliator & aliquot duos integros annos aliquos duraſſe prodidit,quidam etiam medicus Vngarus hac ętate ſcripſit ſe vidiſſe mulierem, quę duos annos à cibo abſtinuit. Ioubertus Monſpellenſis in ſuis paradoxis,refert hac ætate in Gallia Narbonenſi eſſe puellam, quæ ſine cibo degit ſpacio trium annorum,& Spiræ in Germania aliam puellam eſſe,quæ totidem annos ſine cibis viuit.Frã ciſcus Picus libro de prenotione refert quandam mulierem ſua ętate ſine cibo vixiſſe ſex annos. credit porro Ioubertus,mulieres quas refert ratione pituitoſorum humorum tanto tempore ſine cibo duraſſe.ſed certe videtur id non poſſe ad pituitoſos humores referri,cum ſi tãta copia eſſent in corpore humano,non poſſent magnum negotiũ exhibere,ſi enim crudi eſſent,& in tanta quãtitate,adeo quòd poſſent duos annos integros alere,à calore non poſſent ſubigi,vt in optimũ alimentum conuerterentur,quòd ſi verti poſſent,ad tantum tempus ſufficere non poſſent:in animalibus enim quæ ratione horum humorum ſine cibo degunt ſopitur calor, & veluti emortuę animantes iacent.referunt tamen hi:has puellas quę tot dies abſtinuerunt,incolumes degiſſe,& conſueta peragiſſe munia: forſan ijs tam viſcidum erat humidum natiuum, tam dura erat cutis, quòd pauca fiebat effluxio,accedebat,quòd nerui qui in ore ventriculi ſunt debebãt habere ſenſum obtuſiſsimum,quid etiã, ſi craſſus aer ad arterias attractus,aliquam vicem poterat præbere alimenti. ſi enim aer exhalationi ſanguinis mixtus, poteſt eſſe materia ſpirituũ, vt ſeptimo de vſu partium Gale.dixit,mixtus forſan illarum mulierum humoribus ſic attemperabatur, quòd vicem habebat alimenti,nutriri quidem aere chameleontem autor eſt Plinius.8.lib.cap.33. ad modum porro quo ille aere paſcitur,nutriri poteſt aliquis homo,nam hominum mille ſunt differẽtię & naturę, adeo vt non abre dicatur illum eſſe microcoſmum, ſed de ijs multa in meis quinquagenis exaraui.

Liber de Venæ ſectione aduerſus Eraſiſtrateos, qui Romæ degebant.

CVm Romam initio veniſſem, incidi in medicos quoſdam, qui à venæ ſectione tantum abhorrebant.

¶Vt habebant propria inſtituta Eraſiſtratei, ſic habebant proprias ſcholas, fuit illis vna percelebris ſmyrnæ,vt dicit Strabo. 12.lib. geographiæ cap.4.

Mos enim illo tempore erat, vt aliquis quotidie palam,ad publicas quæſtiones reſponſa daret.

¶Si hic mos nunc obſeruaretur, frequentius bonorum autorum monumenta multi quàm nunc verſarent, ſat eſſe putant euoluere libellum, qui de curandis morbis tractet, vt conſummatos ſe oſtendant medicos.

Ibi. Quapropter iuxta Steſichori factum arbitror me illis palinodiam aliquam debere.

¶Ob commiſſum crimen fuiſſe occœcatum Steſicorum,& errore animaduerſo vſum fuiſſe oculis libro de pulchro .dicit Pla. ad id factum in hac parte alludit Gal.Rodoginus decimoquinto libro lectionum antiquarum cap.vigeſimoquinto quę ex Platone retulimus refert,debuerat porro Platonem tantum autorem commemorari.

Si

UVA. BHSC. IyR_342

Si quis vena secta mediam sustinere imperauerit, non solum menses prius fluentes cohibebit, verum etiam purgationes, quæ iam inculpatæ euacuabantur reprimet.

¶Quæ hac parte dicit Gale. neminem qui menses vult citare deberent præterire. quod magis obseruandum est, quando mulier est sicci temperamenti, & aliquo morbo sicco laborat: vbi in hac parte legitur prius fluētes, si male fluētes legatur clarior erit lectio, vt sit sensus venę sectionē post mediam nō solum cohibere menses, qui male fluunt, verum etiam mēses qui bene respōdere solēt.

Hoc autem cum ego Romã appulissem, omnes qui ex Erasistrati discipulis erant ante negabant, nūc vero probatissimi quos ego noui.

¶Si Erasistratus (vt autor est Plinius. 29. lib. cap. 1.) fuit Aristotelis filia genitus, mirum q; aliquot ex eius discipulis probatissimos Romæ Gale. vidisset, nam si vt annales tradunt Aristoteles fuit discipulus Platonis, & Plato ante Christi aduentum anno quatuorcentesimo vigesimotertio natus fuit, quomodo Galenus qui tempore Antonini Imperatoris vixit, potuit videre discipulos nepotis Aristotelis. est enim intercapedo sexcentum annorum: nam Antoninus Imperator natus est anno Christi centesimo septuagesimotertio, sed Erasistrati discipulos debuit vocare quotquot Erasistrateæ erant factionis.

14. Quapropter ad Erasistrateum me conuertens, quater inquã amicissime mentitus es.

¶Eo solet multa contentio homines ducere, quòd & modestos facit comitatis & ciuilitatis oblitos, sed erat natura irritabilis Galenus. hæres quidem maternę scandescentiæ, quam lib. de corrigē dis animi moribus reprehendit, quare & vsq; ad conuitia inter differendum scādescere ille solebat.

Ibi. Prandium vero subtrahendū est, sed & cœna minor solito assumenda, tum qui offeruntur cibi nutrimento fere careant.

¶Hęc ab Erasistrato erant præcepta ex quibus colligitur tempore Erasistrati prandere homines solitos, cibaria vero quæ inter ea quæ fere non nutriunt numerat praui sunt succi, quare neq; ea laudare debuisset Erasistratus. Cęterum postquàm olera & fructus recensuit, dixit panis quoque omni vitio careat, ac si inter cibos non collocasset panem, quòd si inter cibos annumerauit nō debuisset illum inter ea quę fere non nutriunt numerare.

Liber de Curandi ratione per sanguinis missionem.

5. Omplures sunt facultates quæ animalia gubernant, quarum alias naturales, alias animales appellant.

¶Sub facultate naturali complexus est vitalem, quæ eo quòd non sequitur sensum vel appetitum, dicitur naturalis.

Ibi. Generationis autem principia in rebus omnibus pro materia quatuor habent elementa, quæ per sese mutuo tota misceri in quæ se vicissim agere sunt nota.

¶Tota misceri elementa hac parte dicit Gale. lib. vero de substantia facul. natur. non vult definire, an solę qualitates, vel elementorum substantiæ misceantur.

5. Nam hoc pacto apoplexiæ proueniunt, multo nimirū sanguine in principiū animantis cōfertim incumbente, nam vbi in aliam partem præceps ruit, tumorem præter naturam ibi efficit.

¶Putabit aliquis, Galenum hac parte velle, sanguinem in cerebrum incumbentem, non posse

UVA. BHSC. IyR_342

tumorem efficere, ſed id minime vult Galenus, vult tamen, quòd cum confertim ſanguis in cerebrum incumbit, breui extinguit calidum natiuum, quo fit vt antequàm tumor fiat, oboriatur apoplexia, ſi enim ſanguis confertim non incumberet, bene poſſet tumorẽ efficere. Cæterum quia ſanguis ſic confertim illapſus calidum natiuum ſtrangulat, ob id apoplexia quę à ſanguine proficiſcitur morbus eſt frigidus, ſanguis enim ſic cõfertim irrumpens non calfacit, ſed torporem & frigiditatem inducit.

6. Nempe nutrix facultas, quam à iecore proficiſci monſtrauimus.

¶Quomodo intelligatur facultatem nutricem à iecore proficiſci alibi declarauimus, non quidem proficiſcitur eo quòd quid efficiens à iecore profluat, ſed quia ab illo oriũtur venæ & ſanguis qui eſt omnium membrorum alimentum.

9. Nam plenitudines à ſuppreſsis menſibus ortas, ommino per crura euacuabis, ſiue venam ſecare oporteat, ſiue ſcarificare.

¶Aetius in ſuppreſsione menſium, quæ ob plenitudinem fit, ex cubito ſanguinem fundere nõ vituperat, nec ſane videtur à ratione alienum, multa exiſtente plenitudine, venam cubiti ſecare, vt plenitudo minuatur, qua minuta, natura (vt experiẽtia didiſcimus) ſolet quod reliquum eſt per menſes educere.

Ibi. Quæ ex mulieribus albidiores ſunt, ſanguinem aceruare tenuẽ ſolẽt, quocirca adhibitis malleorum ſcarificationibus, maxime iuuantur atq; quæ nigriores ſunt ſecta vena curato.

¶Ex ijs q̃ hac parte dicit Gal. colligitur, vtilius eſſe in pueris quãdo hi ſanguine tenui abundãt vti ſcarificationibus, quàm venę ſectionibus, colligitur ſecundo, q̃ in ijs qui ſanguine craſſo abundãt, vt ſunt qui melancholicum ſanguinem ſua natura aceruant, & in morbis qui à craſsis humoribus pendent, eſſe congruentius venam ſecare, quàm ſcarificare.

10. Simul autem cum hoc agis artubus vincula inñcito.

¶Ad ſiſtẽdum ſanguinis è naribus fluorem artus conſtringere iubet Gale. at Scribonius largus (vt iam libr. de arte curatiua cap. de ſanguinis reiectione diximus) in ſanguinis eruptione vetat artus conſtringere, quantum vero ſuerit hallucinatus, ibi iam diximus: de ijs etiam dicetur. 5. lib. metho.

11. Vbi ergo multa euacuatione opus eſt, verum vires ſint imbecilliores, in ijs euacuationem partiri expedit, vti nimirũ & me feciſſe vidiſtis, in ijs quibus crudorum inerat humorũ copia, nam pauculo ſanguine detracto, protinus aquam mulſam exhibeo.

¶Ex ijs patet, quòd non omnis humorum crudorum copia ſemper prohibet ſanguinis miſsionem, poteſt quidem eſſe copia crudorum humorum. quæ vires non deijciat, quo tempore exiſtente ſanguinis miſsionis neceſsitate, ſanguinem per vices fundimus, ſi hæc conſideras, videbis minime hæc repugnare ijs quæ dixit cap. octauo huius lib. vbi dicit ſi eſt tanta humorum crudorum copia acumulata, vt ſecandã venam impediat, deeſſe virium robur, quare tunc vena nõ eſt ſecanda, ex ijs etiã quæ parte quam exponimus dicit Gal. colligitur, non ſemper illum ſanguinis miſsiones effatu dignas feciſſe, colligitur tertio, nõ eſſe à re exhibere decoctũ quod vim coquẽdi habeat illico facta ſanguinis miſsione, ſi enim eſt humorum cruditas in venis, tũc temporis decoctum facta euacuatione celerius ad venas vbi eſt facienda concoctio, attrahitur.

11. Si itaq; affectis ægrotis (vt diximus expedit) ad vſq; animi defectum ſanguinem educere, noui enim ex ijs quoſdã, neceſſario ex animi deliquio refrigeratos.

¶Quòd magna exiſtente plenitudine, liceat venam ſecare vſq; ad animi deliquium, libro de ſanitate tuenda aſſeruimus, idq; etiam exponemus vigeſimotertio aphoriſmo primi libri.

12. Hac ratione nec pueris venam tundes vſq; ad quartumdecimũ ætatis annum.

¶Carnis

UVA. BHSC. IyR_342

¶Carnis facilis trãſpiratio videtur inhibere multam ſanguinis extractionem, non tamen omnem, quare nõ videtur rationi conſonum quòd ex pueris ſanguis nullatenus mittatur, adde quòd ſi eo quod natura multas ægritudines ſanguinis vacuatione extirpat, conuincitur à Galen. Eraſiſtratus, qui ſanguinis miſsionem inhibebat, videtur & in pueris ſanguinis miſsiones prorſus non eſſe inter dicendas, ſiquidem oſtendit experientia, multas puerorum ægritudines ſanguinis vacuatione naturam extirpaſſe, ob id credo ſententiam Cornelij (qui pueros non prorſus à ſanguinis miſsione eſſe abſtinendos dicit) eſſe tutiorem, ſi enim Gale. dicta ſimpliciter intelligere volumus, & tranſacto. 14. anno in adoleſcentibus magno timore ſanguinem extrahemus, nam poſtea quæ annotauimus, dicit: poſt. 14. annum ſi multus congeſtus ſanguis appareat, tẽpuſq; anni vernũ fuerit, regioq; natura temperata, & pueri natura bene ſanguinea, ſanguinẽ minues, multoq; magis ſi aut peripneumoniæ, aut anginę, aut pleuritidis, aut alterius acuti morbi periculum incumbat, detrahes autẽ primum vt ſummum ad cotylam vſq; hæc Gale. ex quibus tanta expoſcit ad fundendum ſanguinem, tranſacto. 14. anno. quòd paucis illum extrahere licebit, cæterum ſi tranſacto. 14. anno in natura temperata & abundante ſanguine, extrahere iubet ad ſummum ad cotylam vſq;, claret errare eos, qui dicunt eo in pueris interdixiſſe ſanguinis miſsionem, Galen. quia reſpiciebat ad ſanguinis miſſiones effatu dignas, quę ſuo tempore fiebant, nam ſi trãſacto. 14. anno extrahit cotyla, quæ eſt vnciæ. 7. ponderales cum dimidia. 7. anno ſat erat extrahere mediam cotylam, hanc vero quantitatẽ & nunc non ſemel, ſed iterum & iterum à pueris ante. 10. annum extrahere eſt conſuetudo: porro cum ætate Galeni pueris non tam frequenter vinum vt nunc exhibebatur, erantq; tunc crebri balneorum vſus, quibus multa fiebat tranſpiratio, minus extrahendi ſanguinis in illis neceſsitas quàm nunc vigebat.

13. Nam ex venis quæ ad magnos oculorum angulos conſpiciuntur, aut ſub lingua quod certe mentione dignum ſit effluere non ſolet, ſicut nec ſi quis ſumma manu aut pede venam ſecet, quẽadmodum putant qui lienẽ curari aiunt, à venæ ad ſecundũ paruũ digitũ ſitæ ſectiõe.

¶Ego puto particulam nec eſſe demendam, vt ſit ſenſus nil mentione dignum extrahitur ex venis quæ ad magnos oculorum angulos ſunt ſicut extrahi ſolet ſectis venis in ſummis manuum & pedum. licet hæ venę vt illę ſunt paruę: aliquis etiam poſſet dicere, quòd cum dicit non ſolet effluere quod mentione dignum, non tam reſpicere quantitatem ſanguinis quàm modum effluendi: hunc locum ſic expoſui in enchiridio, quòd tempore Galeni auxilio aquę calentis ad extrahendum ſanguinem ex dicta vena non vtebantur, propter quod quid mentione dignum ex illa non extrahebãt. ſed certe & ſine auxilio aquę calentis, libra ſanguinis poteſt extrahi, cæterum dicens Gal. quemadmodum putant, inſinuat ille non huius venæ ſectionem probare, nec improbare. idem etiã colligitur ex ijs quæ dixit. 3. lib. de anatomicis adminiſt. vbi non venam quæ eſt ad minimum digitũ, vt alij autores, ſed venam quæ eſt inter annularem digitum & medium ad curandum lienem medicis aliquot laudari dicit. Aetius tamen ſermone. 2. primę partis cap. 11. patiẽte ſplene venã quæ eſt inter annularem digitum & minimum ſecandam eſſe dicit, in omnibus vero Galeni ſcriptis quę mihi videre contingit, non reperio ab illo factam eſſe memoriam venæ deſtrę quæ venę ſiniſtrę manus (de qua nunc diximus) reſpondet, nec Aetius illius fecit mentionem: Paulus vero lib. 3. cap. 50. eam ſecandam in ijs qui aurigine laborant conſulit, Actuar. etiam lib. 5. metho. cap. 1. in affectionibus hepatis dictam venam ſecandam monet, neminem vero legi qui annotaſſet venę dextrę quæ ad annularem digitum perreptat Galenum non feciſſe mentionem: ſed ad penſum reuertamur: mõſtrat porro experiẽtia in prædictis quos diximus affectibus prædictarum venarum ſectionem magnopere iuuare, non enim ſanguis ex ijs venis effuſus ſic debilitat, ſicut ex venis magnis, fit maior diſpenſatio per venas magnas, eſtq; maior copia ſpirituum in illis quàm in paruis ſic credo, quòd ſi poſſemus venam cauam ſecare, quòd magis debilitaretur corpus quàm per ſectionem venæ axillaris quia per illam plus gubernãtur quàm per axillarem, & idem videtur accidere in venis quod in ſurculis arborum. quo ſurculus fuerit maior, & caudici propinquior, magis ex eius læſione offenditur arbor, atq; & experiẽtia ipſa monſtrat, vires magis debilitari ſectis venis quę ſunt in gibbero, quàm ſectis venis manuum, porro quia in febribus humoralibus vt plurimũ afficitur iecur,

UVA. BHSC. IyR_342

eoq; affecto facile afficitur lien, ideo ſanguis ex dictis extractus quatenus dicta viſcera deobſtruit & iecur refrigeratur magnopere ſolet ijs qui febres humorales habent facta purgatione iuuare, at temperantur quidem propter rationem dictã humores, & quia nõ ſic debilitat ſanguis ex venis minimis extractus ſicut ex magnis ideo magnam opem ſic ægrotantibus ſanguis ex dictis effuſus ſolet præſtare. quod cum experientia oſtendat, non citra rationẽ dictum eſt à Gentili medico (prout illa ferebat ętas non penitendo) eſſe dictarum venarum ſciſionem expertorum iuuamentorũ capite quidem de obſtructione hepatis hæc tradidit. ſumpſit hæc Gentilis ab Auicenna qui ſecunda tertij cap. 14. harum venarum ſciſionem multum commendauerat, tam prętentaneum ſolent certe prębere auxilium, quod ſaluatelarum nomen ſunt indepte, eo inquam quia ſaluare (vt ita dixerim) ſoleant ægrotantes, cæterum ſi verum eſſet quod Leuinus medicus dicit lib. de naturę miraculis, q; eſt ſcilicet quidam ductus arteriæ ad annularem digitum, cuius quidem ratione, dicit hunc digitũ poſtremo omnium digitorum morbo articulari corripi: diceremus ideo ſectionem dictarum venarum tantum in febribus auxiliari, quia ſecta vena quæ eſt iuxta illam arteriam ex illa arteria ex cõſecutione quadam extrahitur ſanguis? atq; quia illa arteria peculiarem conſenſum cum corde habet inde cor magnopere iuuari, multi ſunt conſenſus quorum cauſa non ſatis patet, quis eſt cõſenſus labij inferioris ad diaphrama, quòd illo attacto ridemus, titillamur attactis plantis pedum nõ tamen ad tenuitatem cutis hoc potes referre, quòd cutis plantarum pedum non tenuis eſt, nec poteſt hoc reduci ad paucam conſuetudinem quam habemus tangendi has partes: nã licet aliena manus tangat thoracem, quem alius nunquàm tetigit, non ſic titillatio fiet, vtilitatem videmus iſchia dicis impartiri cauterium in auribus vel retro aures, non tamen ex vna parte ad aliam magnus videtur conſenſus, licet igitur non plane te ſatisfaciant rationes quę adhibentur, ad ſuadẽdum, quòd ſectio prædictarum venarum dictis affectibus opituletur, crede experimento, & cum neceſsitas ſe obtulerit tanto remedio potiri. in difficultate vrinæ interiores venas ſecare iuſsit. Hippo. 6. apho. apho. 36. ab eadem tamen vena naſcuntur exteriores, experientię tamen fidit Hippoc.

14. Porro reuulſionis cauſa, ſi venam ſeces in directe quidem oppoſitis ſanguinis eruptionibus citiſsime conſpicuam videbis vtilitatẽ.

¶De rectitudine ſcriptum eſt vſq; ad nauſeam à multis autoribus, & nos libro de arte curatiua ſatis diximus. quare non eſt cur hic ſermonem protrahamus, illud certe negare non poſſumus, eſſe in toto corpore vnum conſenſum, & vnam conſpirationem, quod libro de alimento dixit Hippoc. hic vero conſenſus & hæc conſpiratio, non ſolum eſt ratione venarum, ſed & arteriarum, & neruorum, ratione etiam partium vicinitatis, vt primo porreti. Gale. dicit, quod ibi iam annotauimus, ob hæc omnia fit, quòd ſecta vena ex directa parte congruentius mittatur ſanguis, quia cum ſit maior conſenſus & conſpiratio, facilius pars affecta per illam partem ſe deonerat, nam vt pars quę iuxta venæ ſectionem eſt ſanguinem vulneri noxium expellit, ipſeq; ſanguis quadam conſequutione profilijt, ita quadam conſequutione ſanguis ad dictam venam quæ vacuatur affluit.

Ibi. Sic affecto liene æque adiuuerit circa proximum medio digitum ſiniſtræ manus inciſa vena, atq; ſi internam cubiti ſecueris, multũ enim iuuat afflictum lienem ſanguinis ex ſiniſtra manu detractio.

¶Videtur in ijs quæ dicit oblitum eſſe eorum, quæ prędcedenti cap. dixerat. ibi enim dixit, aiunt lienem curari à venæ ad ſecundum paruum digitum ſitę ſectione, hic ex propria ſententia dicit. ęque iuuare hanc venam ſectam, ſicut ſecta vena interna, ſed ſi bene notas Gale. in hac parte nihil aliud vult, quàm quòd ſi ad directionem expectes, ęque iuuabit ſecta vena quę ad digitum mediũ perreptat, ſicut ſecta vena cubiti, cũ vero infra dicit multum iuuat affectum lienem ſanguinis ex ſiniſtra manu detractio, non intelligit de venis minimis quæ in parua manu ſunt, ſed de venis cubiti, mos eſt illi venas manus vocare quę ſunt in cubito.

17. Porro vteri inflammationes magis etiam quæ renum à venis in crure ſectis iuuãtur, nam quæ ex cubitis fiunt euacuationes aliud habent adiumentum malum, q; purgationes menſtruas comprimunt.

¶Si autore Gal. 13. metho. inter initia inflammationis vteri fugienda ſunt, quæ menſes promouẽt, videtur

UVA. BHSC. IyR_342

videtur inflammatione vteri incipiente, congruentius mitti sanguinem ex cubito quàm ex venis crurum, siquidem ex ijs venis extractus sanguis menses (vt hac parte dicit Gale.) promouet: adde quòd dicit Gale. 2. lib. ad Glauconem cap. de causis inflammationis, fieri deriuationem ex locis mu liebribus, venis malleoli sectis, reuulsionem vero facta sectione ex venis quę sunt in cubito: incipiente vero inflammatione præstat reuellere quàm deriuare: ijs rationibus motus, dixi lib. de arte curatiua, pręstare (si multa est plenitudo) in initio inflammationis vteri secare venam cubiti internam, quàm venas malleoli, non diffiteor tamen, quòd non sit extra rem secare venam malleoli, fusus quidem sanguis ea parte reuellit & euacuat. porro si in multa quantitate extrahitur non promouet sanguinem ad vterum, sed ex ipso vtero euacuat, & sanguinem ad vterum fluere paratum reuellit, si vero in pauca quantitate sanguis extraheretur posset negocium facessere, nimirum quia cum non sufficienter euacuaret sanguinem ad vterum posset citare. Cæterum id quod hac parte dicit Gale. nam quæ ex cubito fiunt euacuationes aliud habent adiunctum malũ, nempe quòd purgationes menstruas comprimant, non est sic intelligendum quòd laudet Gale. malleoli sectionem tempore inflammationis, eo quòd tunc velit menses citare, non quidem hæc connexionem cum præcedentibns habẽt, sic quòd hac parte rationẽ exhibere voluerit eorum quę supra dixerat, aliã sentẽtiam qua parte incipit nanq; ex cubito fiunt inchoat, quòd si velis quòd hac parte exhibeat causam eorum quæ supra dixerat, dices quòd licet medicamenta aperientia quę menses mouent, incipiente inflammatione sunt damnosa, venę sectio quę ad melleolos est eo tempore maxime iuuat, quia sanguinem menstruum qui in venis vteri est contentus citra calfationem quam medicamenta aperientia faciunt euacuat, & ratione iam dicta reuellit. est porro in ęgrotantis vtilitatem & inflammationis leuamen, quòd sanguis ille menstruus in venis vteri contentus euacuetur, qui si sursum per venę cubiti sectionem detereretur, posset magnopere ægrotanti incommodare.

2o. Igitur vniuersum hoc sciendum, in sanguinis missione dierum numero non attendendum.

¶Autor est Gale. 3, vulg. commen. 3. q. tempore Hipp. medici quasi certa lege vltra quartũ diẽ venã nõ secabãt, huius opinionis fuit Celsus. 2. lib. cap. 9. horũ absurdã opinionẽ hac pte refellit Gal.

Quippe cum hæmorrhoidum vereamur vacuationem, ne in tãtam euadat immoderationẽ, vt hominem vel protinus interimat, vel aquæ intercutem obnoxium reddat. at vteri purgationibus vt quæ secundũ naturam sunt tale nihil euenit.

¶Menstrua purgatio si excedit etiam facit aquam intercutem, vt ipse dixit libro de venę sectione aduersus Erasistratũ, quod hac partẽ quam exponimus minime ille negat, sed vult, quòd in ijs quibus sunt menses supresi, non est periculum illos citare, vt est periculũ citare hęmorrhoides, quia mensium purgatio est secundum naturam, non tamen hemorrhoidum vacuatio.

Galeni methodi medendi

Liber Primus.

1. ET vesperi apud potentes cœnem.

¶Quia præcipuus cibus apud antiquos erat cœna, vt sexto libro de sanitate tuenda iam diximus, ob id ad cœnam fiebant sympoſia.

Ibi. Iam vt aleæ vel amoribus, vel balneis, vel ebrietati, vel comessationi, vel demum alicui corporis voluptati deditus, sane non exiguus numerus.

¶Inter voluptates ponit balnea, quę olim in delitijs fuisse, colligitur ex ijs quę dicit Homerus. 8. odysseę, & ex ijs quæ dicit Diuus Hieronymus in epitaphio Paulę, de qua dicit balneas nisi periclitans non adijt.

UVA. BHSC. IyR_342

Vbi postquàm vino se impleuere, non lyra, citharaue, aut aliud musicum instrumentum in orbem circũfertur, quod sicut olim in eiusmodi congressu tetigisse honestum, sic contra non tetigisse, admodum erat turpe.

¶Fuit antiquis philosophis tam solenne musicæ indulgere, quòd Plato. 7. lib. de legibus, tres annos pueros lyrę nauare operam præcepit. Cæterum consuetudinis cuius hac parte facit mentionẽ Gale. meminit Quintilianus lib. 1. institutio. cap. 10. ijs verbis ait, vnde etiam ille mos, vt in cõuiuijs post cœnam circunferretur lyra, cuius cum se imperitum Themistocles confessus esset, habitus est indoctior. subdit sed veterum quoq; Romanorum epulis fides ac tibias adhibere moris fuit. hæc ille, quibus quæ ex Galeno adduximus maxime alludunt.

Ibi. Sed neq; sermones illi habentur quales in symposijs agitari solẽt.

¶Quę quęstiones inter cœnandũ sint excutiendę proprio lib. tractauit Plutar. eas quęstiones quidem dicit agitandas, quę oblectare possint, & quę sua difficultate negotium non exhibeant.

Ibi. Si enim neq; Geometrię, neq; Astronomiæ, neq; Dialectices, neq; Musices indigent, qui medici sunt futuri.

¶Geometria indiget medicus ad aliqua medicinæ concernentia demonstrandum, illa quidem Galenus adiutus multa quæ ad rationem videndi attinent, lib. 10. de vsu parti. ostendit. eget medicus astronomia, vt ipse dixit. 1. lib. epidemi. ad dignoscendum ortus & occasus syderum, coitus oppositiones eorundem, & ad alia multa quæ citato libro ille dixit. eget dialectica medicus ad differendum & ratione inueniendum quod intendit, quæ vtilitas porro medico ex musica accedat nõ video, nisi ille velit, quòd melodijs & cantibus aliquibus morbis medicus medeatur, vt quondam fecisse æsculapium. 1. lib. de sanit. tuen. ipse dixit: quod ob nomen magnopere illum commendat. Cæterum quod quidam dicunt ad pulsuum dignotionem opus esse musica ego nõ video, an vero circulares disciplinæ conferant ad virtutem, sermone. 21. eleganter discutit Maximus Tyrius.

3. Verum Zoilus celeber sit, qui Homeri statuam flagellauit.

¶Quòd Zoilus in Homerũ scripserit, eiusq; scripta fugillauerit ob idq; sit dictus Homeromastix multorum autorum testantur scripta. Gale. vero hac parte, eo quòd Homeri statuam flagellauerit, insinuat Zoilum dictum esse Homeromastigem, nec solus Zoilus flagellauit Homerum, sed vt autor est Strabo lib. 3. geographiæ, quidam vatem ipsum adeo contempserunt, vt instar fossoris, aut messoris, ex omni generis scientia extruserint, fuit etiam Platoni ex sua republica relegatus Homerus, est quidem super omnem impudentiam vt Plin. dicit. 2. lib. cap. 7. inter ipsos quos vocant deos, fingi adulteria, iurgia & odia, atq; etiam furtorum esse & scelerum numina. Tyrius maximus Platonicus philosophus, elegantissime in quodam sermone disputat, an merito Plato sua republica Homerum exclusserit.

Magnum & paruũ animalis differentiæ nõ sunt, sed substantiæ.

¶Magnũ & paruũ potius sunt differentiæ quãtitatis, vel ad aliquid attinẽt, vt dixit Arist. in cathe.

Ibi. Sin animali rationale & immortale adieceris efficitur Deus.

¶Turpiter vocat Deum animal. animal enim vt rectè dixit Arist. 2. lib. de anima. cap. 12. corpus est animatum, quod ab alijs tangi potest, sed Gale. locutus fuit iuxta sententiam Stoicorum qui vt testis est Theodoretus lib. 2. de principijs, Deum corpore esse prędituin dixerunt.

Cum nec Geometriã, nec Arithmeticam, nec Dialecticam, nec Resolutoriam, neq; denicq; logicam vllam speculationem attigerint.

¶Cum alijs locis à nobis declaratum sit, apud Platonem quem Gale. imitatur aliud significare dialecticam, quàm logicam, non est necessum illud hic repetere, sufficiat hoc ne lector admiretur, q̃ inter dialecticam & logicam contemplationem ponit discrimen hic Gale. illud vero est hic annotandum, quòd dicens hic resolutionem, & postea logicam contemplationem, non vult resolutoriam ad logicam non attinere: sed quia ex omnibus logicis contemplationibus, nulla tantum agit ad notionem demonstrationis, de qua hac parte tractat, quàm resolutoria, ideo hanc expressit.

sub-

UVA. BHSC. IyR_342

ſubiungit deniq; nec vllam logicam contemplationem, ac ſi clarius dixiſſet neſciunt reſolutoriã, atq; vt paucis multa complectar nec vllam aliam logicam contemplationem, non ignarus vero Ariſto. quòd ex reſolutione magis inuenitur ſyllogiſmus habens propriam figuram quàm ex compoſitione, & ꝙ per reſolutionẽ perfectior demonſtratio acquiritur quàm per compoſitionem, libros priorum & poſteriorum analyticos, ideſt reſolutorios vocauit, & non ſyntheticos, ideſt cõpoſitiuos. ob id igitur Gale. ſat fuit dicere reſolutoriam, cõpoſitiuæ methodi non facta mentione.

4. Ego methodo quippiam inquirere, inuenireq;, ex aduerſo opponitur ei quod eſt fortuito temereq; reperire: eſt autẽ id cum via quadam & ordine, ita vt in diſquiſitione aliquid primum ſit, aliquid ſecundum, & tertium.

¶Nullum exemplũ huic rei magis quadrat, quàm illud quod ponit Gale. ii. metho. in principio cap. 10. de eo qui febrẽ curat, vbi quod vltimũ in ipſa reſolutiua methodo eſt inuẽtum, id primum omnium in curatione eſt peragendum. Cæterum methodum appellat Quintilia. i. inſtitu. breuem viam, qua quàm celerrime ad peritiam euadimus. eſt liber de methodo Iacobi Acontij Tridentini in quo putat antiquos & neotericos docendi via ſuperaſſe, ſed nil in hoc libro dignum tanto encomio legi: hic ſic definit methodum: rei alicuius cognitio quam qui contemplatur aſſequi cupit, qui vero docet alijs impartire nititur: ſed hæc diffinitio nec perſpicua nec vera videtur, qui enim habet integram cognitionem alicuius rei, iam eſt illam aſſecutus, quare non videtur quòd cupiat illam aſſequi, quòd ſi ſimplicem cognitionem methodum vocas, & cognitionem quam quis lactucæ habet vocabis methodum.

Surſum ac deorſum à Euripi more agantur.

¶Vicem prouerbij videtur hoc habere, quo vſus eſt Plato. lib. de anima, cũ reprehendens quoſdã qui dicebant nil in rebus eſſe firmum, dicit eos dixiſſe omnia tanquàm in euripo ſurſum deorſumq; iactari.

6. Ad eundem modum, & arteria, & vena, & neruus, tum inſtrumenta, tum partes animalis ſunt.

¶Licet hæ partes ſint inſtrumenta non tamen ſunt partes inſtrumentales.

7. Siue quis actionem vitiatam morbum dici velit, vtiq; multo prius ſtatuat neceſſe eſt ſanitatem eſſe naturaliter ſe habentem actionẽ, ſiue actionem qui actioni incommodat, multo quoq; ante qui ſecundum naturam eſt, ſiue affectum ſiue conſtitutionem dicat.

¶Idem ſcripſit libro artis medicinalis ijs verbis, vitiorum vero genera eadem ſunt ijs quæ virtutẽ perficiunt, quod nõ aduertentes multi qui illum librum expoſuerunt, dixerunt voluiſſe citata parte Galenum, tot eſſe morborum ſpecies quot ſanitatis, ſed de ijs citato loco.

Ibi. Vt etiam illud inquirat ſit ne pictura medicis ex vſu.

¶Ad delineandas plantas vel figuris oſtendendam corporis humani fabricam, vtilem eſſe picturã credere debuit Iulianus, vel putans eſſe artẽ liberalem, quod autor orationis ſuaſoriæ non negauit, ad medicos attinere vt cæteras artes liberales forſan credidit, ſed eſto ꝙ hoc crederet, quæſtio hęc medicum non deberet remorari. picturam porro eſſe artem liberalem diffitetur Seneca epiſtola. 89. Cæterum Ariſtot. 8. lib. Politi. maxime commendat picturam, quam omnes qui ingenue educantur addiſcere monet, ad cuius pręſcriptum, nec medicus illam deberet ignorare.

8. Atq; harum quæ quidem in ipſo animalis corpore conſiſtunt internas nominet, quæ extrinſecus externas, niſi malit vt nunc vulgus medicorum inſueuit, illas antecedentes, has primitiuas vocare.

¶Non omnes cauſę primitiuę extrinſecus conſiſtunt, nam ira & timor intrinſecus conſiſtunt, quę quidem ad cauſas primitiuas attinent, vt colligitur ex ijs quæ libro de cauſis procatarticis ipſe Galenus docet, Gale. tamen hac parte non probat conſuetudinem vulgarium medicorum, quod ſi ad

uertiſſet

UVA. BHSC. IyR_342

nertisset Argenterius, non reprehendisset illum contradictionis.

Ibi. Pari modo & lingua, & cruribus minime profecto esset opus, si loqui, atq; ingredi sine ijs possemus.

¶Et opus esset lingua ad dignoscendos sapores, & ad masticationem, & deglutionem, vt ipsemet dixit. 1. lib. de motu musculorum: intelligas igitur vnam linguæ vtilitatem esse positam, quæ sat illi fuit, ad sua probandum, per hanc enim alias potes intelligere.

8. Rursus sicut illi permanentiam adijciunt, neq; indicant quot horas eiusmodi affectus moratus morbus sit censendus, ita nobis permittant illud permanentiæ nomen subtrahere.

¶Contradictionis arguit Argenterius Galenum, dicitq;, 1. lib. de locis patiẽtibas dixisse Galenum, morbum consistere in permanentia, &, 1. metho. scripsisse eos errare, qui permanentiam esse de natura morbi dixerunt: sed certe si quis exacte primum librum de locis affectis legerit, non inueniet à Gale. esse scriptum, permanentiam esse de morbi natura: sed de ijs iam ibi.

Sympthoma est natura duplex, alterum actionis læsio, alterum affectio quædam morbum sequens.

¶Non abludunt hæc ab ijs quæ scripsit lib. de differentijs sympthomatum: vbi in tres differentias secat sympthoma, in actionem scilicet læsam, & qualitatem mutatam, & in ea quæ expelluntur aut retinentur: nam sub affectione morbum sequente complectitur Gale. hac parte qualitatem mutatam, & ea quæ expelluntur, & retinentur: sed vt hæc calumniam fugiant annotandum tibi est, fuisse sumpsisse affectionem hac parte Galenum, nam re vera quod excernitur & retinetur affectio non est, vt dicit. 2. lib. metho. cap. 2. nec à re quis credet aliquid deficere in hoc textu quem exponimus: clarior quidem esset lectio, si sic haberet: ipsum triplex est alterũ actionis læsio, aliud affectio quædam morbum sequens, tertium id quod excernitur vel vacuatur.

Secundus liber Methodi.

2. Podagra ideſt pedum vitium, nephritis ideſt renum vitiũ, arthritis, ideſt articulorum vitium.

¶Non omne vitium pedis est podagra, nec proprie omne vitium renum est nephritis, sed renum inflammatio, nec cuiuscunq; articuli vitium dicitur arthritis, sed quando maior pars articulorum laborat, vt proprijs locis dicetur.

Cardialgia ideſt cordis dolor.

¶Non omnis stomachi dolor, sed quem humorum acrimonia proritat est cardialgia, vt tertio de decretis Hippocratis dicit Galenus.

Cholera ijs qui sunt, à Cnido medicis.

¶Voluit quidem quòd medici qui sunt à Cnido vocari choleram morbum à causa dicebant, fuerunt alij medici qui non à causa, sed à parte affecta choleram nominari dicebant, huius sententiæ fuit Alexander Trallianus cap. de cholera.

Nyctilopa, quòd noctu visum aufert.

¶Hippoc. 2. prædictionum noctu videre qui nyctilopa capiuntur dicit, sententiæ Galeni adstipulatus fuit Paulus, & Actius, autoritati Hippocratis autor finitionum medicarum.

3. Cum vero duplex sit motus genus, vnũ in loco, aliud in qualitate.

¶Idem dixit Plato in thæteto. Cæterum Gal. 1. lib. de facult. natura. vltra hos motus posuit generationẽ, sed vt elicitur ex ijs quæ hoc loco dicit, motus simplices & primi sunt qui sunt ad locum, vel qualitatem, generatio vero non est simplex motus, nam semper in generatione substantię qualitas mutatur, quare esto quòd fateamur, quòd generatio sit motus, dicendum nobis est, generatio

nem

UVA. BHSC. IyR_342

nem esse motum compositum,& non simplicem:hac forsan causa motus accretionis non meminit Gale.quia motus hic potius est compositus,quàm simplex, nec à ratione abludit, quòd per motũ generationis,intellexerit.1.lib.de faculta.naturalibus motũ accretionis,vel hunc sub illo fuit complexus.

4. Verba faciemus cõtra eos rationalium, qui non cognita ipsius actionis prima causa,quam continentẽ etiam nominare sunt soliti.

¶Actionis primam causam esse causam continentem, hac parte dicit Gale. quod etiam dixit.1.lib. de causis pulsuum cap.1.& libro aduersus Iulianum,vbi in generatione habere essentiam hãc causam dixit,voluit quidem sic dependere genitum à causa continente,quòd merito potest dici generationis essentia,nam quod interpretantur Leonicenus & Fuchsius,quòd Gal.voluit, quòd solum est causa continens in ijs quę solum habent esse cum generantur,non quadrat.cum hoc libro non negat Gale.bubonem esse causam continentem febris,quæ iam introducta habet essentiam:expositioni vero quam adhibuimus astipulatur quod dicit autor finitionum medicarum, & Dioscor. 6.lib.cap.35.hic quidem dixit,causa continens morbi est, quę morbis prę sentibus idest,qua ablata recedunt,ille dixit causam continentem morbi esse,quę cum adest seruatur morbus,& ablata recedit,si igitur cum eo quod generatur tantam connexionem habet causa cõtinens,merito dici potest generationis causa prima , & generationis essentia:modo iam explicato effeq; causam continentem,morbi essentiam,dixit libro artis medic. tex.77.Celsus porro.1.lib.in procœ.causas continentes & abditas,sub eodem genere complectitur,eas vocat causas continentes,in quibus requiritur ex quibus principijs corpora nostra sint, quid secundam, quid aduersam valetudinem faciat. causam antecedentem & externam pro eodem sumit, quod etiam facit libro de fato Cicero, qua parte causam continentem esse dicit,quæ proxima est,tandem conueniunt omnes medici, causam continentem morbi eam esse,à qua morbus primo dependet,nam hac præsente morbus conseruatur,illa ablata morbus tollitur:sic Gale.lib.aduersus Iulianum eo probat bubonem esse causam cõtinentem febris,quòd permanente bubone permaneat febris, & ablato bubone febris pereat. Cæterum eo quòd dicat autor finitio.medica, quòd causa contentiua prę sente seruatur morbus, non sequitur,quòd voluerit q̃ semper quod est causa continens morbus gignatur,sed quòd semper q̃ morbus genitus est,si ipsamet causa adest morbus conseruabitur.Galen.tamen.2.lib.de natura humana tex.1.expresse voluit, quòd præsente causa continente est morbus , quòd si alicuius rei sunt plures causę continentes,vt vna non sufficit ad gignendum, ita vna non sufficiet ad conseruandũ, vt in pulsu videre licet cuius tres esse causas continentes dicit Gale.1.lib.de causis pulsuum. itaque causæ continenti partiali non conuenit, quòd illa posita ponatur affectus, omnibus tamen causis quæ concurrunt ad hunc producendum effectum bene conuenit, quòd illis positis succedat effectus.quare si vnius morbi duæ essent causę continentes,non vna causa sola posita est necessarium, quòd morbus sequatur.sed hoc omnibus causis quas partiales vocamus commune est: cæterum cũ Gale.dicit arteriam esse causam cõtinentem pulsus fuse sumit causam continentem, nam cum instrumenta non sint actionis prima causa,arterię non sunt dicendę causa continens,nec vlla res quę agere non potest quando actionis non est prima causa proprie continens causa dicenda est.circa hæc vide quę diximus libro. 2.de natura humana commento.1.vbi ex Galeno probauimus, esse de ratione causę continentis, quòd illa posita ponatur morbus.

7. Quippe si id quod curatur morbus est, ratio profecta est ab ipso quoq; indicationes esse incipiendas.

¶Videntur hæc pugnare ijs quę dicit.9. lib. metho. vbi primam omnium indicationum dicit esse, quę à virtute sumitur,sed nulla certe est contradictio,prima quippe indicatio est quę à virtute sumitur,non tamen est prima indicationum curatritium , à morbo quidem prima indicatio curatrix sumitur.

Ibi. Vt vel asinorum qui tamen omnium brutorum stupidissimi videntur,aliud esse specie vnum,aliud numero notitiam non fugiat.

¶Tritum est bruta non cognoscere in specie, sed modò quo Galen. hic dicit asinum in specie cognoscere

UVA. BHSC. IyR_342

gnoscere, negandum non est, non cognoscit asinus speciem vt homo, qui separatam ab individuo speciem cognoscit, cognoscit tamen asinus speciem in individuo.

Ibi. Quis enim nescit, nõ idem significare Socratem ac resimum, reliquorum autem nominum nullum de tota corporis substantia dici, non simum, non ventrosum, non caluum.

¶Exemplum potuit nõ in fictis, sed in veris, nam fuisse Socratem resimum dicit Plato in thæteto, fuisseq; ventrosum & caluum ex aliquot locis Platonis, & ex Diogene vita Socratis colligitur.

Tertius liber Methodi.

RVptio & conuulsio vnitatis solutio est, citra vulnerationem facta, prior eñ carnosæ partis diuisio est, posterior neruosę.

¶Fusius sumitur hic nomen conualsio, quàm quando sumitur pro sympthomate, in quo musculi vel nerui ad originem voluntatis iniussu retrahuntur, nam ex multa neruorum extensione, potest accidere vnitatis solutio, quæ proprie non est conuulsio.

2. Quod certe rationabilior est, transfusis in se mutuo cribris.

¶Forsan alludit ad diuinationem, quam transfusis cribris aliqui volunt facere, sine ratione quidẽ est, vt cribris velint diuinare, putant aliqui quòd hoc adagium cribro diuinare significet coniectura sagaci rem deprehendere, sed ab horum sententia multum abludit Gale. vide adagia Erasmi.

5. Vinũ igitur omnis vlceris qua vlcus est, optimũ est medicamẽtũ.

¶Non eo quòd vinum exiccet vlcus, sequitur quòd ebibitum exiccet, redundat humiditate omne vlcus, ad quam vinum collatum exiccantis naturæ est, ebibitum vero vinum facile migrat in sanguinem, cuius naturæ est maxime propinquum, ob quod inter ea quę humectant potest locare, nõ locatus ab Arisio. 3. lectio. proble. probl. 17. non tamen diffitendum est, quòd vinum suluum antiquum & ebibitum inter exiccantia possit reponi.

7. Quod autem dicere cœperam, vera ipsa medicina de laborantis natura coniecturam fecit, meminit autem id vulgus medicorum idio syncrasiam omnesq; id incomprehensibile fatentur, ideoq; ipsam verã medicinæ artem, æsculapio apollinique concedunt.

¶Hac parte dicit Gal. quòd vulgus medicorum Aesculapio & Apollini concedunt medicinam, ob multa quæ sunt in medicina incomprehensibiliatijs verbis porro volebant significare, veram medicinam ab hominibus vix posse percipi, sed dijs quorum propriũ est vniuscuiusq; naturam videre & intelligere esse ascribendam. Cæterum quia Apollini vaticinium est concessum, ob id illi dicabant medicinam, insinuabant quidem, quòd ad vaticinium attinebat hominum peculiares naturas intelligere, & probe dignoscere. Macrobius porro. 1. lib. saturna. cap. 17. ob id dicit medicinam esse Apollini sacratam, quia Apollo idem cum sole est, & temperatus solis calor est omnium morborũ fuga: apud illum etiam videbis, quod Apollo & Aesculapius nõ differunt, & quòd Apollo alio nomine dicatur Mercurius. Pausanias. 7. lib. ex quodã sidonio homine refert, Aesculapiũ nihil aliud esse, quàm aerem, ex quo bona valetudo quam græci hygieam appellant, tam homini quàm cunctis alijs animantibus existeret, Apollinem qui sol ipse est, iure patrem Aesculapij perhiberi quòd anniuersarias vicessitudines cursu cõficiẽs suo aeri salubritatẽ impartiat. probatq; hoc Pausanias.

8. Resina vero, pix, & asphaltus, quanquàm modice siccant tamen immodice sunt calida.

¶Non omnis pix plus calfacit quàm exiccat, nam ea quę sicca est autore ipsomet Galeno. 8. lib. dẽ simpli. medica. facul. plus exiccat, quàm calfacit.

8. Quasi nomina ipsa temporum anni prosint, obsintue, non eorum

UVA. BHSC. IyR_342

rum temperamenti ratio, aut non huius causa veteres medici ad ea respexerint.

¶Si tempora solum considerantur ratione eorũ temperamenti, patet minime probandam esse eorum consuetudinem, qui tempore coitus luminarium venam secare, vel medicamentum purgatoriũ exhibere non audent, siquidem si ratione coitus luminariũ aer plus ęquo non friget, vel æstuat, non est cur tunc venæ sectio, & medicamẽtum purgatorium interdicatur: quòd si orto cane aeris non est multa intemperies, nihilosecius tum medicamentum purgatorium exhiberi potst, quàm antequàm canis oriretur. video alios & coitus luminarium eligere, ad secandam venam sinistræ manus vt ita dixerim, Saluatellam, ad propulsandam scilicet quartanam, vel alios morbos melancholicos, sed non video cur magis eo tempore venæ sectio prosit.

10. Recens vetusue vlcus, nihil indicat, quamquàm indicare videtur nonnullis, sed hi seipos fallunt, nõ aliter quàm in ijs quæ ad victus rationem spectant, cum aliam initij, aliam incrementi, aliam summi vigoris indicationem esse dicunt.

¶Contrariũ videtur docuisse primo libro apho. apho. vndecimo, vbi ex virium robore, & ex statu dixit sumi rationem victus, ibi sententiam Galeni iam explicauimus.

Quartus liber Methodi medendi.

3. ILlud quoq; definire tempestiuum videtur, nullam externarum causarum curationis indicatricem esse, nam vt breuiter dicam, à nullo eorum quæ adhuc non permanent, indicatio sumi eius quod ex vsu sit potest.

¶Contra Gale. arguit Argenterius, ex temperamẽto priusquàm homo morbo afficeretur, vt Gale dicit nono methodi petitur indicatio, petitur etiam à consuetudine, sed nec temperamentũ manet, nec in morbis consuetis vtimur, sed hæ rationes parum probant, licet quidem in febriente non sit earum qualitatum proportio, quæ in ipso sano, manet tamen in potentia idem temperamentũ, ad quod natura ægrotantis se conatur reducere. Cæterum nec verum est, q; in morbis, consuetis non vtamur, nam quantum licet, illis vtimur, victus humidus conuenit febrientibus, magis tamen si quis hoc victu fuerit assuetus refici, vnde clare constat, errare Argenteriũ qui dicit in morbis, consuetis non vti: abstinemus ab aliquibus in ægritudine, quibus in sanitate vsi fueramus, idq; facimus, nõ eo quòd consueta fuerant, sed quia indicatio quæ à morbo sumitur est indicationum curatiuarũ præcipua, & prohibet hæc aliqua quæ nobis sanis fuerãt assueta, minus tamen ab ijs abstinemus, quàm si nobis consueta non fuissent.

Quòd oculum recte sanare ante totum caput non licet, neq; hoc ante totũ corpus, sic Aristo. ac Plato de morborũ curatione senserunt.

¶Ijs verbis dixit Plato libro de temperantia, quemadmodum sæpe ex peritis medicis audisti, qui quoties aliquis dolore oculorũ affectus eos consulit, aiunt: nõ posse oculis mederi, nisi prius capiti medeantur, neq; caput absq; totius corporis medicina posse curari.

5. Hordei nãq; farina ex aqua & oleo, itemq; panis ex aqua & oleo, omnia denicq; quæ calfaciunt & humectant, celerrime pus mouent.

¶Contrarium hoc videtur ijs, quę dixit secundo ad Glauconem, cap. de absessibus, vbi ait, & cum suppurari incipientem inflammationem curaturus, suppuratione prohibere posse speraueris, tunc plurimũ panem ebullire permittas, oleo scilicet ac aqua subigens, plus autem, & hoc suppuratione prohibet, hordeacea farina, simili modo parata: in ijs quidẽ vult, quòd panis aqua & oleo subactus, & quòd farina hordeacea simili modo parata, suppurationem prohibeat, quod loco quem exponimus

UVA. BHSC. IyR_342

animus negat. certe apparet manifesta cõtradictio, pro qua diluenda, dices quòd panis & farina hordeacea pus mouent, quando multo oleo fuerint subacta: suppurationẽ vero prohibent, quãdo fuerint subacta aqua & oleo, & fuerit aquę ad oleum multa proportio, vt parte citata ad Glauconem dicit. sed dices nullã olei partem deberet miscere si suppurationem prohibere volebat: porro aliquam olei portiunculam miscet, ne à multa aqua sic phlegmon dẽsetur, ꝙ mutetur in scirrhum. ad præcauendũ igitur malum quod multa aqua posset facere, immiscet oleum. Cæterum nec farina hordeacea pus mouet, vt quinto libro de simpl. medica. facul. cap. 8. Galenus scripsit, mixta tamen multo oleo vel vt melius dixerim multum oleum illi admistum, pus mouere potest. sed ego in hac sum sententia, vt parte proxime citata à me dictum est, quòd in hoc textu quẽ exponimus, non debet legi cathaplasma ex farina ordei, sed ex farina tritici.

6. Ex quo patet, nõ hæc esse quod mittendum sanguinem indicat, sed magnitudinem morbi, ac virium robur.

¶Vt cauillationes Argenterij effugias, hoc sic debes intelligere, quòd magnitudo morbi adiuncta virium robori, indicat sanguinis missionem, virium quidẽ robur, ex se nõ indicat sanguinis missionem, neq; hoc voluit Galenus, voluit tamen ijs verbis monere medicum, quòd nec sola magnitudo morbi sanguinis missionem indicat, nisi virium robori sit adiuncta.

Ibi. Purgatio inquiens per aluum plurimis vlcerum prodest, præterea vulneribus quæ in capite sunt accepta.

¶Ex Hipp. hoc citat Gale. multi vero medici & chirurgi dictis horum illustrium medicorum non attendentes, in quolibet capitis vulnere, medicamentum purgatoriũ esse exhibendum contendũt, quod cum faciunt in grauia pericula ducunt ægrotantes, etenim si his qui in capite vulnus accepit, noxios humores non habet, neq; ex vulnere febris orta est, non est cur purgare velis: humores quidem qui vitium non habent, medicamento purgatorio non obtẽperant, hoc considerans Gale. parum infra in hoc capite dicit, quinetiam, si ijs quę iam dixi illud quoq; adijcias, nempe quòd ipsum qui redundat succum, vacuãdum esse Hippocrates suadet, alias sanguinis attractionem adhibebis, cum videlicet ijs vincet, alias pharmacum quod bilem flauam, vel atram, vel pituitam educendi vim habeat, dabis: hæc ille, quibus clare insinuat, quòd non semper in vulneribus capitis medicamento purgatorio sit vtendum, si enim is qui vulneratus est bilioso humore redundat, dabis quę bilem purgent, consonum quidem est rationi, quòd si quis bile abundans vulneratur, ꝙ ad partẽ affectã affluet copia humoris bilioſi, ad hoc vero præcauendum malum, damus quæ bilẽ subducant, idem de alijs humoribus intelligẽdum venit. Cęterum si noxios humores ille cui vulnus est inflictum nõ habet, sat erit venam secare, sed quia ratione vulneris ratione etiam irę vel terroris, humores vitiũ cõtrahere solent, indeq; febris oboriri: præsentaneum erit, nonnumquàm purgare, id vero nõ fiet inter initia sed lenito vulneris dolore, ne humores à pharmaco agitatos, pars dolens ad se attrahat, fiet etiam purgatio clementibus medicamentis, si quidẽ medicamenta vehemẽter calida, plus æquo corpora conturbantia, negocium capiti possent exhibere.

6. Vlcera quæ in tenuibus intestinis habentur, quoniã & longinquiora sunt, & medio situ posita, ambo requirũt, & quę superne sumũtur, & quæ per sedem infunduntur.

¶Cum vsq; ad ieiunum intestinum, ascendere infusa nõ possint, vt dictum est à Galeno tredecimo methodi, parum ijs quæ per sedem infunduntur superiora intestina iuuari possunt, quod quinto methodi cap. vndecimo asseruit Galenus.

Ibi. Neq; ijs quæ foris sunt vlceribus innoxius est taliũ medicamentorum vsus, eruginis ęris vsti, & squãmæ, & cadmię, & pompholigis, hęc igitur & similia, interioribus exhiberi non debent.

¶Si põpholix interioribus exhiberi non debet, non deberet Ioannes Manardus in quinta epistola duodecimi libri mirari, quòd in cõfectionibus ad cor & iecur compositis, medici non admiscęant pompho-

UVA. BHSC. IyR_342

pompholigem, vel ſpodium, qui enim in confectionibus quæ ad cor vel hepar ſuum ſpodium miſcendum docuerunt, non rem methallicam intellexerũt, quare qui ad eorũ prę-ſcriptum electuaria faciunt, minime pro ſpodio pompholigem, vel verum vocatum ſpodium inijcere debent.

At ad vlcus quod in aſpera ſit arteria, vt ſupinus quàm diutiſsime in ore teneat, ac omnes qui illic ſunt muſculos relaxet, remittatq́, prę- 1
cipiendum.

¶Cõtra quam Gal. docet, & ipſa veritas ſuadet, monuit Gradi. & alij huius farinæ ſcriptores, quos in Enchiridio iam notauimus.

Quintus liber Methodi medendi.

2. INcidit vero vnitatis ſolutio, non in ſimilaribus modo, & ſimplicibus partibus, ſed etiam in compoſitis & inſtrumẽ 10
talibus.

¶Argenterius impugnat ſuo more Gal. dicitq́ ſolutionem continui, nõ eſſe morbum, ſed cauſam morbi, neq́ eſſe cõmunem partium ſimilariũ, ſed inſtrumentalium duntaxat. porro cum ſolutio continui primo lædat operationes, lędatq́ has ſiue ſimilare parte, ſiue parte inſtrumentali diuiſa, non eſt cur à recepta medicorum opinione ille deflexiſſe voluiſſet. 15

Ibi. Profluit ex arteria, vel vena ſanguis aut tunica earũ diuiſa, aut vt ſic dicam tranſcolatus, ſiue ſudoris modo trãſmiſſus.

¶Quòd ſanguis aliquando tantum ſereſcat, vt iam nonnulli ſudore cruento exudarint, dixit Ariſt. 3. libro de hiſto. anima. cap. 19. quod vero hac parte dicit Gale. non eſt, quòd ſanguis per ſpiramina per quæ effluit ſudor effluat, ſed quòd per poros venarum ſic effluere ſanguis ſoleat ſicut per 20
poros cutis effluere ſolet ſudor.

3. Quod ſi reſolutus ęger non ſit, etiam vena ex eo cubito inciden da eſt, qui profuſioni è directo reſpõdet, vbi paululum detraxeris mox vnam horam intermittens, rurſus detrahes, poſt iterum, atq́ iterum, pro laborantis viribus. 25

¶De ſanguinis reiectione loquitur Gal. ad reuellendum: porro parca ſanguinis miſsione vtitur, & ſpacio vnius horæ bis ſanguinẽ detrahit, quod obſeruare deberent qui ſolũ reuellẽdi nomine, ſanguinẽ detrahunt, ſanguinẽ quidẽ affatim vna vice fundere nõ deberẽt, ſed per vices illũ mittere.

5. Quippe in hæc per clyſterem in vterum.

¶Clyſter aliquando ſumitur pro infuſo, aliquãdo pro inſtrumẽto quo infuſum immittitur, qñ ve 30
ro ſimpliciter ponitur, inſtrumentum ſignificat, vt colligitur ex ijs quę hac parte dicit Gale.

Ibi. At vero quæ profluenti particulæ admouentur medicamẽta, hæc ipſe veluti plerique medicorum non vbique probo, ſed mihi contra omnino quàm fieri res poſtulat, ipſum ſanguinem intro compellere.

¶Nil tamen multis medicis eſt magis vſurpatum, quàm in ſanguinis è naribus fluore, medicamenta ſatis frigida, & ſtiptica capiti admouere. 35

7. Cum enim medicus qui venam inciſurus erat.

¶Lib. 6. de morbis vulga. ſectio. 5. commen. 1. venam ſcindentes, non medicos ſed miniſtros medicorum vocat, fuſe quidem ſumit hic nomen medici, vt & miniſtros etiam complectatur, vt. 6. lib. de locis affectis, aliquando nomen medici ſic vſurpaſſe tradidimus. 40

Ibi. Ideſt vterinos clyſteres, & ſyphonẽ rectũ, & clyſterẽ deſiderãt, ad eam vero quę in recto inteſtino ſunt vlcera, etiã per veſicã cui ſit fiſtula

UVA. BHSC. IyR_342

recta ad finem annexa, iniicere liquamen, medicamen tepidum licet.

¶Cum clyster apud Galenum significet instrumentum quo infusum immittitur, mirum quòd vesicam cui est fistula recta annexa, per quã medicamen liquidũ iniicitur, noluerit clyster vocare: certe sub generali nomine clysteris cõplecti potest, sed quia clysteres quibus infusa iniiciebantur ex alia materia fiebant, lucis maioris nomine, vesica quę sic parabatur, leorsum voluit explicare.

8. Roma est locus fluxionibus maxime obnoxius.

¶Tam praua aura post solis occasum infectare solet eos qui Romæ degunt, præcipue non assuetos, quòd si in aprico loco quis dormit, vix potest grauissimum morbum effugere. Cæterũ & alio modo Roma est locus fluxionibus aptus, ad quem tanquam ad Metropolim ex toto orbe homines fluunt, est quidem Roma totius orbis breuiariũ, vel compẽdiũ, quod ex Polemone oratore dixit Gale. comm. 1. in librum Hipp. de articulis, quod etiam dixit Athenęus. 1. lib. dipnosophistarũ.

10. Vlcerum vero quæ in ore accidunt, quæcunq; admodum sunt humida, ea medicamẽta egent, quæ vehemẽter siccent, veluti diphrige, tum ex melle & vino, & mulso, præterea quæ iris dicitur, & anthera.

¶Ex ijs quæ hac parte dicit Gale. patet toto cælo eos deerrare, qui antherã dicunt esse rosarũ flores: flores quidẽ hi nõ vehementer siccãt, nec sunt medicamenta cõposita: esse vero anthera medicamen cõpositum, ex ijs quę dicit Gal. claret, nec solũ vnum medicamentum compositum dicitur anthera Celso, sed multa medicamenta sub illa cõplectuntur, vt claret ex ijs quę dicit. 6. lib. cap. 11.

12. Cæterum qui ex pestilentia hoc vitio laborarunt, propterea mihi facile sanati videntur, quod præsiccatum ijs, præpurgatumq; totum corpus fuerit, quippe cum vomuerint ex ijs nonnulli, & omnibus venter profluxerit.

¶Si medicus est naturæ ęmulator, & videt multos à peste liberatos, eo q; vomuerunt, & aluus profluxerit, non est cur ille non audeat febre pestilenti affectos, nonnunquam purgare: quare non est, Fuchsio & alijs qui prorsus in hac febre medicamentum purgatorium interdicunt, assentiendum nec obstat, quòd dicunt quòd per medicamentum purgatorium, humores de externis ad interna demandantur, nam in febre pestilenti, humores vt plurimum interiora præhendunt, maiorq; fit vtilitas, in horum vacuatione, quàm damnum quod ex externis aliqua fiat humorum reuocatio: si multa quidem est humorum infarctio, humoresq; sunt crassi, minime poterit per sudorem fieri euacuatio, quæ naturæ sit satis, non inficior tamen, quòd si febris pestilens talis naturæ est, quòd in ea totum suum motum ad externa facit natura, vt fuit in illa lue Anglica in qua sudorem semper natura tentabat, quòd tunc præstat, non purgare, sed sudorem mouere, & naturam in hac parte imitari, sunt vero aliquę febres pestilentes, quę vel ob hoc q; à pituita salsa aluũ irritãte, profluunt, vel ob hoc, q; humor iuxta aluum sedet, q; per alui excrementa perimunt cuius generis febriũ memoriã facit Gal. 3. vulg. com. 3. in ijs quidẽ turpe esset medicamẽtũ purgatoriũ exhibere, vario quidẽ modo afficiũt febres pestilẽtes, quare earũ curatiõis nõ vnus dũtaxat est prescribendus modus.

Sed iussi, vt crura manusq; calfacienti pharmaco fricaret, & vinciret.

¶De sanguinis reiectatione loquitur hac parte Gale. porro Scribonius largus minime probat, q; in sanguinis reiectatione, vincantur artus, sic enim ait, in sanguinis eruptione vetare oportet artus constringere, quod plerique medicorum faciunt, ignorantes q; incitatur sanguinis eruptio musculorum cõpressione, quandoquidẽ omnis cõstrictio in vtranq; partẽ exiget ęque subiectam materiã, sicut vtrem si quis medio laqueo constrinxerit, animaduertet in vtramq; partem excludere subiectum liquorem: hæc Scribonius, quæ vt arte curatiua dixi, nullam probabilitatem præseferunt, nã aliud est in vtre re inani aliud in viuente corpore, in quo constrictio dolorem inducendo, ad partem constrictam aduocat humorem.

Mox caput raderet, cui deinde medicamen quod ex palumbium stercore constat imposui.

Alex.

UVA. BHSC. IyR_342

¶Alexand. Trallianus, ſine cauſa reprehendit Gale. eo quòd medicamentum calidum admouerit in deſtillatione ab humore acri & erodente orta: nam minime ex dictis Galeni poteſt colligi, deſtillationem de qua Gale. ſermonem egit, ab humore erodente eſſe ortam, iam vero quòd humor erodens eſſet, medicamentum ex palumbium ſtercore, quatenus de internis ad externa reuellit, poteſt iuuare, ſed habemus ab ipſomet Gale. tertio medicamen. locali. ſynapiſmum non eſſe apponendum capiti, niſi in dolore à cauſa frigida orto, qua ratione videtur, ſtercus palumbium non eſſe admouendum, ſi humores ſunt acres & erodentes, ſed ſanguinis reiectatio, quia citam deſiderat reuulſionem, aliud apponere cogit, quàm dolor capitis.

Ibi. Secundo die poſt alteram detractionem, impoſui toti pectori ceratum, quod ex tapſia conficitur, mox veſperi, nec ſupra modum calfaceret, id auferens.

¶Loquitur Gale. de ſanguinis reiectatione, quæ oborta fuit ex refrigeratis ſpiritus inſtrumentis, multi vero medici (cauſis reiectationis ſanguinis non exploratis) medicamenta frigida, & ſtiptica admouent. ſanguine vero ob pectoris membra refrigerata erumpente, non poſſunt medicamenta frigida grauiter non lędere.

13. Deinde cum dormitura eſſet quod ex viperis conficitur medicamentum dedi (theriacem vocãt) circiter quatuor menſes añ cõfectũ.

¶De reiectatione ſanguinis loquitur Gale. Alex. porro Trallia. 5. lib. cap. 4. Gale. ſugillat eo quod in huiuſcemodi paſsionibus refrigerantium nullo vti voluerit, & calidam potius rationem adhibuerit, dederitq; mithridatum & athanaſiam & theriacam. quem conſiderare præſtitiſſet, quòd tẽpore quo theriacam exhibet, theriaca vim infrigidandi habet, ſiquidem vim habet ſtupefaciendi, quando circiter quatuor menſes ante eſt confecta, eſſe vero vtile in malo quod tantum malum mitigatur ſtupefacientibus ad cohibendam deſtillationem vti nemo eſt qui iuſte poſsit diffiteri.

14. Quod purget diuerſas facultates habeat oportet, cuius generis noſtræ ſunt pillulæ, quæ ex aloe & ſcammonia colocyntide, agarico, bdellio, & gummi arabico, conficiuntur.

¶Adhibet has pillulas Gale. ijs qui humorem erodentem cuius ratione phtiſi ſunt obnoxij congerunt, Auicenna vero putans & ijs qui iã ſunt tabidi, id genus pillulas Gale. propinaſſe, & illas porrigendas cenſuit, qua in re maxime fuit lapſus, cum qui iam ſunt tabidi, medicamentũ quod tã fortiter purget nõ ferunt, eſt illis corpus extenuatum, quod forti medicamẽto magnopere exoluitur. an vero bdellium ijs pillulis ſit miſcendum, explicauimus, 1. lib. de medicamentis localibus.

Liber Sextus Methodi.

3. VAcunq; vina dulcia pariter & fulua ſunt, veluti falernum, inutilia ſunt.

¶Contrarium hoc videtur ijs quę dixit, 3. lib. de ratione victus, commen. 7. vbi dixit dulce quidem vinum continuo & nigrum exiſtit. ſi enim omne vinum dulce eſt nigrum, quod fuluum eſt non poteſt eſſe dulce, ſed vt alibi iam expoſuimus, non omne dulce vinũ ſed quod vehementer eſt dulce eſſe cõtinuo nigrũ intellexit Gal. diximuſq;, & apud Nauarros vina fulua vehemẽter dulcia reperiri, eſt vitis genus, quod varues dicitur, quæ fuluum & dulciſsimũ fundit liquorẽ.

4. Quod igitur coaleſcere nequeat tam durum os, quàm id quod in iuuenibus & adoleſcentibus, & viris, multoq; magis in ſenibus cernitur, id profecto, vel cuiuis patere poteſt.

¶Huius textus expoſitionem videbis libro ſecundo de ſemine.

Ibi. Aggreſſus vero fuiſſem aliquando ipſe quoq; experiri eiuſmodi curationis rationem, ſi perpetuo in Aſia manſiſſem, ſed cum Romæ

UVA. BHSC. IyR_342

plurimum agerem, ciuitatis morem ſum ſecutus, permiſſa ijs (quos chirurgos vocant) maxima eiuſmodi operum parte.

¶Cum Romæ erat, romano voluit Galenus viuere more. Cæterum hic mos quē Romę fuiſſe dicit ille, eſt nunc in Hiſpania, nam qui partem medicinę, quæ pharmacentica dicitur faciunt, non tractant chirurgiam.

Septimus liber Methodi medendi.

5. QVòd ſi in prauæ doctrinæ ſecta præterea ſit altus, hic geminum tempus requirit, alterum in quo prauas opiniones dediſcat, alterum in quo melioribus ſe exerceat.

¶Non minus eſt dedocere quàm docere, propter quod Timotheus clarus in arte tibiarum duplices ab ijs quos alius inſtituiſſet exigebat mercedes, quàm ſi rudes traderentur, autor Quintilia. 2. lib. cap. 3.

4. Tum vero ex vnguento melino & maſtichino ab ijs certum ab eiſdem compoſitum, poſt alia pharmaca, vtiq; ceratis valentiora, quæ à medicis vocantur epithemata.

¶Non eſſe epithemata, ſolum medicamenta fluida, clare ex ijs quæ hac parte dicit Galenus colligitur, putantes vero hi qui Auicennam expoſuerunt, epithema ſemper dici de medicamento fluido, mille modis ſunt hallucinati tertia tertij tracta. 1. cap. 24. vbi Auicenna hęc quę Gale. hac parte dixit, fuit interpretatus: ſed tam obſcure, quòd illis dedit errandi occaſionem. Cæterum melinum vnguentum fit ex cotoneis malis. diuerſo modo illud parat Dioſco. quàm Plinius.

Ibi. Cibos præterea ad eundem modum refrigeratos, identidem me illis permittere vidiſti, in quibus eſt, & quam melcam vocant, vnus is quoq; Romæ laudatorum ciborum, veluti etiam aphrogala.

¶Melcam eſſe ex lacte edulium, colligitur ex ijs quæ dicit Dionyſius Vticenſis. 19. lib. agriculturæ cap. 19. putauit vero Cornarius commenta. in. 9. lib. de medicamen. locali. legendum eſſe hac parte quam exponimus metam, ſed cum meta lactis, de omni caſeo qui factus eſt ad formam metæ dicatur. & ex forma non recipiat caſeus rationem infrigidandi, ſubſcribendum Cornario non iudico. maxime, quòd vt citauimus, Dionyſius etiam vocat melcam, quę cibus eſt aceti particeps. nec vnam eſſe, ſed plures melcæ prępara tiones, ex ijs quæ ibi dicit colligitur, quæ annotata etiam vellem à Lodouico cælio, ne tam ieiune rem hanc delibaſſet. 28. libro lectionum antiquarum cap. 7. qui ait Galenus melcam, & aphrogata inter ganeata in vrbe cibaria recenſet, hęc ille. qui magis ſuā diligentiam monſtraſſet, explicando quid Gale. diceretur melca, quàm dicendo quòd eſt numerata inter ganeata cibaria, nec inter huiuſmodi cibaria, illam numerauit Gale. ſed inter laudata.

6. Etiam tertia ſiccitas, cū propria humiditas vnde partes nutriuntur omnino eſt abſumpta, cōtinetur, ea in omnibus animalis partibus, ceu ros quidam per eas ſparſus.

¶Ex hac parte volunt aliqui colligere, de humiditatibus, vt Auicenna feciſſe mentionem Galenū, poſuiſſeq; illas diſtinctas ab humoribus, verum eſt certe alicuius humiditatis illum memoriam feciſſe, ſed non vt Auicenna, qui rorem non ſenſit eſſe vltimum alimentum, ſed eſſe humiditatem ſitis propulſatricem, ſecundum vero Galenum humiditas quę dicitur ros eſt vltimum alimentum, nam illę duę humiditates quas prius numerauerat, vnam ſolidorum membrorum, & aliam carnis & pinguedinis, ad alimentum non attinent, cum iam ſint ex ipſorum membrorum ſubſtantia.

Ibi. Vt quàm minimo tempore; in aere ambiente lac moretur, pro-

UVA. BHSC. IyR_342

propterea quòd celeriter mutari ſit aptum, vtiq; ſeminalis genitali ritu, quod nec ipſum aliquando extra propria vaſa, ſi modo ſuas vires ſeruare bit morari patitur.

¶Si tam breui ſuas vires extra propria vaſa ſemen ammittit, deridendi ſunt, qui Auerrois autoritate perſuaſi, putant mulierem ex ſemine quod vir in balneo eſuderat fuiſſe fœcundatam.

Ibi. Ac optimum quidem vtpote connatum muliebre lac.

¶Ad corrigendam ventriculi ſiccitatem, melius eſſe lac humanum dicit Gale. non tamen hinc ſequitur quòd febrientibus febre hectica magis conducat lac humanũ quàm aſininum: etenim quia hoc magis ſeroſum eſt, tutius poteſt exhiberi, quàm illud: adde quòd magis infrigidat & humectat, qua ratione magis opponitur calori febrili, nec ſic in fumum vertitur vt illud, ſi enim eo quòd lac humanum magis reficit ducis illud lacti aſinino præferendum, & iuſcula pinguia præferes ptiſanæ hordeaceę: quo vero hæc magis quàm illa humectat, hoc ad extirpandum calorem febrilem magis confert. indicauit porro hoc Gale. lib. 10. metho. qui ad curationem febris hecticę lac aſininum laudat lactis muliebris nulla facta mentione: memorans porro alimentum quod adhibetur ijs qui frigida & ſicca intemperie laborant, de quibus in hoc lib. ſermonem agit, dicit quanto hecticarũ febrium affectus eſt calidior, affectu illo de quo Egimus. 7. lib. tanto vtiq; frigidiora requirit auxilia. Cęterum cum lac aſinę ſit muliebri lacte frigidius, ideo hecticis febrientibus magis quàm lac humanum conducit: quòd ſi dicis ad eos qui ex phtiſi contabuerũt exhibebat lac humanum Euriphon quem in hac re laudat Gale. qui vero phtiſi laborant febrem hecticam habent: attẽde quæ dicit Gal. & non hallucinaberis, dicit quidem Herodotus & prodicus tantam in lacte humano ad reficienda corpora fiduciam habuerunt, vt etiam qui phthoe contabuerant, ex ipſa mulieris pupilla lac ſugere iuberent, vide quòd non ad extirpandum calorem, ſed ad reficiendum, hoc lac laudat. ego vero non ad reficiendum, ſed ad humectandum, & temperanda hectici membra lac aſininum prę ferendum dixi, quòd ſi qui tabidus eſt vehementem febrem habet, nullum lac porrigendum ducerem: iam vero quòd aliquod permitterem, permitterem potius propter rationes dictas aſininum, quàm humanum.

Ibi. Quocirca mel quod tymum plane redolet non probo, eſt id parum conſumatum.

¶Seneca lib. 12. epiſt. 84. dicit de apibus non ſatis cõſtat, vtrum ſuccum ex floribus ducãt, qui primus mel ſit, ſupra dixerat apes vt aiunt debemus imitari, quæ vagantur & flores ad mel faciendũ idoneos carpunt, non definit an ex floribus an ex ſucco floribus inſidente fiat mel. Cæterum cum mel redolere plane ſoleat tymũ videtur ex floribus mel eſſe confectũ. niſi credas ſuccum qui tetigit flores tymi ſic odorẽ tymi imbibiſſe, q; mel ex hoc ſucco confectũ tymũ redoleat. Cæterũ Vergil. cum. 4. georgico. dicit redolentq; tymum fragantia mella inſinuare eſt vilus, mel tymum redolens eſſe laudandum. ſed licet probemus mel quod tymum redolet, & in hoc Maroni ſubſcribamus, nõ ideo à ſententia Galeni deflectemus, qui non vituperat mel tymum redolens, ſed plane redolens.

Ibi. Si enim Veneti & Praſini ſtudioſi ſectatores, equorum ſtercora, quo intelligant quemadmodum alimenta cõcoxerint, odorantur.

¶De Veneta & Praſina factione hic loquitur, fuiſſe quidem quatuor aurigarum factiones, à ſcientiſſimis autoribus traditum eſt, mirum vero quòd Venetæ & Praſinę factioni fuerit magis peculiare odorari equorum ſtercora, quàm factioni albę & factioni roſeę, nam omnium intererat bonos & ſanos equos alere, nec videtur ſic inter Venetos & Praſinos conueniſſe, quòd odorarẽtur equorum ſtercora, ſed ſub Venetis & Praſinis omne aurigarum genus, vel mulo medicos qui horum equorum valetudini proſpiciebant, intelligit Galen. nec in Aſia credo deerant, qui etiam equorũ ſtercora odorarentur, ſed illos numerauit quaſi diceret, ſi ob præcium quòd de currendo in certamine, ſic ſunt equorum valetudinis Veneti & Praſini (per quos etiam alios intelligere volo) ſtudioſi, qd facere debent hi quorum maxime intereſt hominum valetudinis eſſe ſtudioſos.

Ibi. Quocirca citius ſexto anno nobile Sabinum idoneum nõ eſt.

¶Huic autoritati debuit anniti Mundela, qui ſex annorum vina pro nouis dixit eſſe habenda, verũ

UVA. BHSC. IyR_342

id de omnibus vinis nõ eſt pronunciandum, diffitendum tamen non eſt, aliqua vina eſſe noua primo ſeptẽnario: vina quidem quę multos annos durant, tarde perficiuntur, ſi enim phalernum vinum decimoquinto anno eſt media ętate vt dixit Plinius, non mirum quòd ſexto anno dicatur nouum, quare errauit Valeriolla qui aduerſus Mundelam dixit, nullum vinũ eſſe nouum ſexto anno.

Mundela defendit

Ibi. Quinetiam exactius coniecturam aliam dictis facies, ſi vitiorum aquæ capita memoria tenueris: porro pendent ea ex frigiditate eius omnia.

¶Non vult hac parte, quòd nulla alia re poſsit lædere aqua, quàm frigiditate: ſi enim aqua eſt luta, vel ſalſa, vel aliud vitium habeat, citra frigiditatem poteſt lædere. hoc vero loco non comparauit aquas inter ſe, ſed aquam vino: ponit vero noxas quas aqua quamuis laudabilis poteſt facere.

Ibi. At quoniam non ſolum quies & ſomnus, ſed etiam longius tempus, huius naturalem adminiſtrationem excipit, rationabile eſt, vt valentiores ciborum hoc maxime tempore offerantur.

¶Quod valentiores cibi ad cœnam exhibeantur conualeſcentibus dicit hac parte Galen. ex quo multi volunt colligere, quòd cœna generatim debet eſſe maior prandio, quid vero de hoc ſit tenendum, ſatis late lib.). de ſanita. tuen. declarauimus.

Ibi. Sed enim & quod illi faciunt, nihil mali ſit, ſi hi qui conualeſcẽtium victu vtuntur etiam faciant, vt illico poſt cœnam non bibant.

¶Fuiſſe multis antiquitus conſuetudinem inter cœnandum non bibere, libro etiam quinto de ſanitate tuenda declarauimus.

7. Ergo plurimum huic affectioni pro nutrimento mel optimum eſto, ſed quod prius ſuper prunas ex quercu vitæue ad ſummum candentes fuerit decoctum, ac curioſe deſpumatum.

¶Diligenter ſatis ligna quæ ſunt accendenda indicat, ſub quercu vero & vitę intellige omnia ligna ex quibus vehemens ignis, & non fumans accenditur, Plutarchus vero in proble. ſymp. proble. 10. tertię decadis, inſinuat ratum fuiſſe illo tempore, vitium igne decoquere pharmaca, ſic eñ inquit, etenim quòd non vna quapiam qualitate ſecundum magis & minus differente, præditus ſit calor, ſed numeroſę ſint ignis facultates, nullo pacto ſibi inuicem reſpondentes ex rebus paſsim obuijs perſpicuum euadit, nam aurifices igne ex paleis confiato aurum elaborant, medici accenſis vitium ſarmentis decoquunt pharmaca, ad emolliendum vitrum informandumq; apprime conuenire centent myricę ramuli, hæc ille quæ quæ diximus ſatis manifeſtant.

Ex ijs vero quæ ventri extrinſecus applicantur boni habitus puellus vna ſic accubans, vt ſemper abdomen eius contingat, ſunt qui catellos pingues in hunc vſum habeant.

¶A ſanitate neminem ſanari poſſe dixit Ariſt. 7. ſectio. problem. proble. 4. modo vero quo Gale. dicit non dubium eſt, quin ſanitas puelli poſsit prodeſſe ventriculo imbecillo, credidit Ficinus & hominem ſanum ſuo aſpectu poſſe iuuare ſicut æger ledit aſpectu, quod (niſi ad quandam ſympathiam fugiat) neutiquàm poterit probare facere ad roborandum ventriculum: catellos pingues dicit Gale. quos ad leniendos podagræ dolores aliqui multum commendant, & tandem omni parti dolenti applicare catellos laudat Aetius.

11. Admiſcentur autem huic cinnamomum, & xilobalſamum, & ſpicanardi.

¶De modo quo ſit paranda hiera picra hac parte loquitur Galen. ad cuius pręſcriptum pauci illã conficiunt, qnãdo nõ adijciunt ſpicãnardi ſed nardum, ſpicanardi, aliud eſt à nardo, eſt nardi radix.

11. Nam medicamentum ipſum ſolito purgantium medicamentorum tempore dabitur, poſt id vero vbi modice inambulauerit, & modice ſe

UVA. BHSC. IyR_342

ce se mouerit, de reliqua victus ratione nihil est immutandum.

¶De hiera pichra loquitur Gale. qua sumpta modice inambulandum dicit, vehemens quidē motus faciendo vt medicamentum in ventriculo non detineretur, officeret, paruus vero motus causa est vt ventriculi membranæ cui humor viscidus est infixus adhæreat medicamentum, quod ob nomen Galeno imperatur: si vero ille qui hieram sumpsit è lecto non potest surgere, loco deambulationis, non ab re mediocrem somnum illi imperabis, faciet quidem somnus vt medicamentum facile deducatur in actum, atq; roborato per somnum ventriculi calore, expeditius fiet purgatio, sed de ijs multa. 4. lib. aphorismorum.

Ibi. Sunt qui reponunt medicamentum excipientes id despumato melle, & fit quidem ita durabilius. Cæterum non perinde ad propositos hoc loco affectus vtile, cum & minus ventriculum roboret, & magis aluum deijciat.

¶De hiera pichra etiā hic loquitur, cōtra vero id quod hac parte dicit Gal. docuit Gentilis de fulgineo suo tempore famosus medicus. Cæterum cum supra cap. 7. per se optimum nutrimentum ventriculo frigido dicat esse mel, non videtur quòd Gale. timere debuisset, quòd aloe melli mixta non posset satis ventriculum confortare, præterea cum mel faciat ad ipsos humores crassos, quos volumus purgare quid mel ad ipsos purgandos officere potest, nisi eo quòd non tantum in ventriculo aloe melli mixta morabitur, sed ocyus ad intestina descendet purget magis ea quę in intestinis sunt, & ob id dixit aluum magis purgare, non dixit simpliciter purgare sed aluum magis.

12. Affectus magnitudo perpendenda est, ea triplex est, alia quæ ex læsę actionis præstantia spectatur, alia quæ ex propria affectus essentia, & tertia præter has, quæ ex facultate quæ læsum corpus gubernat æstimatur.

¶Si morbus dicitur magnus propter prȩcellentiam partis, videtur ex abundanti dixisse Galenum 4. lib. metho. cap. 6. morbū esse grauem propter præcellentiam partis, & propter affectus magnitudinem, si enim ad affectus magnitudinem attinet partis præstantia, superflue videtur dictum esse morbum grauem ob partis præstantiam: verum est certe, quòd ad magnitudinem attinent morbi qui sunt in parte præstanti, sed affectus simpliciter sine collatione non dicitur magnus, nisi qui in genere affectuum eiusdem generis magnus est, magnum quidem vulnus quod est in crure respectu parui vulneris capitis dicitur magnum, attendendo vero noxam quæ ex vtroq; vulnere contrahitur, vulnus capitis est maior morbus vulnere cruris, & sic recte dixit Gale. morbi magnitudinem expendi ex lęsæ actionis præstantia, vt vulnus capitis quod quanuis parum sit ex propria affectus essentia, magnum est ex capitis actionis prestantia: tertiam præter has dicit æstimandam ex facultate quę lęsum corpus gubernat, vt febris in homine decrepito vel imbecillimo quę licet non sit vehemens, in id genus naturis magna iudicatur.

13. Quarta indicatio est à partis positura.

¶Non placet Argenterio, quòd à partis positura sumatur indicatio, qui sic ait, vna res vnam tantum indicationem suggerit, at situs partis vna res est, igitur vnum tantum indicat, atq; cum sit res secundum naturam sui custodiam solum indicabit, hanc rationem sic potes diluere, verum est quidem quòd vna res vnam tantum indicationem suggerit, vnamq; prębet indicationem, scilicet sui situs custodiam, sub hac vero indicatione complectitur quicquid partem illam potest conseruare, vel à morbo vindicare, at quia ad custodiam partis nōnunquàm requiritur medicamentū quod illam attingat, ideo nonnunquàm pars indicat quantitatem, & gradum medicamenti, tanquàm res quæ ad sui custodiam faciunt, porro qui legerit quæ de indicatiōe quę à viribus sumitur. 9. metho. dicit Gale. facile has tricas Argenterii poterit diluere, de ijs indicationibus scripsit perdocte doctissimus doctor Collado valentiæ medicinæ professor.

Ibi. Cerebri vero ad vitam par est nomen tuum, non tamen par robur eius in ægrotis requirimus. momentum

¶Con-

UVA. BHSC. IyR_342

¶Contrarium videtur hoc ijs quæ dixit.3.lib.de decretis Hippoc.& Platonis,vbi quantum ad vitam attinet cor esse præcipuum dixit,ibi & alijs locis sententiam Galeni iam explicauimus.

Ibi.Renes vero & vesica, ac iocinoris gibba si multo vitioso succo sunt referta per deiectiones.

¶Non solet esse multa infarctio in renibus & vesica,quin vitioso succo corpus abundet.nam multus vitiosus succus non genitus fuit in renibus & vesica,sed aliunde est deriuatus, quare si non vacuato corpore exhiberemus diuretica,pluri vitioso succo infarciremus renes & vesicam:purgato iam corpore,cum non foueatur infarctio renum & vesicæ ab humoribus qui aliunde fluebant,facilius renes & vesica à tanta sarcina se deonerant.Cæterum & cum periculum non sit,quòd humores vitiosi qui vniuerso corpore erant adhibitis medicamentis diureticis ad renes & vesicam deducantur:intrepide corpore bene expurgato medicamenta diuretica possumus adhibere: ita illud si multo succo & vitioso sunt referta non solum est intelligendum, de infarctione vesicæ & renum, sed de infarctione vniuersi corporis si multo inquàm & vitioso succo sunt referta corpora ęgrotantium.omnia hæc multi non considerantes reprehenderunt Galenum, vel facilem textum fecerunt difficilem.Cæterum, etsi infarctio quæ est in renibus & vesica non fiat ab vniuerso corpore, sed à membro particulari vt ab hepate vel alio membro,diuersionis nomine prodest medicamentum purgatorium.quòd si vitiosus succus non est in corpore, sed est plenitudo, hanc priusquàm diuretica exhibeas per sanguinis minues extractionem.

Maxima igitur est cordis officij dignitas, atq; ægrotantibus maxime omnium necessaria.

¶De dignitate cordis multa diximus libris de vsu parti.& libris de decretis Hippocratis & Platonis,vbi inter aliqua fundamenta aliquorum recensuimus,quòd asseuerabant,cor esse in medio corporis,horum sententiam explosit Gale.qui asseuerauit vmbilicum esse in corporis medio, neque hanc opinionem omnibus placere diximus. estq; autor Vesalius, quòd pubis ossium coalitus est exquisitissimum medium corporis.sed cum videamus multos esse longis cruribus,qui thoracem & ventrem ad proportionem crurum non habent, alij habent longum pectus & ventrem & breuia crura,parum huic commensurationi est fidendum. sed de ijs vide quæ diximus libris de decretis, vbi sententiam Vitruuij explicuimus.

Liber Octauus Methodi medendi.

1. Sane vnusquispiam morborum est, quos intẽperies creat & febris.

¶Lege febris vnus morborum est quos intemperies creat.

2. Sunt namq; maluæ,& brassicæ,& betæ, & lactucæ, & deniq; omnia olera & fructus nutrimenta, cum substantiã in ijs habilis ad alendum contineatur,verum sicut in ijs exiguum est quod nutrit,non exiguum quod est inutile.

¶Non omnes fructus exiguum præbent alimentum,nam ipsomet Galeno autore lib.2.de alimentorum faculta.castaneæ copiosum alimentum exhibent: cæterum si in fructibus & oleribus parum est quod sit vtile,& multum quod sit inutile, grauiter errãt qui pro præcipuo cibo olera & fructus habent, quare non est laudanda eorũ medicorum cõsuetudo,qui multos dies ęgrotantes oleribus & fructibus alunt.

Ibi. Optimi sunt perdices,ac montani omnes passeres.

¶Auiculas montanas alij legunt.Cæterum passeres calidiores sunt quàm quòd calidę & siccæ temperaturæ conueniant,quia vero huius sunt temperamenti,venerem mirum in modum excitãt,propter

UVA. BHSC. IyR_342

pter qđ dixit Sapho.(vt teſtis eſt Athenęus.9.lib.dipnoſophiſtarũ) veneris currũ trahi à paſſeribus.

Ibi. Et iuuenes columbæ, ſed nec hæ tamen intus claudendæ, cum excremento ſa ſint omnia, quæ exercitatione carent.

¶Nihil tamen eſt frequentius, quàm capones ad impinguandum claudere.

3. Vnde nec immorandum mihi hic multis eſt, eos imitanti ſcriptores, qui cum pauca prorſus ſciant, ipſa in omnibus libris inculcãt, id enim non multa eſt docere, ſed multa ſcribere, & multas chartas conſumere. 1

¶Pleriq; huius temporis ſcriptores, qui in hoc vitium labuntur, quicquid illis eruditum videtur, quolibet commentario & omni loco extra rem inculcant, adeo quòd ſi Galeni librum de elementis interpretantur, ſumma ope nituntur, ex alijs Galeni libris potiora tranſuaſare, ſummũ decus eſſe putant, implere phyluras, & conſumere chartas. Certe ſi commentaria fierent ad ſtudioſorum vtilitatem, ſufficeret partes obſcuras enucleare, præſertim in Galeni ſcriptis, ſiquidem eſt autor ſatis perſpicuus: quòd ſi quæ vni libro conueniunt ad alios ego adducerem, multo maiores eſſent hę annotationes, ſed non eſſent tam vtiles, quare non mireris, ſi aliquot textus quos longis expoſitionibus multi replent, ego per tranſennam attingam, quia ſuis locis rem explicare decreui. 15

Ibi. In omnibus iam dictis fugiẽda ſunt tũ vetula, tum recẽs edita.

¶Laudauerat ſupra hœdos, licet porro hœdi capris meliores ſint, non debent tamen qui recens ſunt editi in cibum ſumi, excrementitium quidem eſt, omne animal recens editum.

4. Sed ſicut dictum eſt, in alimentorum ratione, ſunt ptiſana & mulſa, in pharmacorum oximeli, & quæcunq; incoquere in mulſa licet. ceu iris & hyſſopum, & origanum, & ſerpillum, verum hæc omnia iuſto ſunt calidiora, ideoq; febres accendunt, vtiq; vt vinum. 20

¶Ex ijs claret, erraſſe Antonium Muſam, qui.24.apho.1.lib.dicit antiquos vſos fuiſſe ſerapijs, vel decoctis vini loco vel cibi, conſtat quidem hac parte in pharmacorum loco hæc poſuiſſe Galenũ. 25 Cæterum ſi à Galeno dictum eſt, decoctum ex hyſſopo & origano accendere febrem, nõ eo quòd dicat apho. penultimo ſecundi libri, niſi quis arripiat occaſionem propinandi decoctum origani vel tragorim in febre ab humore turgente orta, audere debent in febre ab humoribus vehementer calidis producta, huiuſmodi decocta porrigere. Cæterum contra id quod hac parte dictũ eſt à Galeno, origanum & ſerpillum iuſto eſſe calidiora eſt Alexan. Tralli. qui cap. de dolore capitis in 30 febribus, dixit ſerpillum eſſe frigidum, ſed credo textum eſſe deprauatum. Cæterum iridem ad concoquendos humores ſolebat in potionibus adhibere Gale. vt ex hac parte & aliis locis colligitur, noſtra tamen iris præcipue radix tam potenter purgat, & non ſine moleſtia, quòd niſi in pauciſſima quantitate non liceret ea ad concoquendos humores vti: nec eo quòd ad vitia pectoris iridem commendauerint autores, noſtra iris ad electuarium de iride deberet commendari, fuit antiquis in 35 vſu iris Illirica & Macedonica, quę natura cæli vel ſoli, non vt noſtra iris corpora turbabant.

4. Neq; ſi puer quidem vel ſenex ſit, ſanguinẽ detrahere licet.

¶Quomodo hoc ſit intelligendum, lib. de ſanguinis miſsione diximus.

5. Febricitant autem nonnulli ex ijs quos diarrhoea ex cruditate male habet, quibus vtiq; non minime proritatur febris, ex deturgendi frequentia. 40 de ſurgendi

¶Ex ijs quæ hac parte dicit Galenus, patet grauiter errare medicos, qui diarrhoea captis non conſulunt vt ex lecto non ſurgant.

5. Conſuletur ita laborantibus ſi modo vacuatio amplius non duret, fomento ex oleo & abſintio, expedit autem tingi abſintium, quo minus nidore offendat feruenti aqua. 45

¶Cum

UVA. BHSC. IyR_342

¶Cum in vnguentis frequens sit absintium, non deberent medici præterire quod Gale. hac parte monet, vt scilicet tingatur illud prius aqua, quàm vnguentis misceatur ne suo nidore offendat.

Ibi. Esto autem abunde calens talium quodq; cum primum imponitur, quippe quæ tepida sunt, oia ventriculi firmitudinẽ dissoluut.

¶Si tepida exterius apposita ventriculi robur exoluunt, quid facient intus sumpta? quare grauiter errant, qui syrupos tepidos in affectibus ventriculi propinant.

Ibi. Vbi ex ijs compertum habueris, in quanam totius vẽtris parte nutrimentũ consistat, si in superioribus partibus pendet, aliquid diatrion pipereon dabis, non medicamentosi illius, sed eius quod in opere de sanita. tuenda. ceu & simplicissimum, & ijs qui cruditate laborant aptissimum laudauimus.

¶Miratur Alexander Trallianus. 12. lib. nec ab re videtur mirari, cur in nidorosa cruditate antidoto ex piperibus vsus fuerit Galenus, cum enim hæc cruditas à calore proficiscatur, non videtur medicamento calido esse propulsandam, nam licet simplex sit medicamentum ex piperibus quod hic applicandum dicit Gale. constat ex tribus piperibus, & anisо & tymo, & gingibere, rebus quidem satis calfacere potentibus. Cæterum qui considerat, quòd fumosam cruditatem sæpenumero flatus solent comitari, non mirabitur, quòd electuarium de piperibus Galenus exhibuerit, solent quidem flatus cibarium suspendere, quo euenit, vt minus coquantur: quòd vero hoc nomine diatriõ exhibuerit Gale. ex ijs quę dicit clare colligitur, ait quidem si in superioribus partibus alimentum pendet, aliquid diatrion pipereon dabis: hæc ille: pendet porro alimẽtum ob flatus, ad quos discutiendos exhibet hoc medicamentum. Cæterum si non sunt flatus, non est cur illud exhibeas, & cũ simpliciter de medella fumosæ cruditatis loquitur Gale. illud non exhibet, vt videre est in ijs quæ de cruditate ventriculi. 1. lib. de locis patientibus loquitur, vbi ad ructus acidos exhibet diatrion pipereon, & ad ructus nidorosos hieram pichram.

Ibi. Ac si quis tum diatriton, vel nominet omnes irrident, scholasticumq; appellant.

¶Appellant scholasticum, idest declamatorem rei quę nõ erit, nam qui genus febris habet, de qua Gale. loquitur, ante triduum ab illa explicatur.

7. Ad aliud corporum temperamentum transeamus, quod nihil minus quàm supradictum vitioso est succo, in quo scilicet calidum prę ualet frigido, & humidum sicco.

¶Cum. 6. de sanita. tuen. dixerit, eos qui maxime sunt humidi maxime esse longæuos, mirabitur aliquis, quòd naturam calidam & humidam morbis tam obnoxiam hic dicat, nec videtur verũ, quòd humor qui in temperatura calida & humida abundat, tam prauo sit succo, sicut amara bilis, quæ abundat in natura calida & sicca, ad primum iam diximus lib. 6. de sanita. tuen. quomodo eos qui humido abundant laudauerit Gale. nec dixit eos qui maxime calidi sunt & humidi, sed qui humido abundant, ad secundum dices, quòd sententia Galeni est, quòd temperatura calida & humida ascicere solet humores tam vitiosos, sicut temperatura calida & sicca.

Liber Nonus Methodi medendi.

5. SI virium robur seruatum est, nõ solum sexto, septimoue, sed etiam sequentibus diebus sanguis est mittendus.

¶Alibi iam diximus, Celsum eorũ opinioni subscripsisse, qui post quartum diem venam non secabant.

11. Altera facultas est, quæ non modo vt stirpibus aut vita præditis, sed vt animalibus anima est insita, hæc sedem in corde habet.

¶Secun-

UVA. BHSC. IyR_342

¶Secundum hæc quę hac parte dicit Gale. videtur quod omnibus animalibus sit insita facultas vitalis, quod est contrarium ijs quę dixit. 4. lib. de prælagatione ex pulsibus cap. vltimo, vbi ait, frigidis animalibus non esse facultatem vitalem, dices quod licet verum sit, quod animalia frigida nō habeant vim vitalem, quę pulset contrahendo scilicet, & distendendo, non esse diffitendum id genus animalia habere vim vitalem, ideſt calorem, qui excellentiorem gradum habet, quàm qui solū est ad nutritionem, hic vero calor quo animal perfectiorem vitam habet, quam plantę dicitur vitalis, quo nulla sunt orba animalia.

Ibi. Ex qua refrigeratione, facile ex quauis occasione lęsi, alij decolorati, ac malo corporis habitu vixerūt, alij ex eo ipso in morbos decidērūt exitiales, aquam intercutem, & orthopnoeam, & iocinoris ac ventriculi imbecillitatem, & apoplexiam, & deliria.

¶Cum hac parte loquatur de ægretudinibus, quæ refrigerationis causa eueniunt, mirum videtur, quòd deliria ponat inter morbos hac occasione ortos, deliria quidem potius à caliditate, quàm à frigiditate proficiscuntur, nisi quis dicat, quòd ex frigiditate debilitatum cerebrum cuilibet morborum generi fit obnoxium, sed credo vbi legitur deliria, legendum esse epilepsiam, vel aliam huiusmodi ægritudinē, ab re quidem est, q; ex multa refrigeratione sequatur delirium; nisi velis quòd delirium complectatur amentiam.

12. Ambiens vero ipse eiusmodi est reditus, propter tum regionē ipsam, tum anni tempus, tum cæli statum.

¶Anni tempus, sub cæli statu complectitur, quare recte decimo methodi cap. quinto, ad cæli statū reduxit anni tempus.

Ibi. Hæc itaq; tria illa prima sunt, quæ curationē indicant, nempe ambiens ipse, cum geminis corporis siue affectionibus, siue cōstitutionibus, libitū est appellasse, vna naturali, altera quæ præter naturam sit.

¶Contra hanc Galeni assertionem inuehitur Argenterius, nil quod non curatur curationem indicat, sed aer non curatur ergo non indicat curationem, est alia ratio aer materia medica est, sed materia medica indicatur, ergo non indicat. hę rationes etiam faciunt ad probandum q; affectio naturalis non indicet: sed certe solum probant, quòd nō sint absolutę indicationes curatiuæ, quia si absolutę indicationes curatiuæ essent, solę curationē indicarent, at affectio naturalis, & aer ex se curationē nō indicant eatenus verò dicuntur indicare, quatenns adiunctæ morbo, qui inter omnia est pręcipuum indicans curatiuum, viam monstrāt ad inuenienda remedia curationis, tollat homonimiam Argenterius, & videbit suas rationes nullam vim aduersus Galeni dicta habere.

17. Lapidum substantia constans stabilisq;, propter siccitatem & frigus est, ad eundem modum & ęris, & ferri, & auri, & vno verbo omnium quæ ex terra sunt corporum.

¶Hac in parte, lapides & metalla, quia ex terra sunt facta frigidæ & siccę substantię esse sensit Gal. multi vero ferrum calidę esse substantiæ contendunt, argumento quòd limatura ferri aperit obstructiones, sed id non tā facit ferrum calore, quàm siccitate, & exalperante substantia, quæ visciditati humorū opponitur, quo nomine & auri & argenti limatura idem faciet, mitto quòd vt Gal. dixit nono libro de simpli. medicamen. facul. cap. vigesimoquinto, in metallicis multum immistū est ignęæ substantię, ad quam solum attendens Auerr. dixit ferrum esse calidę temperaturę: an vero à calore vel frigore gignantur metalla, videbis loco citato de simpli. medica. facultatibus.

Ibi. Puerorum substantia omniū facilime digeritur, ac dissipatur, propterea quòd est omnium humidissima, nulla vero frigidior.

¶Improprie videtur dictum nulla esse frigidiorem substātiā puerorum, dicitur enim id de ijs quorum substantia vere frigida est & proprius dicitur & nulla est minus calida.

UVA. BHSC. IyR_342

3. Mox patris euidenti insomnio monitus ad medicinæ studium excolendum venimus.

¶De somnijs multa diximus libro de pręsagijs ex insomnijs, contradictionē tamē quæ apud Arist. inuenitur hic aduertendam ducimus, dicit quidem Aristoteles.4. de natura.animali.cap.10. quòd editis nuper in lucem,& infantibus adhuc nullum penitus cōtrahitur somnium, sed plurimis anno circiter quarto aut quinto ætatis visa incipiunt, cōtra hoc videtur quod dixit.7.de natura.animal. cap.10.vbi dicit, somniare infantes constat, sed sero meminisse, hanc contradictionem ex quadam autoritate Auicennæ in meis quinquagenis dilui,hic enim.4.anima.cap.3. dicit, quòd ante quartū annum recte non somniat infans,iuxta hæc dicemus,prima autoritate voluisse Aristotelem infantibus nullum contrahi somnium perfectum sed obscurum,sed cū ad quartum annum veniunt est illis somnium perspicuum, hocq; indicauit Aristo. cum dixit sero meminisse infantes somniorum,ac si dixisset rarum est quòd infantes reminiscantur somniorum, quare potius vmbra somni quàm somnium illis adest.

Liber Decimus Methodi medendi.

*2 VBi vero cū eiusmodi inuaserunt, qui infortunati sunt, in medicum aliquem incidunt eorum, qui diatriton efferunt.

¶Est fortunati medici, vt ægri à morbis eripiendi suam exposcant opem,est fortuna ti ægri vt illi contingat incidere in medicum sapientem & expertum.

3. Permisimus illi prętorire accessionis horas,ergo cum & sine pulsu omnino in ipsis esset

¶Hac in re minime Galenus est imitandus, qui vt aliorum medicorum errorem ostenderet, in vitę discrimen potuit ægrotantem.

Ibi. Ostendi autem tibi & in ipsa prima accessionis inuasione eiusmodi homines esse nutriendos.

¶Ad quod genus febris hæc de qua Gale. in hac parte loquitur referatur non est facile explicare, nam non ad genus febrium efemerarum,cum vltra primum diem extendantur, neq; est illarum febrium efemerarum,quæ ex sanguinis efferuescentia producuntur, neq; videtur referenda ad genus febrium putridarum,cum ex humorum putredine non sit oborta, quòd vero non sit ex genere febrium hecticarum notius est quàm vt explicari desideret. diximus porro libro de arte curatiua,q; quatenus hæc febris ex accensis vaporibus fit,breuiq; finitur ad diarias optime reduci, quatenus vero huius febris calor mordax est & siccus, corporaq; arida vt plurimum prehendit, quandā similitudinem cum febribus habitualibus videtur habere. Cæterum quòd Aetius aliter loquatur de diarijs plurium dierum ac Galenus, & quòd has quę ex bilis efferuescentia vel aridis vaporibus oboriuntur, de quibus in hac parte agit Galenus, non dicantur Aetio diarię libro de arte curatiua iam manifestauimus.

7. Sin admodum calidus est aer,vel admodum frigidus,pro calido inducendus arte contrarius est subterraneis inuentis domibus, quę & frigidissimæ sint.

¶Hi qui non assueuerunt domibus subterraneis dormire,magnopere solent lędi cum subterraneis dormiunt locis,ex humiditate scilicet quę corporibus ibi comparatur: quare prestat locis sublimibus arte refrigeratis,quę bene possint euentilari dormire,quàm locis subterraneis noxam humiditatem contrahere.

Ibi. Præterea domo assidue aqua quæ prorsus frigida sit aspersa, ac rosis plurimis humi fusis, aut vitium capreolis,aut ruborum summita-

UVA. BHSC. IyR_342

mitatibus, aut lentiſci ramis, aut denicꝫ reliquarum, quæ refrigerẽt ſtir
pium aliquibus.

¶Minime aduertens Muſa, quæ Gale. hac parte monuit, dixit commentario. 4. lib. de ratione victus
lectio. 12. Galeno in hoc non eſſe ſubſcribendum, dicit quidem, cum flores ad aroma attineant, &
omne aroma calfacientis ſit naturæ minime conuenit, flores ad refrigerandum per aerem fundere,
ſed in ijs hallucinatur muſa: primo quia non eſt verum, quòd omnes flores attineant ad aroma, vt
multis partibus iam explicuimus, nec Gale. flores qui calfacere poſſunt, ſed eos ſolum, qui refrige-
rantis naturæ ſunt, per aerem fundere conſuluit.

Ibi. Quòd ſi aceti admodum tenuis ac clari paululum adijcere ve-
lis, vtique magis adhuc tum refrigerans, tum humectans medicamen-
tum efficies.

¶Cum acetum exiccantis ſit naturę, videtur quòd non faciat ad augendam humiditatem medica-
menti, ſed quia adiuuat ad penetrationem medicamenti, quod frigidum & humidum eſt, ideo facit,
quòd medicamentum magis humectet.

10. In ijs vero quæ ex caliditate & ſiccitate febribus hecticis vrgẽ-
tur, ſolidarum partium affectus candenti ferro eſt ſimilis, quo vticꝫ mi-
nus eos in balneis calfeciſſe duntaxat humectaſſeqꝫ contenti eſſe debe-
mus, quippe cum ſic alimentum incrementumqꝫ febri præbuerimus.

¶Contra id quod toto hoc capite Gale. monet, plericꝫ medicorum faciunt, quippe qui, balneis tẽ
pentis vel calentis aquę hectica febre laborantes lauant, nec curant, quòd lauacrum aquę frigidæ
ſubſequatur, porro balnea aquæ tepidę & multo magis aquę calentis effluuium humiditatis nati-
uę facit, quod ob nomen ſi frigidę ſolium non ſequitur, plus offendit, quàm prodeſt. ſed de ijs mul
ta libro de arte curatiua. Cæterum cum dicit ex calfactione & humectatione incrementum febri
prębere non intelligas quòd humiditas præbeat incrementum ex ſe, ſed quatenus humiditas eſt
adiuncta caliditati, facit effluuium, vnde febris ſuſcipit incrementum.

Ibi. In ipſa vero ſolij aqua mediocriter moretur, idꝫ in ſindone ſu
ſtentus nulla infuſione aquæ, cuiuſmodi in alijs vti ſolemus adhibita,
imo nec capiti eius infundi quicquàm velim, cum ſit ſatis id quocꝫ, bis
terue cum toto corpore in aqua mergi, demiſſa mediocriter deorſum
ſindone.

¶Fuchſius in ſua practica cap. de curatione febris hecticæ, ex ijs dicit colligi noxium eſſe aquam in
fundi capiti laborantis febre hectica cum balneum adhibetur, at Galen. non noxium putat, quòd
aqua capiti infundatur, alias nec mergi caput permitteret, voluit tamen, quòd non eſt neceſſum, q
aqua capiti infundatur, de qua re iam libro de arte curatiua.

11. Sane humidum eſſe ac frigidum quod hecticis febribus ſit con
ducturum nemo neſcit, eiuſmodi vero ſunt tum ptiſanę cremor, cũ fri-
gidus ſumitur, tum alica ſimiliter ptiſanę cremori condita, id vero eſt
ex aqua & exiguo porro & anetho, tum ſale oleo & aceto.

¶Frigidum exhibet ptiſanę cremorem timens calorem quem ex ignẽ vel aliunde poteſt contrahe
re, vnde claret quòd iuſcula multum calida non ſunt ex vſu hectica febre laborantibus, an alica ſic
parata humectet, tu conſidera.

Liber Vndecimus Methodi medendi.

UVA. BHSC. IyR_342

4. ERgo oſtenſum eſt vbi morborum cauſas reddidimus, illa tantum putreſcere corpora, quę cum calida humidaq; natura ſint, neq; perflata, neq; ventilata, in calido humidoq; loco maneant.

¶Illa tantum corpora per omnia vaſa æquabiliter putrefieri poſſe, quæ cũ calida humidaq; ſunt, neq; perflata neq; ventilata, in calido humidoq; loco maneant eſt intelligendum, nam quod multa corpora quæ non ſunt calida & humida, nec calido loco poſita putrefieri poſsint, teſtantur fructus carnes & piſces & alia innumera. mirum vero quantum in hoc intelligendo textu aliqui caligauerint, qui ſi aduertiſſent, quòd Gale. ſolum loquitur hac parte de febre ſynocho, cuius cauſam dicit eſſe humorem putridum ęqualiter per omnes partes diſſeminatum, reſipiſcerent. conſtat porro quòd nulli humori quàm ſanguini qui calidus & humidus eſt conuenit, ęqualiter per totũ corpus putrefieri, idq; cum non perflatur neq; ventilatur.

Febrium quas ſynochos vocant genus duo habent cũ diarijs cõmune, nempe quòd ſine putredine ſit abſq; circuitu.

¶Indicare hac parte videtur quòd ſanguis ex ſua natura proprium circuitum non habeat, ſed cũ putrefit bilis ſolet ſeruare circuitus, quare errant qui docent ex ſua natura ſanguinem ſeruare quotidianum circuitum. Cæterum ſi ſanguis qui putredinem non habet circuitum non facit, culpandi ſunt qui docent humores naturales in homine quanuis ſano proprios motus habere, dicunt quidẽ pituitam moueri à media nocte vſq; ad horam ſextam, ſanguinẽ ab hora ſexta vſq; ad meridiem, bilem ſex ſequentibus horis, & etiam bilem in ſex horis quę has ſequuntur, eſt hoc figmentum, neq; rationi neq; autorum grauium dictis conſonum, nec me latet huius dicti Soranum multos fecille autorem.

8. Itaq; quoniam tranſpirationis prohibitio putredinis occaſio fuit, hanc autem ſummouere oportet, at ea cum varijs generibus eſt orta, & denſatis exiguis meatibus, & conſtrictis corporibus, & humoribus tum abundantia, tum craſsitudine, tum lentitia ſua obſtruentibus, ſingulæ harum affectionum per contraria curandæ ſunt.

¶Ex ijs quę hac parte dicit Gale. patet, non illum ſenſiſſe, ſemper eſſe neceſſariam obſtructionem ad generationem putredinis quę febrem producit. dicit enim ſępe tranſpirationes prohiberi, denſatis exiguis meatibus, & conſtrictis corporibus, quare quod dicit in principio decimi capitis huius libri, quòd perſpirationem impeditam obſtructio facit, exempli nomine poſitum intellige. ſic vero intellige, perſpirationem prohiberi, quòd humor ſua multitudine vel lentitia vel craſsitie ſic calorem natiuum qui omnes humores gubernat perſpirari prohibet, quòd alienus calor qui facit putredinem, dominetur: quicquid enim calori natiuo obſtat quominus benefico aeris maneat expurgatus, dicitur perſpirationem prohiberi, ſit exemplum, ſit multus vel prauus cibus vel craſſus vel lentus humor in ventriculo, qui calorem natiuum debilitat, vetãt hęc vt calor recte euentiletur, quo non euentilato non fiunt debitę tranſpirationes, hoc de nomine dominatur calor alienus putredinem in illo humore inducens. Cæterum citra hoc quòd ſit obſtructio videtur quòd denſatis vel ſtipatis ventriculi membranis, poſsint tranſpirationes prohiberi, quibus impeditis poterit alienus calor humores qui ſunt in ventriculo afficere, indeq; putredo excitari, quandiu enim calor animantiũ recte euentilatus humores poteſt gubernare, poſſuntq; debitæ tranſpirationes fieri, putredo non inducitur, mortuo vero animali, quia calor gubernans non remanet, vel ſi quis remanet languidus eſt, ſpiramina obſtruuntur, non fiunt debitę tranſpirationes, quare breui alienus calor qui putredinem facit dominatur, ex dictis patet, quãtum aberrent, qui ſuis ſcriptis aſſeuerãt, eſſe ſententiam Galeni quòd in omnibus febribus quæ ex putredine naſcuntur, ſit obſtructio. nec debes intelligere, quòd ſolis dictis cauſis, perſpiratio prohibeatur, nã ſi aer qui attrahitur eſt vehementer calidus, vel mala qualitate infectus nõ fiet debita perſpiratio, poteſtq; perſpiratio impediri, & eſſe alia quę putredini obſtant, vnde fiet, q; pſpiratio prohibeatur & nõ ſequatur putredo.

Oſten-

UVA. BHSC. IyR_342

10. Ostensum enim in prioribus libris est, si ijs auxilijs quæ obstructiones eximant, non vacuata prius abundantia vti velimus, fore vt non modo nihil proficiamus, sed etiam affectum maiorem reddamus.

¶Vt conueniens est ante exhibitionem deobstruentium medicamentorum plenitudinem (si quę est) vacuare, sic sępenumero antequàm deobstruentia exhibeantur, conuenit humores qui in ventriculo & primis venis sunt purgare, nam antequàm hi purgentur, medicamenta quæ vim aperiendi habent, solent obstructiones augere: nimirum deducendo ad hepar, & ad vlteriores venas humorum illorum colluuiem, quòd si ante horum humorum purgationem, vis obstructiones aperire, exhibebis ea quæ leuem vim aperiendi habent.

13. Quòd si corpus quartumdecimum annum excesserit, ęstimandum est qualis nam eius natura sit, num gracilis, & spissa, & dura, & copiosi sanguinis, an contra, atq; ita in priori missionem sanguinis adhibebis, in secunda nequaquàm.

¶De febre synocho loquitur Gale. in qua pueris vsq; ad decimumquartum annum prorsus interdicit sanguinis missione, & qui decimumquartum annum excesserunt, à sanguinis missione dicit abstinendos, si non fuerint copiosi sanguinis: abstinendos etiam dicit eos qui fuerint alba & laxa & molli cute. sed cum hi possint habere virium robur, quod ad missionem sanguinis sufficiat, eius consilium (quod libro de sanguinis missione prędscripsit) sectantes, sanguinem mittere non recusabimus. Cæterum cum. 9. lib. huius operis cap. 2. dicat synochum nec in gracilibus corporibus, vel qui raro sunt corporis habitu, sed in ijs qui temperamento sunt calido & habitu carnoso & multo sanguine affluente & denso corpore accidere, mirum quòd hoc loco & habitum gracilem & laxum posse synochum inuadere insinuet. de synocho non putrida illa parte fuit locutus, sed nõ abre miraberis, si de synocho putrida hac parte loquitur, quòd in ijs qui triginta annos sunt nacti, si fuerint laxa cute, & fuerit anni tempus calidum, & ęli status calidus, sanguinem mittere vetet: nõ timebat in aliquibus vsque ad animi deliquium sanguinem mittere, & in alijs plus ęquo videtur formidolosus: nam licet in ijs qui cute sunt laxa, & tempore calido, non tanta cõpia sanguinis sit mittendus, ac in ijs qui duriori sunt habitu, non tamen videtur illos prorsus à sanguinis missione esse abstinendos: alias fere omnes mulieres sanguinis missione essent interdicendę.

12. Nec Aristotelem ipsum suam ipsius legẽ in nominibus seruasse, quo loco principia, quæ natura reguntur, materiam speciem & priuationem statuit.

¶Quòd contrarietas solum qualitatis propria sit dixit Arist. in prædicamentis, sed primo physicorum vt dicit Gale. contrarietatem posuit inter priuationem & materiam, apertiusq; quinto metaphisicæ cap. 10. inter substantias posuit contrarietatem, sed sue contrarietatis nomine fuit vsus.

15. Sed cum ars ipsa tota sit magna non leuissima eius pars est sciẽtia ordinandi victus, quæ certe vtiq; ex ijs maxime remedijs constituitur, cibo, potione, perfusione, cataplasmatis, clysteribus.

¶Ad scientiam ordinandi victus refert perfusionem, cataplasmata, & clysteres, more quidem quorundam medicorum, qui vt in hac parte dicit, cum sanguinis missionem in principio solum adhibebant, reliquam omnem ęgri curationem victui mandabant.

Ibi. Saluberrimum autem vt prædiximus est, in febribus venam incidere non continuis modo, verumetiam alijs omnibus, quas putrescens humor concitat, vbi præsertim nec ætas, nec vires prohibent.

¶Febris ex putredine orta ex se si alia non reluctantur sanguinis missionem desiderat, missione si quidem sanguinis euentilatur calor natiuus, quo fit vt inhibeatur putredo, quòd si vires valentes sunt indicatur humores non multum alienos esse à sanguinis natura: sint hæc vteunq; dicta, nã ego credo textum hunc esse deprauatum, legendumq; esse non in febribus continuis, sed in febribus

UVA. BHSC. IyR_342

continentibus,in ſynochis ſcilicet ſine putredine, quæ ſolum continentes illi appellantur, vt colligitur ex ijs quæ dicit hoc lib.cap.1.eſt ergo ſenſus. ſaluberrimum eſt in febribus non ſolum proprie continentibus dictis, quę pendent ex ſanguine feruefcente, de quibus ſermonem egimus,verumetiam in alijs omnibus continentibus quarum ſcilicet putridus humor,ſanguis ſcilicet eſt cauſa,quas etiam eſt mos ſynochos vocare,venam incidere: ex ijs enim quæ præcedunt & ſequuntur id videtur colligi,in febribus continentibus dixerat ſupra ſanguinem eſſe mittendum, hoc capite dixerat diuites commiſi malis medicis magis periclitari, quod accidit cum diuites continentibus febribus capiuntur,ſed quid plura de febribus ſynochis toto hoc ſermone tractat,& non de alijs, ratio quam promit ſolum febribus continentibus videtur conuenire,eſt quidem ratio,leuata nāq; quæ noſtrum regit natura corpus, exoneratāq; eo quo veluti ſarcina præmitur haud ægre quod reliquum eſt vincet.porro nō in omnibus febribus ab humore putrido ortis,eſt veluti ſarcina ſanguis, quare non eſt cur is ſemper vacuetur, ponit aliam rationem quę ſolum videtur facere pro febribus ſynochis,ratio ſic habet,eorum quæ in medio ſunt corpore,vt ita vocant prouidētia,vbi detractus ſanguis non eſt,maximum plane eſt malum,vbi detractus eſt, non maximum,quāquàm ſic quoq; noxia in febribus ſynochis poteſt: vult quidem hac parte ſi prouidentia eorum humorum qui ſunt in medio corpore, quæ fit ſecundum quoſdam medicos laxantibus medicamentis,nō facta ſanguinis miſsione eſt noxia,noxia erit in febre ſynocho, quippe attrahendo illa laxantia medicamenta humores ad viſcera alioquì deuſta magis vrent, ſubdit ſed hæc prouidentia,quæ fit medicamentis laxantibus minime eſt vtilis in ſynochis febribus,nam illi ſolum ęgroti illam prouidentiam tantum requirent,quibus in vna particula putredo conſiſtit,nam nec facta ſanguinis miſſione decet in ſynochis relaxantibus medicamentis vti,hucuſq; ille: ſufficerent hæc ad indicandū Galenum de ſolis ſynochis febribus hac parte loqui,ſed vt res magis dilucidetur, ex alijs locis rē volo magis corroborare.porro quòd non in omnibus febribus quæ ex putredine humorum proficiſcuntur (etiam ſi vires validę fuerint) voluerit ſanguinem extrahere,colligitur ex ijs quę docet primo libro ad Glauconem,vbi neq; in tertiana neq; in quotidiana ſanguinem mittit,neq; in quartana,niſi ſanguis vehementer ſuperabundet,neq; in continuis,niſi morbus ſit magnus,& in ijs quibus robur multo pluſquàm naturæ conueniat,& maior quàm pro conſuetudine tumor, & venæ eminentes,atq; extenſæ:in quibus exprimere videtur,febrem ſynochum quam vt hac parte quam exponimus ſub febre continua fuit complexus. Cæterum vt cautiorem medicum faceret, dixit in febribus continentibus (ſi vires valent) ſanguinem eſſe mittendum.ſemper quidem vires valere ſolent,in ijs qui febre ſynocho laborant,vt dixit decimoquarto capite huius libri,poteſt tamen medicus ad febre ſynocho correptum inedia vel alia cauſa ſic debilitatum accedere, quòd iure merito ſanguinem fundere non audebit,hæc certe vera fuit ſententia Galeni, quam neminem hucuſq; expreſſiſſe vidi.

Quæ vero reprimentia dicūtur,quæ adſtringēdi certe vim obtinēt.

¶Contrarium viſus eſt ſentire.14.metho.cap.17.vbi dixit:ac repellunt quidem non ſolum ea quę adſtringunt,ſed etiam quæ ſine adſtrictione refrigerant, ibi quæſtionem diluimus, & diximus melius quadrare,quòd hic legatur quæ reprimentia dicuntur, ſi adſtringendi vim obtinent.

16. Cum enim in omni abſintio duplex qualitas & facultas ſit,velutiin libris de medicamentis eſt traditum,vtiq; in pontico adſtringēdi facultas non parua eſt,in reliquis omnibus amara quidem qualitas vehementiſsima,adſtrictio vero quam ſaltem guſtu agnoſcas, aut plane obſcura,aut prorſus nulla ſentitur.

¶Si in noſtro abſintio qualitas adſtringendi eſt parua,non eſt cur ad viſcera roboranda illi multum fidamus,quòd ſi corroborare volumus,illud bis decoquere præſtat, vt primo decocto partis amarę multum ammittatur,& pars adſtringens ſit minus obſcura.

18. Eadem ratione, nec in cerebri & eius membranis phlegmonis cucurbitulis in morbi initio vtemur,verum vbi nec influit adhuc quicquàm

UVA. BHSC. IyR_342

quam & totum corpus prius est vacuatum.

¶Ex ijs quę hac parte dicit Galenus discere possumus,in inclinatione phrenitidis,& lethargi,vtile esse admouere cucurbitulas capiti.

19. Ad ventriculum vero, iecur & lienem,si quando phlegmone sunt vexata,nec mulsa ipsa est vtilis, quoniam illico in bilem transeat, ac viscerum phlegmonas augeat,excrementa vero vt cum vrinis excernantur,ijs medicamentis quæ vrinas mouent,promouebis.

¶Excrementa lienis dicit hac parte,per vrinas esse promouenda: tredecimo vero metho.cap.17. nullam esse viam ex splene ad renes scripsit, dilues contradictionem,quod hac parte quam exponimus,non dicit quod excrementa splenis promoueantur per vrinas, sed quod excrementa quæ per vrinas possunt promoueri cuiusmodi sunt excrementa ventriculi & iocinoris, per vrinas promoueantur.quomodo vero sit intelligendus textus cap.2.lib.2,ad Glauconem,vbi excremēta splenis per vrinas esse expurganda videtur indicare, ibi exponemus.

20. Quòd si præterquàm quòd nulla princeps pars imbecilla sit, etiam inferioris notę partium aliqua sit inualida, veluti podagricis pedes maxima salutis pars ægro ex balneo comparabitur, ipsis infirmis partibus quæ superuacua sunt excipientibus.

¶Podagricos vocat, non solum qui dolore vexantur, sed etiam illos qui huic malo sunt obnoxij, ex ijs vero quæ dicit liquido patet, quàm grauiter errent illi, qui in ijs qui cum febricitant dolor articularis oboritur,medicamentis repulsorijs illum propulsare curant,ad salutem quidem febrientis conuenit,ad articulos humores acersere.

Duodecimus liber Methodi medendi.

1. MEdicus sibiipsi venam nocte incidit, itaq; dolor illi protinus conquieuit. Cæterum longo tempore tum decolor, tum viribus imbecillis, tum exilis mansit, alique corpus eius desijt.

¶Affatim debuit sanguinem ducere medicus ille,alias in tantum discrimen non ille venisset,si quidem non erant illi vires imbecilles.

3. Nulli talium sanguis mitti sine maximo dispendio solet,cum tamen vacuationem desiderat, verum nec sanguinis missionem,nec purgationem sustinent,sane nullam aliam his idoneam vacuationem inueni,præter eam quæ ex frictione paratur.

¶De ijs qui magna humorum crudorum copia præmente febricitant,loquitur Gale.Alexander vero Trallianus.12.lib. & ijs qui ex humorum crudorum copia in syncopem incidunt audet venam secare, exemplum ponit de lignis viridibus,quę ignem extingunt,& subinde admotis,ignis illucet. Cæterum cum per frictionem partim submoueatur humoris crudi copia,& periculum non timeatur,quod ex missione sanguinis timeri potest,satius est in ijs,decreto Galeni subscribere,nisi humores non sint adeo crudi,quòd venę sectionem admittant.

Si vero medicanti tibi tres primos dies vt dictum est, nihil occurrat incommodum, ijsdem ipsis veteris vsque ad septimū,aqua duntaxat mulsa in qua coctus hyssopus sit contentus.

¶Demiratur.12.lib.Trallianus Galenum, qui frictiones immoderatas, & tantam inediam imperet

UVA. BHSC. IyR_342

ijs qui magna humorum crudorum copia offendente febricitant, neminem dicit inueniri posse, qui inediam & tantam frictionem simul ferat, sed cum qui tantam humorem crudorum copiam habent, maxime cibi abstinentiam ferant, nō sic debuisset mirari Trallianus, maxime quòd nō semper illud faciendū dicit Gal. sed qñ nullū incōmodum occurrere vel occursurū ipse coniectaueris.

Quippe somnus concoquit, vigiliæ digerunt.

¶Concoquit somnus, vigiliæ digerunt, hæc quidem resoluunt, & distribuunt. non enim hic digeri concoqui significat. Cæterum Plinius. 11. lib. cap. 53. peruigilio cibos præcipue dixit vinci, qui si per vinci intellexit quod præcipue coquuntur, illi nō est assentiēdum, sed forsan nihil aliud, quàm id quod Gale. hac parte dixit voluit, quòd vigilia scilicet digerat & resoluat.

4. Diligenda vero eorum sunt media, quæq;, vt prædictum est flaua sint, & calida, neq; enim inuenies ex albo vinorū genere calidū vllū.

¶Legendum est neq; enim inuenies ex albo vinorum genere vehementer calidum vllum, hoc eñ concinuit præcedentibus, & ijs quæ dixit. 3. lib. de ratione victus commen. 6. vbi ait nempe ex vinis albis nullum calfacere valenter potest.

Ibi. Quotquot autem in ipsis calidissima sunt, omnia certe flaua sunt, cuiusmodi in Italia est cæcubum.

¶Cæcubum vinum à loco dicitur Plinio, vt colligitur ex ijs quæ dicit. 14. lib. cap. 6. cui fuit adstipulatus Strabo. 5. lib. geographiæ. Gale. vero non vocat cæcubum à loco, quod enim vetustum est vocat cæcubum, sed non omne vinum vetus, sed album quod inueterauit, quale est amineum, & bythinum dicit à Romanis vocari cæcubum. hæc colliguntur ex ijs quæ hac parte dicit, & multo clarius ex iis quę dixit libro de euchimia, quæ si aduertisset Ianus Cornarius non dixisset. 6. lib. de medicamentis localibus cap. 4. omne vinum vetus à longa cubitione dici Gale. cęcubum. illud vero non abre hic annotandum venit, quòd inter fundanum & cæcubum vinum, non facit discrimen Vitruuius, 8. lib. architecturæ. cum Strabo lib. 5. & Martialis in distichis discrimen faciant, forsan illud fecit Vitruuius, quia agro cæcubo adiacet vrbs fundi in apia via, vide Guliellmum philandrū, in Vitruuium.

5. Ergo animalis spiritus cerebrum veluti fontem esse clare ostendimus, qui partim ex inspirando, partim ex eo quòd reticularis plexus supeditat, irrigatur, atq; alitur, vitalis spiritus non æque euidens demōstratio erit, sed tamen in corde eum, & arterijs contineri, existimare alienum à ratione non est, quòd si naturalis spiritus est, vtiq; is in iocinore & venis continebitur.

¶Ostendisse clare dicit Galen. spiritum animalem esse in cerebro, at Argenterius libro de somno minime hoc posse ostendi credit, dicit quidem, irradiatione quadam vim animalem à cerebro mēbris quę sensum & motum habent communicari, sed si per irradiationem totum hoc opus fieret, non est cur nerui obtici cauitatem haberent, quando licet nerui caui non essent, possent irradiari, adde quòd superuacaneus esset plexus retiformis, si nulli spiritus ibi essent præparandi, facit etiam fidem, quòd spiritus animales sint, id quod videmus in cauda animalis & alijs partibus, quę dissecantur, quæ per aliquod tempus mouentur ratione spirituum quos habent, si vero sola esset irradiatio, nec tantillo tempore mouerentur, separata candela quæ irradiat prorsus deest irradiatio. Cæterum vitalis spiritus non eque euidenter demonstrari rationem, ac animalis dicit Gale. sed spiritum vitalem non posse negari, dicit Argenterius, qui tamen quando vult vera dogmata refutare, posset & negare esse spiritum vitalem, diceret quidem à corde mutuari vim pulsatilem arterijs, & hac vi cor & arterias moueri, spiritum vero nulli membro à corde communicari, sed sanguinem calidissimum, quòd si quis dicit si non esset spiritus vitalis non esset necesse arterias esse cauas, dicam non eo vt sint conceptacula spirituum cauitatem habere, sed vt per eas transeat aer qui debet calidum cordis euentilare, & vt contineant etiam sanguinem arterialem, nec obstat quòd affectus animi breui mutant vultum, breuiq; mutant vires, nam citra hoc quòd ponamus vitales spiritus,

causas

UVA. BHSC. IyR_342

cauſas poterimus aſsignare, nam nemo vertit in dubium, quòd iuxta affectus animi ſanguis moueatur, cum igitur quis iraſcitur ebullit ſanguis in corde, cuius efferueſcentia, & vſq; ad extimas partes manifeſtatur, cum vero homo timet, friget ſanguis cordis, hęcq; frigiditas & in extimis partibus patet, tandem prout cor afficitur, ſic cæterę partes afficiuntur, vnde citra hoc quòd ſpiritus vitales ponamus, horum affectuum cauſę ſatis patent. & certe ſi quis attente conſiderat, videbit iure merito dixiſſe Galenum, quòd euidentius poteſt probari, eſſe ſpiritum animalem, quàm vitalem. dicit vltimo Galenus, quòd ſi ſpiritus naturalis eſt in hepate & venis continetur, quibus verbis nõ negat, quòd ſit ſpiritus naturalis, licet nec illud aſſerat, vt tamẽ calumnijs Argenterij ſatisfacias, non tandum tibi eſt, quòd per ſpiritum naturalem aliquando ſumit Gale. calidum natiuum, quomodo dixit. 6. vulga. ſectio. 5. commen. 5. humidiorem eſſe ſpiritum naturę, ſicciorem eſſe ſpiritum animæ. ſumendo vero ſpiritum naturalem hoc modo, nunquàm reuocauit in dubium Gale. quòd ſit ſpiritus naturalis. Cæterum dicens Gale. libro an ſanguis in arterijs contineatur, quod momento temporis, vis quædam ex cerebro ad digitum tranſmittitur, & momento temporis vis quędam ex corde ad arteriam pedis, & quòd hoc non videatur fieri corporibus, quia celeritas mouendi facultatibus conuenit, & corporibus eadẽ aduerſatur, neceſsitatem omnium ſpirituum videtur tollere.

Ibi. Sunt porro affectus animi, timor ſubitus, & vehemens, præterea quæ contraria huic timori eſt voluptas maxima, quaſi exceſſum gaudij dixeris, ſcimus enim amborum occaſione periſſe quoſdam.

¶Fuſe ſumit hic nomen gaudij Galen. nam proprio ſignificatu gaudium ſolum ex opinione boni honeſti producitur, vt dicit Plato in protagora, quòd ſi ſolum ex opinione boni honeſti producitur, claret ad voluptatem nõ attinere, quod etiam colligitur ex ijs quæ dicit Seneca epiſtola. 60. Cæterum nec voluptas proprie eſt contraria timori, potius quidem audacia eſt contraria, ſed qua tenus timori eſt adiuncta triſtitia, eatenus dicitur voluptas timori contraria, vbi vero dicit occaſione timoris vehemẽtis & gaudij exceſſu periſſe aliquos ſubito, intellige, nam quòd triſtitia & ira, & anxietas, & cura ad modum quo vigiliæ nocent poſsint offendere parum infra dicit, vt enim vigilię poſſunt corpus tabefacere, indeq; mors ſequi, ita triſtitia & ira, & anxietas poterunt corpus reſoluere, ſed id non fit ſubito, ſed paulatim vt infra dicemus.

Ibi. Triſtitia vero, & anxietas, & ira, & cura, eo genera ſunt noxię, quo frequentes vigiliæ, quoniam vires reſoluunt.

¶Si quæ ſuperiori ſcholio diximus annotas, videbis hæc non contradicere ijs quę dixit. 2. lib. de ſympto. cauſis, vbi ex ira neminem interiſſe dicit, ex eo enim quòd ex ira aliquam noxam quis ſuſcipiat, non ſequitur ex ira aliquos ſubito periſſe, nec ex triſtitia ſubito periſſe aliquos dicit, nec qui dicunt Homerum ex triſtitia periſſe ſubito id fuiſſe factum ſcribunt, legi etiam apud Iuſtinum philoſophum in admonitione ad gentes, ex triſtitia obiiſſe Ariſtotelem, ſed non inſinuat, quòd ſubito ſic perierit. Quia de ira hic facimus mentionem, annotandum hic eſt, quod. 2. epidemi. annotandum diximus, & in aduertenter eſt omiſſum, quod diſcrimen eſt inter iram & iracundiam, iracundia eſt procliuitas in iram, ira eſt ipſe actus iraſcendi, de qua re diximus. 2. lib. de ſanita. tuend. Cæterum qui demiſſo deiectoq; ſunt animo, vt ſunt hi qui frigido ſunt temperamento & plurima ex parte mulieres facile irritantur, quare hæ ſunt magis iracundæ quàm viri vt libro de cohibenda iracundia dicit Plutarchus: quare dictum eſt à Galeno. 2. epidemi. iracundos eſſe frigido temperamento, nam qui virili & generoſo eſt animo difficile irritatur, difficileq; propenditur in iram. ſolet tamen nonnunquàm iracundum pro irato ſumere Gal. quo nomine dixit. 2. lib. de temperamentis, & libro quod animi mores iracundos calido eſſe temperamento.

Ibi. Ac in ijs quidem omnibus, ipſa per ſe ipſam mouetur anima, in corporalibus autem actionibus ipſa corpus mouet.

¶Quæſtio eſt inter Platonem & Ariſtotelem, an anima per ſe ipſam moueatur, de qua re vide Macrobium lib. 2. de ſomno ſcipionis cap. 14. porro licet fateamur, quòd poſsit anima per ſe ipſam moueri, non eſt concedendum, quòd in ijs affectibus quos Galenus numerat, per ſe ipſam moueatur, mouet quidem ipſa corpus, & quodammodo mouetur à corpore, mouet quidem corpus afficiendo

UVA. BHSC. IyR_342

ciendo corpus, prout illa est affecta, & ipsa anima afficitur à corpore, siquidem animi affectus solent sequi humorum temperaturam, sed quatenus anima cum sic afficitur, nõ intendit corpus mouere, dicitur moueri per se ipsam.

Ibi. Cuiusmodi est ventriculi os, quod propter exquisitũ sensum, tum alia sympthomata non pauca, tum vero syncopim accersit.

¶Mirantur aliqui, quomodo ex læsione ventriculi facilius oriatur syncopis, quàm ex læsione aliarum partium, quę maiorem consensum cum corde habent, quibus ijs quę ex Galeno annotauimus potes satisfacere, eo quidem, quòd maiori sensu viget ventriculi ostium, quàm reliquę partes, ideo cum vehementer dolet, omnes facultates animalis prostat, indeq; potest syncopis excitari, quòd si tantum doleret pulmo, ac ventriculi ostium, breuius syncopem ille quàm hoc accerseret.

7. Videntur enim corpora, non solum cum in non naturalem habitum confertim agantur, tristem mutationem sentire, sed etiam in ipso ad naturalem statum suũ reditu, nisi enim paulatim accipiãt cruciari.

¶Quòd hęc non contradicant ijs quę dixit. 1. lib. de sympthomatum causis, vbi dicit, quòd ad suã naturam vniuersim & celeriter redit esse iocundum, libro citato satis late contra multos dicta Galeni non intelligentes, declarauimus.

Ibi. Illud vero inquirere, an ipsum quod vehementer calfacit, aut refrigerat, diuisionem aliquam continui efficiat, longiore fortasse disputatione eget.

¶Quòd non sit Galeno dissentaneum, quòd non fiat dolor sine solutione continui, lib. 1. de medicamentis localibus, & alijs locis declarauimus.

8. Est enim profecto allium ex eorum ciborum genere, qui & flatum discutiant, & minime sitim inferant, sunt qui parum id experti existiment, maiorem quàm cepas sitim excitare, sed plane errore, cum nõ modo non maiorem quàm cepæ, sed nec omnino sitim faciat.

¶Putant multi Galenum hac parte voluisse, allium sitim non facere, sed qui Galenum attente legerit, longe aliud voluisse illum intelliget, nil quidem ille aliud voluit, quàm quòd allium ex cibis sit, qui flatum discutiunt, & minime sitim inferunt, omnes quidem cibi qui flatus discutiunt, quia à calore & siccitate id faciunt, sitim solent inferre, sunt qui magis, sunt qui minus id faciunt, est vero allium ex ijs cibis qui flatus valenter discutere valent, & non tantam sitim inferunt vt alij cibi, qui sic flatus discutiunt gignere solent: hoc dicit in hac parte, in illa vero parte qua ait, sed nec omnino sitim facit, non vult quòd allium nullo modo sitim faciat, sed quod non omnino ideſt non ex tota sui parte facit sitim, vt facit cepa. omnia hæc si Ioannes Ruellius aduertisset, non scripsisset suo libro de natura stirpium cap. de allio. Galeno proprium allij sitim mitigare, Dioscoridi gignere. Cæterum contra Dioscoridem nil hac parte dixit Gale. sed contra eos qui dicebant allium esse magis siticulosum quàm cepa. quomodo vero possit excusari Dioscorides, qui dixit allium facere inflationes. 4. lib. de ratione victus dicemus.

Ibi. Nam conuulsio vel ex repletione neruosarum partium incidit, qua ratione eos quos magna phlegmone prẽmit oboritur, vel ex mordente & tenui humore, qui neruosa corpora rodat, vel ex ingenti frigore, quod tale quippiam, quale gelu efficit, atque tres conuulsiones subinde percurantur.

¶Non videntur hæc cõuenire cũ ijs quæ dicit. 8. lib. de medicamentis secundum locos, vbi ait, in conuulsione tertiam aliquam causam supra euacuationem & repletionem nondum reperi, singulum etiam sine ijs fieri video acribus humoribus, aut serosis & medicatis stomachum mordẽtibus, hucusq; ille: hac vero parte supra repletionem & vacuationem alias causas reperit, humores scilicet

UVA. BHSC. IyR_342

licet mordaces,& frigiditatem,pro hac contradictione diluenda dicemus,hac parte quam exponi mus ſub conuulſione fuiſſe complexum Galenum motum conuulſiuum,loquitur etiam de cõuulſione quæ primo genium eſt malum,& de ea quæ fit conſortij lege:parte vero de localibus ſolum de conuulſione quæ primo genia eſt affectio.Cæterum eam conuulſionem quæ fit à partium neruolarum frigiditate,Philothæus.5.lib.apho.apho.17.ad eam quæ ex inanitione fit reducit,ſi contingat dicit corpus eſſe ſiccum,& carere ſuperfluitatibus, quod ſi corpus ſuperfluitatibus abundat,non ab re ad eam quę fit ex repletione reducemus:frigiditas quidem intromittit ſuperfluitates in partium neruolarũ meditullio,ab ijs vero ſuperfluitatibus partes neruoſæ repletę cõuelluntur.

Decimuſtertius liber Methodi medendi.

5. COgimur ergo alias ſanguinem mittere,idq; aut vena inciſa aut membris ijs quæ læſa non ſunt ſcarificatis,manu laborante ſcarificabis crura,altero crurum male habente reliquum.

¶Hac in parte ſolum intendit Galenus reuellere, quare per partem longinquam ſanguinem mittit.Cęterum in inflammationibus internis vt ex ijs quæ infra dicit eſt perſpicuum,non ſolum reuulſio,ſed etiam euacuatio inter initia eſt adhibenda,quare non per partes quæ tantum diſtent,ſanguinem mittendum dicit:eſt vero hic aliquid in quo multi hærent, quomodo manu laborante crura dicit ſcarificanda. ſi porro manus dextra laborat & ſcarificatur crus ſiniſtrum,non ſeruatur rectitudo,nec ſeruatur etiam cum patiente crure dextro ſcarificatur reliquum:ad hæc dices,quòd verũ eſt,quòd laborante manu dextra non ſeruatur rectitudo, cum ſcarificatur crus ſiniſtrum, cruris quidem ſiniſtri ad manum dextram non eſt rectitudo, quatenus vero vacuatus ſanguis ex crure ſiniſtro iuuat ad demendam plenitudinem,eatenus iuuat ad inflammationem manus:ex brachio quidem dextro melius reuellitur ſecto crure dextro, & ad ſolum reuellendum ex dicto brachio,crus dextrum eſſet ſcarificandum,ſed vltra hoc intenditur totius corporis plenitudinem minuere, cuius quidem ratione etiam iuuat ſcarificare alterum crus:laborante vero vno crure reliquum ſcarificatur,minuitur ſic plenitudo.Cæterum quia conſiderat medicus, quòd quando crus ſic laborat, quòd ſanguis præcipua copia eſt in vena ex qua venę crurum oriuntur, ob id optime reuulſionẽ & ſanguinis parati fluere euacuationem fieri putat, ſi ex vena alterius cruris ſanguinem ducit, nã ex dicta vena propter conſortium quod habet cum vena illa communi à qua venę crurum oriuntur,melius fiet vacuatio.porro tunc non molitur medicus ſanguinem ex parte inflammata educere,ſed ex parte ex qua ſanguis ad partem inflammatam defluit. porro cum parte à qua ſanguis defluit rectitudinem habet vena alterius pedis, quando vero volumus ſanguinem educere ex pede in flammato,venam quæ cum hac parte rectitudinem habeat ſecamus, aperimus quidem venã eiuſdẽ cruris inclinata iam inflammatione,vel partem ſcarificamus, quòd ſi in pleuritide non intenderemus niſi reuulſionem,non ab re ex vena cubiti oppoſiti ſanguinem educeremus. hæc quidem vena rectitudinem habet cum vena caua à qua reuellere poſſemus, non tamen habet rectitudinẽ cũ venis quæ ſunt in pleura.porro cum non ſolum reuellere ex vena caua,ſed euacuare etiã ex pleura affecta in pleuritide ſit animus,venam eiuſdem lateris,quæ cum ipſa pleura rectitudinem habet, quærimus,ſed de ijs iam alibi plura.

Ibi. Thus enim puris tantum mouendi facultatem obtinet,vtpote nullam adſtringendi vim habens.

¶Lib.8.de ſimpli.medica.faculta.cap. de thure, aliquam adſtrictionem habere thus dixit,ſed tam puſilla hæc vis adſtringendi eſt,quòd eius hac parte non facit mentionem.Cæterum cum thus nõ adſtringat,vel parum adſtringat,mirandum eſt quòd ad adſtringendum tam frequens ſit apud medicos thuris vſus.

Alterum

UVA. BHSC. IyR_342

6. Alterum auxiliorum genus est eorum, quæ qualitatem per cõtraria alterant, scilicet exhibentibus nobis, si vehementem calorẽ æger vel in ipso demorso loco, vel in toto corpore sẽtiat refrigerãtia auxilia.

¶Non ab re mirabitur aliquis, quòd in loco morso ab animali venenoso medicamenta frigida ad mouere Galen. præceperit, videtur quidem maiorem noxam exhibitura venenum intromittendo, quàm vtilitatem calorem vehementem extinguendo, at tantus potest esse æstus, quòd cogit medicum (ne membrum inflammetur) illud refrigerare. maxime quòd cum venenum tam calorificum est, rebus frigidis eius vis linitur, vel extinguitur, vnde magnum leuamen sentit æger, non tamẽ reperi apud alios autores, quòd id genus remedij vsurpauerint, nam vehementer calet membrum in morsu Dipsadis, nec Dioscorides tamen, nec Aetius, nec Paulus medicamẽtum frigidum applicare docuerunt: & credo quidem præstare ne demorso loco frigida apponantur, sed circa partem demorsam, ne calor vltra progrediatur, in ictu porro tunc applicentur calida.

11. Ergo pariter tum reuellendus, tũ educendus qui ad iecur fluit sanguis ex interna in dextro cubito secta vena, propterea quòd & è directo & ampla via cum vena quæ caua dicitur societatem habet.

¶Clarior esset sensus si sic litera haberet, propterea quòd & è directo & ampla via per venã quæ caua dicitur societatem habet cum iecore scilicet, nam si eo quòd vena dextri cubiti societatẽ habet cum vena caua, vtilis est sanguinis missio ex cubito dextro, eadẽ ratione vtilis esset ex axillari cubiti sinistri, quando hæc vena etiam societatem habet cum vena caua, & è directo illi respondet, non tamen è directo respondet hepati, quantum vero & quod ob nomen directio valeat libro de sanguinis missione, & alibi declarauimus.

Ibi. Siquidem ex ijs quibus oculi tentari phlegmone ceperãt, nõnullos sola purgatione per aluum, vno die sanatos vidisti.

¶Inter initia dedit pharmacum humore non turgente, non enim semper est expectanda humorũ concoctio, quando enim maior vtilitas speratur ex breui purgatione, quàm ex humorum integra coctione, purgatio non est differenda, quòd si dicis humores esse concoctos, licet oculi phlegmõ inciperat, hoc non est exploratum, & rationi est magis consentaneum, quòd humores qui fluxionem ad oculum fecerant, quorum occasione purgationem adhibuit Gale. quòd inter initia morbi concocti non essent. Cæterum & inter initia purgauit quẽdam cui lingua magnopere erat tumefacta, vt videre est. 14. metho. medendi, eadem quidem causa ad hoc faciendum fuit aggressus, qua purgare incipiente phlegmone oculi fuit impulsus.

Ibi. Hac itaque ratione, nec si ventriculum, aut intestina phlegmone occupare iam ceperit, medicamen quod aluũ dejciat vti conuenit.

¶Hac autoritate motus Leonarthus Fuchsius in sua practica contendit, dysenteria laborantibus nunquàm medicamentum purgatoriũ exhibendum esse, sed hęc autoritas in inclinatiõe phlegmonis intestinorum purgatorium pharmacum non interdicit, cæterum nec omnis dysenteria est cum phlegmone intestinorum, rationes vero quæ me mouerint purgans pharmacum nonnunquàm in dysenteria propinare, libro meo de arte curatiua videbit lector.

Ibi. Sed mala proprie cotonea vino incoquẽs, cataplasma ex eo præparaueris, si iecur laborare adhuc incipiat, neque id quidem admouebis frigidum, veluti nec oleum vt dictum est præparatum vel oculis, vel oris partibus, sicubi hæc tentari phlegmone ceperint.

¶Nullo modo inflammato iecori medicamenta actu frigida esse admouenda monet Gale. contra cuius decretum sæpenumero medici faciunt. Cæterum quod in secunda parte dicit, ex sequentibus intelligitur, quod oleum scilicet non applicetur oculis, Alexander tamen Trallianus rosaceum cũ luteis ouorum ad maximas oculorum inflammationes non timet admouere.

Quare

UVA. BHSC. IyR_342

14. Quare quæ citra morſum ea detergeãt indigemus, cuiuſmodi eſt mulſa.

¶Cap. de cholera, mulſam mordacitatẽ operari dixit Aetius, atq; cum à Gale. vndecimo methodi dictum ſit, facile in bilem verti, videtur Aetium non diſſona ſcripſiſſe, de mulſa igitur aquoſa intellige hæc quæ hac parte dicit Galenus.

15. Quinetiam aliquid adſtringẽtium incoquere malorum, cuiuſmodi cotonea ſunt, & quę vocãtur ſtrutia, prętereaq; quę Romæ abũdant vocata ceſtiana.

¶Poma ceſtiana eſſe quę nunc vocamus arantia dicit Cornarius ſecundo libro de medica. localibus cap. primo, ex ijs vero quę hac parte dicit Gale. contrarium colligitur, cum enim mala arantia corticem habeant, quæ calfacientis & aperientis naturæ eſt, eorumq; pars intima ſit acida, ſi de malis arantijs intellexiſſet Gale. non diceret ſimpliciter, quòd coquerentur, & iecori admouerentur, diceret quidem intimam partem mali ceſtiani & non ſimpliciter malum ceſtianum.

Ibi. Reſpondit Attalus percontantibus de Theagene gloriabundus meliora.

¶Inter medici onera non poſtremum eſt, q; tot percontatoribus debet reſpondere, quòd ſi verba non expendit, ſed inconſiderate reſpondet, non immemor vulgus, notam illi afficiat. quod dixit de ægrotante moribundo meliora huic attalo quem memorat Gale. contingit, decet igitur medicũ aliquando ambigua verba promere, vt quodcunq; accidat vulgi calumniam fugere poſsit poſsitq; ad ſenſum quem voluerit, ſua verba interpretari.

Conſilium vt nouum ita n dico neceſſari

17. Sicut etiã per ventrem vacuare, ſi cauum iocinoris afficitur cinco cibis admiſto, & vrtica, & mercuriali, & polipodio, prętera quę modice aluum deijciunt, magiſq; in remiſsionibus, tum ijs ipſis audacius quàm ante vtendum, tum vero quæ ijs ſunt valẽtiora: ego namq; etiam filiculę aliquid in ptiſana incoxi, & nigri veratri corticem.

¶Quia vis iocinoris inflammati debilis eſt, ob id cibis miſcere medicamẽta purgatoria ſubet Gal. vt ſcilicet cibi vim medicamenti deferant: cibi etiam vim medicamenti obtundunt, vult quidem ijs medicamentis modice aluum deijcere, nec vero quis miretur, quòd nigri veratri corticem exhibuerit ad purgandũ iecur inflammatum nam vt libro de arte curatiua dixi, & libro ſecũdo de ratione victus dicemus, tutius medicamentum cenſuere antiqui elleborum nigrum, quàm ſcammoniumtillumq; viſceribus prodeſſe ſcripſerunt. & ſcammonium viſcera offendere.

Ibi. Lienis vero rarior quàm iocinoris eſt. Cęterum crebrius ſcirrhoſis vitijs affligitur, propter nutrimenti quo vtitur ſpeciem, monſtratum eſt enim, quòd craſſo nutritur ſanguine.

¶Contrarium videtur hoc ijs quæ dicit libro quarto de vſu parti. qui ſubtili ſanguine nutriri ſplenem dixit, ibi quid Galenus voluerit, iam declarauimus.

17. Quale medicamentum iocinori eſt abſinthium, tale eſt lieni capparis cortex, quale rurſus iocinori quod vocant eupatorium, tale eſt lieni ſcolopendrium, ſiquidem ſimilia genere medicamenta ambo viſcera poſtulant. Cæterum tanto valentiora lienis, quanto craſsiori vtitur alimento.

¶Hac in parte nõ docet Gale. quòd peculiari ſympathia eupatorium iuuet hepar, & capparis cortex lienem, ſed eo quòd vim efficatiorem habet capparis cortex, quàm eupatorium: ob id dicit hoc hepati vt pote parti quæ non expoſtulat medicamenta tam fortia ac lien conuenire. capparis vero corticẽ dixit cõuenire lieni, vtpote parti quę efficaciora medicamẽta expoſcit, ſed cũ hæc dico nõ nego, q; ſit aliqua ſympathia medicamẽtis eũ noſtri corporis partib⁹, ſed hoc certe hac in parte

UVA. BHSC. IyR_342

Galenus non docuit, sed videtur quòd si scolopendrium nõ est calida herba, vt sexto libro de simpli. medica. faculta. Galenus dicit, quòd non sit efficacius medicamentum eupatorio: porro cum autore ipsomet Galeno & Dioscoride scolopendrium lienem absumat, & lapides vesicę atterat, vim calfaciendi illi inesse est credendum.

18. Verum in gula quæ proprie vocatur stomachus, cataplasma super spinam dorsi imponimus, non tamen parte anteriori, quemadmodum cum os ventriculi phlegmone vrgetur.

¶Non intelligas, vt quidam falso interpretantur, quòd Gale. hac parte voluerit, in inflammatione ventriculi, cataplasmata esse admouenda spinæ: voluit quidem hac parte, in inflammatione gulæ cataplasmata esse admouenda spinę, & non parti anteriori, quemadmodum patiente ventriculo sunt admouenda parti anteriori.

21. Quinetiam in lethargicis, nemo est qui non capiti applicet auxilia, nam id vitium contrarium quodammodo secundum speciẽ phrenitidi est.

¶Est lethargus phrenitidi contraria secundum speciem, quia hæc ab humoribus calidis & siccis proficiscitur, illa ab humoribus frigidis & humidis. Cæterum non sunt hi morbi contrarij secundum locum, vt Arabes & eos exponentes autumarunt: ijs porro accesit Archangelus Picholominus, qui commentario libri de humoribus Galeno ascripti, dixit lethargum esse affectum posterioris partis cerebri.

Ibi. Ex frigore segnitia, ex calore immodicus motus, ex humoris vitio dementia.

¶Et à magno cerebri vel meningum æstu, potest oriri delirium, sed id pauco tempore durat.

Ibi. In contrarijs autem vitijs excitare, ac noxij humoris qui citra putredinem, & citra febrem altos sopores inuehit crassitudinem incidere, atque excalfacere tales nimirum altos sopores apoplexiam, & caros græce vocant.

¶Hac parte affectum febris expertem dicit esse earum, tertio libro de locis affectis, & libro de articulis & alijs locis cum febre carũ inuadere dixit, lib. 4. de locis patientibus difficultatẽ diluimus.

22. Nam aut ex vehementi acris confluentis humoris morsu, aut quòd eorum tunicæ plenitudine distenduntur, aut propter crassorum humorum flatus siue spiritus extensionem, vehementes in ijs excitantur dolores.

¶Putans Fuchsius causas opthalmiæ hic numerasse Galenum, scripsit sua practica opthalmiam ab ijs causis produci, errauit tamen, non enim quicquid producit dolorem in oculo, producit opthalmiam, à flatibus non producitur opthalmia.

Ibi. At si in alia vrbe artem exerceas, comparetur filum aliquod ex ijs quæ serica nuncupantur, habent enim ea diuites mulieres, in multis sub ditione Romanorum locis.

¶Ex ijs quæ hac parte dicit Gale. videtur colligi, fila serica, & bombycina esse eadẽ, eligenda dicit fila quæ sint ex materia minime putrescibili, fila vero bõbycina id habent, suntq; multum tenacia quod Gale. quærit, sed dices habebant etiã id fila quę ex lanugine arborũ seres dicũtur depectere, quæ proprie serica nuncupantur, sed si hoc ita fuisset, Gale. non debuisset prętirire fila bõbycina, quæ ijs ligaturis de quibus tractat magnopere poterant seruire, adde, quòd fila serica insinuat esse in magno pręcio, quæ ex folijs depecti dicebant non tanti pendebantur. Cæterum & esse bombycina quæ serica dicuntur, dicit Magnus Basilius in examero homi. octaua. inquit enim: indus vermiculus primũ in erucã trãsmutatus, deinde tẽporis pgressu bõbyx fit, nec in hac forma pmanet, sed

UVA. BHSC. IyR_342

ſed ex laxis ac latis bracteis alas acquirit, cum igitur ſedetis vos mulieres, horum opera retexentes fila, videlicet quæ mittunt vobis Seres, manifeſtam reſurrectionis notionem accipite: hæc Diuus Baſilius, quibus innuit bombycinas veſtes & ſericas non differre, miror vero quòd huius autoritatis nullus (quòd equidem viderim) fecerit mentionem, idem dixit Diuus Ambroſius in examero: ijs etiam videtur adſtipulari Diuus Hieronymus epiſtola ad Lętam de inſtitutione filiæ, qua parte ait ſpernat bombycum telas, ſerum vellera, & aurum in fila lenteſcens. telas quidē bombycum eſſe ſerum vellera indicat, credendum eſt igitur apud ſeres magnam fuiſſe vermium copiā, qui ſerica vellera texebant. Cæterum an apud ſeres ex foliis arborum homines lanuginem etiā depectant, vt Plinius & Solinus voluerunt, inueſtigent alij: Raphael quidem volaterranus. 27. lib. ſuorum commentariorum, non homines apud ſeres lanuginem depectere ſentit, ſed vermes: reprehenditq; Plinium, qui homines lanuginem depectere ſenſerat, dicit etiam Volaterranus ſericas veſtes à vermibus procreari, & bombycinas ab alio vermium genere. eſto vero quòd hoc ſit, credo propter autoritates ſupra citatas, quòd vermium genus quod procreat bombycina vellera, præcipuè apud ſeres viguiſſe, dictaq; eſſe ſerica fila, quæ bombycina nuncupantur.

Ibi. Quoniam plurima diuerſitas futuræ huius in hominibus.

¶Locum huius futurę ſcripſere multi poſſe dignoſci, admoto carpoci parti qua naſus fronti iungitur, ſed incertum eſt & hoc, nec commenſurationi huic medicus deberet fidere.

Liber Decimuſquartus Methodi medendi.

1. HAud longe à phlegmone abeſt & alius morbus quem græci eriſypelam vocant, is vti monſtratum eſt à bilioſo humore proficiſcitur.

¶A quo humore Eriſypelas proficiſcatur, videbis libro de tumoribus prętet naturam.

3. Ac nouam ſpongiam admouebis, ſi nouæ copia non ſit, melius eſt eo (quod vulgus vocat elychnium) vtare, id vero ante omnia molle eſto, quod genus eſt tarſicum.

¶Elychnium tarſicum eſſe ex fungorum terreſtrium genere arbitratus fuit Cornarius. 3. lib. de medica. locali. cap. 4. qui reprehenditur à Matthiolo Senenſi commentarijs in quartum librum Dioſcori. cap. 78. hac quidem ratione mouetur, quòd nunquàm legit ex fungis elychnia fieri, ego vero puto ambos hos autores fuiſſe hallucinatos, errauit quidem Cornarius, quòd elychnia lucernarum ex fungis terreſtribus fieri putauit, cum ex ijs quę hac parte Galen. dicit clare colligitur, non loqui de elychnijs lucernarum, ſed dicit quòd loco ſpongię vtare eò quòd vulgus vocat elychnum, non dicit eo quod vere eſt elychnium, ſed eo quod vulgus vocat, vulgus quidem in regione Galeni debebat vocare elychnium id quod nos vocamus patrio ſermona hyeſca, quæ poni ſolet ſupra ſilicem & attritu calybis ignis accenditur. Cęterum huiuſmodi elychnia ex multiplici materia fiunt, frequenter tamen fiunt ex fungoſa quadam materia, quę in arboribus naſcitur, vulgus fungos arborum id vocat, ex ijs fungis fieri elychnia, non ad lucernas, ſed ad concipiendum ignem ex attritu calybis cum ſilice nemo dubitare debet: hęc vero arborum fungoſa materia eſt tam ſimilis ſpongię, quòd vel ex hoc ſolum Galeni autoritas eluceſcit. debetq; electiſsima legi ex arboribus, quę ſunt apud Tarſum, vel hac vrbe optime debet parari. Cæterum de hac arborum fungoſa materia iutellexit mea quidem ſentętia Plin. 16. lib. cap. 40. cum dixit teritur lignum ligno, ignēq; concipit attritu excipiente materia aridi fomitis fungi, per fungum credo intellexiſſe fungoſum illud quod ex arboribus decerpitur vnde patet etiam rem non intellexiſſe Matthiolum.

UVA. BHSC. IyR_342

11. Cæterum propter humoris crassitudinem, atq; etiam malitiam nec fluxionem auertere vnquàm poteris, & si quando id feceris, aliud quicquàm quod in alto sit corpore offendes, atq; nec adfluere ijs permittendus est, quin potius inquirenda remedia sunt, quæ cum modice reprimendo, etiam digerere possint.

¶Loquitur de carbunculo, multi porro medici & chirurgi, nulli rationi annisi, censent ea quæ reprimere valeant, nullo modo esse admouenda, reprimẽtia porro apponenda sunt iuxta pustulam nam supra pustulam nocerent, nec ex Gale. habemus, quòd semper carbunculus à materia veneno sa proficiscatur, quicquid illi dicant.

12. Ibi. Quæ autem pharmaca reliquis adhibere vlceribus solẽt, nempe quæ concoquant, & pus moueant, ea nunc adhibenda nõ sunt, quoniam putredinem auxeris, quinetiã scarificare eiusmodi tumores post sanguinis missionem alienum non sit.

¶De carbunculo etiam est sermo, ex ijs vero quæ dicit patet, quantum errent, qui mollientia medicamenta parti carbunculo affectæ admouent, patet etiam, quòd Galen. non solum pustulam quam aliquando non fieri in carbunculis sentit, sed etiam ipsos tumores esse scarificandos sentit.

13. Excidítur vna cum affectu ipso veluti in ijs, quæ ante cõprehensa sunt etiam pars affecta, ita & in hernioſis aliquid peritonæi.

¶De abscisione testis nil dicit, quem in hernia quanuis leui, qui hernias curant semper abscindũt.

14. Optime rationes tripliciter iudicantur, tum ex temporis curandi breuitate, tum ex curando citra dolorem, tum ex maxime tuto curando.

¶Sumptum est hoc ab Asclepiade, qui (vt autor est Celsus) dixit officium medici esse vt cito tuto & iocunde curet, nec ijs reclamant quæ dixit Maximus Tyrius sermone. 4. vbi dicit: nam medicus ille humanissimus iudicatur, qui maxime sit immittis, nam non diffitemur, magnum esse pietatis genus, cum aliter succurere non possumus, partes scindere, & vrere.

15. Ac si quidem talem aliquam aquam sponte natam habemus, ipsa vtemur, cuiusmodi in Lesbo visitur, sin minus ipsi similem aliquam moliemur, est porro ea quæ in mytilene conspicitur, & viribus, & calore talis, qualis vtique fiat, si quis florem salis aquæ marinæ misceat.

¶Lib. 4. de simpli. medica. facult. cap. 20. exprobauit cuiusdam diuitis ambitionem, qui aquam maris mortui asportare faciebat, quia id expeditius poterat fieri, sale in aquam iniecto: porro cum expedite quod potest facere balneum Mytilene, aqua in qua iniectus fuerit flos salis facere possit, non anxij esse debemus, in quærendis ad hanc rem aquis sponte nascentibus.

15. Et illud est sciendum, & ab eo qui obesitatem curat, prædicendum, quòd aliquando ex multo simul obito motu & febri hominem tentari est credibile, & quòd febris ad rem propositam non aliena erit.

¶Si ad obesitatem curandam tentat inducere febrem Galenus, non est cur asseuerent multi, quòd in conuulsione laborantibus, febrem inducere ille non tentasset, plura sunt tentanda pro curanda conuulsione, quàm pro curanda obesitate.

16. Ad hunc modum mango quidam proxime nates pueri gracilioris breui auxit percussu mediocri, quotidie vsus, aut alternis diebus,

UVA. BHSC. IyR_342

bus, item moderata picatione.

¶Magnas nates ad pulchritudinem multum facere credere debebant mangones, qui sic puerorum nates augendas curabant, quid si id faciebant, vt pueri quos pathicos volebant, plures haberent amasios.

17. Immittentes igitur clanculum minimum scammoniæ inuitam purgauimus, ac sanauimus.

¶Non omnia ægrotantibus sunt referanda, eos inuitos nonnunquam purgamus, eis insciis multa quæ horrobilitatem præferunt adhibemus, eis inconsultis admouemus ferrum & ignem.

17. Porro ex eo quòd alter humor altero sit tenuior, crassiorue, vt cerum differentiæ quæ ex profunditate spectantur proueniunt, huius certe generis est, quæ phagedena dicitur.

¶A profunditate nomen phagedenæ sumi hic insinuat Galen. ab exedendo vero dici dixit Iulius Polux, cui videtur astipulari Gale. 2. metho. 2.

Ibi. At repellunt quidem non solum quæ adstringunt, sed etiam quæ sine adstrictione refrigerant.

¶Contra hoc videtur Gale. 11. Metho. qui sic ait, quæ vero reprimentia dicuntur, quę adstringendi certe vim obtinent. hæc ille, dilues hoc modo contradictionem, quòd Gale. non vult. 11. metho. quòd omnia medicamenta reprimentia sint adstringentia, vult tamen, quòd medicamenta repellentia, quę adstringunt in principio affectionis de qua tractat sunt vtilia, tum quòd robur affectis particulis inferunt tum quod exprimere aliquid eius humoris qui affluxit possint. repellentia vero quæ non adstringunt, licet hoc vltimum efficere possint, affectis particulis robur non inferunt, & iuxta hęc, melius quadrat, vt legatur si adstringendi vim obtinent.

17. Dictum vero in præcedentibus est, de reficiendis venis, nempe, quòd aliquando nouas alias sensibiliter progenitas vidimus.

¶Contra hoc videtur quod dicit. 1. lib. de semine, vbi ijs verbis ait, vena neruus membrana os, vbi perierint, iterum renasci amplius nequeunt, hæc contradictio diluitur, ex ijs quę parum supra dicit Gale. dicit quidem quæ à sanguine ortum habent, si corrumpantur, vtpote quibus materia generationis copiosa suppetit facile, quæ ex semine, vel nunquàm vel raro admodum rursus gigni solent, hæc ille, quibus verbis non negat, quòd aliquando membra ex semine genita, renasci possint, licet hoc sit rarissimum, quod etiam concinnit ijs quæ dicit parte quam exponimus, qui dicens se vidisse aliquando venas rursum genitas, non tanquam rem frequenter obuiam hoc dicit, sed tanquàm rem quæ raro conspici solet, & ad hunc modum sunt intelligenda quæ dicit tertio libro artis medicinalis, Hippocra. porro sexto aphorismo. aphoris. decimonono numerans membra, quæ discisa non augentur, neque coalescunt, non numerat venas, videre debuit illas regenerari, quare prudenter illas subticuit.

De Arte medendi ad Glauconem, Liber primus.

IN procœmio, hic autem Mnesithæus à primis atque supremis incipiens generibus, putauit secari illa oportere in alia genera, species, & differentias.

¶Iuxta hæc quę in mnesithęo laudat Gal. videtur q, hac diuisiõe deberet ille vti, & diuidere febres in proprias differentias, sed quia ad Glauconem philosophũ scribit, cui nõ debebat harũ rerũ esse rudis

UVA. BHSC. IyR_342

rudis notitia, artificium medendi ostendere sat esse putat, neq; in alijs immoratur, illud vero admi ratione dignum est, quòd febrium hecticarum non fecit mentionem qui alijs febribus methodum medendi præscribit, transiuit forsan has silentio, quia in ijs quæ de efemeris & humoralibus dixit, satis poterat curandi artificium ostendere, quod Glauco magnopere desiderabat, nam intelligens Glauco philosophus, quomodo calor qui innxus erat spiritibus vel humoribus erat propulsandus, inuenire poterat viam, qua calor membris adhærens iit relegandus, maxime quòd ad maiorem ex plicationem, alios libros Galeni debebat habere, quibus copiose poterat instrui, nec difficile persuaderer, quòd caput de febribus hecticis temporum iniuria perierit, si enim multa opera & integra Galeni perierunt, quid mirum quòd vnum caput huius libri interciderit.

Ibi. Medicus, quorum habet notitiam, melius curabit, quàm alios.

¶Facit multum hæc notitia, sed qui tardo est ingenio, & literis parum valet, multa annorum inter capedine notitiam tantam illorum quibus mederi vult non habebit, ac vir ingeniosus, & literarū studio assuetus, primo habet congressu: quare errant, qui medico indocto, eo quòd in vrbe multos annos fuerit commoratus, magis quàm medico docto & exercitato, quem non norunt suam salutem magis concredunt.

De febr. ephemeris, maxime autem ex oculis distinguere oportet, nam ex ijs etiam in sanis animi mores possumus coniectare.

¶Is adstipulantur quæ dicit Plinius. 7. lib. cap. 37. cum ait, neq; ex vlla parte maiora animi indicia quàm ex oculis cunctis animalibus, sed homini maxime, ideſt moderationis, clementiæ, misericordiæ, odij, amoris, tristitiæ, letitiæ, huius causa iuxta Platonē in thimęo est, quia oculi sunt participes ignis, qui non vrit, sed illuminando suauiter diem inuehit mundo, quia vero oculus sic est illuminatus, estq; hoc lumen in perspicuo humore, atq; subtilibus tunicis, facile quæcunq; animi affectiones in oculis apparent. Cęterum quia tunicę oculorum tenues sunt, in quibas multę venę sunt disseminatę, facile colorem humorum qui in corpore dominantur imbuunt, vnde scite dictum est illud, vt speculum oculus est artis, ita oculum esse speculum naturę, quod non præterijt Erasmum, adagio illo tanquàm in speculo.

2. De febribus quæ fiunt ex inflammatione inguinum, qui vero ex vigilijs, aut aliquo animæ affectu febricitant, vinum vero omnibus, sed præcipue is, qui vigiliam passi sunt, intrepide offerre, nisi capitis dolore præmantur, aut pulsum venarum in temporibus sentiant.

¶Vinum adhibetur in febre ex vigilijs orta, vt siccitas quam vigiliæ induxerunt emendetur, affectus animi exhaurire faciunt vitales spiritus, quare vinum tristibus, & iratis magno est solatio, aduersatur enim vinum dilutum acritudini quam ex ira calor contrahit, propter quod recte dictum est à Plinio, cibo & potu iram remolliri, is porro qui furore perciuntur, abstinendi sunt à vino quousq; affectus quiescat, tam exagitatus furentibus est animus, quòd vel leui scintilla supra modū scandescit, sed si satis dilutum vinum est, intrepide & ijs illud potes offerre.

Ibi. Vinum vero omnibus, sed præcipue ijs qui vigiliam passi sunt intrepide offerre, nisi capitis dolore præmantur, aut pulsum venarum in temporibus sentiant.

¶Lib. 2. de ratione victus textu. 23. dicit, quòd in amarę bilis naturis vernaculus calor in id quod igneum est digrediatur, propterea tempora saliunt, hoc animaduerso facile intelliges, ob quid iis quibus tempora saliunt, vinum inhibuerit Gale.

4. De signis febri, intermittentium: quartanam vero non vidimus cum vehementi rigore incipientem, sed post tempus magnitudo illi superuenit, præter id quòd neq; statim ab initio hæc febris solet inuadere, sed alijs quæ antecesserint subsequi.

¶Non incipit quartana cum vehementi rigore, sed in declinatione quartanæ rigores cōtra quàm plerique

UVA. BHSC. IyR_342

plericq; putant remittuntur, vt dicit Galenus. 6. vulga. commen. 1. cæterum quòd in hac parte dicit Gale. quod quartana ab initio non solet inuadere non est perpetuum, sæpe quidem ab initio inuadere vidimus, viditq; hoc Gale. lib. de præcognitione.

Ibi. Pulsus autem magni aut calidi, vehementer veloces, atque frequentes sunt in tertianis.

¶Contrarium videtur hoc ijs quę dixit libro de typis, vbi dicit pulsus autem tertiana laborantibus exiguus, & frequens superuenit, hac parte diluimus contradictionem, vbi diximus in principio accessionis esse pulsum exiguum tertianis, illaq; progrediente pulsum augeri, alia ibi diximus quæ lector poterit considerare.

6. De signis quotidianæ intermittentis, non tamen quotidianarum febrium declinationes, quemadmodum tertianarum & quartanarum sudoribus terminantur.

¶Non vult hac parte Gal. vt putat Achachia, quòd in declinatione non sudent qui quotidiana laborant, sed quòd sudor non sic terminat febrem, vt terminare solet febrem tertianam & quartanam, quòd enim sudores etiam sint familiares is qui quotidiana febre corripiuntur, ex Galeno libris de crisi probauimus, & experientia id didicimus.

De indicijs febrium continuarum, quotidiana vero intermittens longa & non sine periculo.

¶Hinc patet errasse eos, qui dicunt Galenum voluisse. 1. lib. vulg. 1. commen. 3. tex. 5. omnes febres intermittentes esse sine periculo, solum quidem loquitur de tertianis illa parte.

De indicijs febrium cõtinuarum, nam quæ tertiana exquisita est, non longius progreditur quàm ad septimum circuitum.

¶Hippoc. in coacis prænotionibus, & vsq; nouem circuitus tertianam exquisitã progredi docuit.

Ibi. Aduenit ei durities in pulsu, in prima quidem die atq; secunda mediocriter, in tertia autem & quarta atq; sequentibus vsque ad septimam ad tantam peruenit duritiẽ, vt quispiam qui soli crederet pulsui, multorum fore mensium ægritudinem indicaret.

¶Multo humore suffarcinatis venis, non potest arteria non durescere. Cæterum licet prima die multa fuerit humorum farcina, non sic pulsus ac in septima durus apparuit, quia cum primo die nõ esset tantus calor, qui humores moueret, humores non sic poterant arterias distendere.

De tertianæ febris cura: at flauę bilis humor inter omnes qui in corpore sunt aridior calidiorq; existit, hũc igitur cum ad ventriculum repit, per vomitum educere oportet, cum vero vergit ad inferiora, per inferiorem excretionem.

¶Ex humoribus naturalibus calidior & aridior est flaua bilis, atra vero bilis qui humor præter naturam est calidior & aridior est flaua bile. Cæterum si Gale. dicit, quòd si in tertiana humor vergit ad intestina per inferiorem excretionem est educendus, non sunt audiendi, qui contendunt, in tertiana medicamentum purgatorium non esse propinandum, contra hoc etiam est Hippocrates qui libro de affectionibus, tertiana affectos purgat: is vero adstipulatur ratio, medicus quidem est naturæ æmulator, si igitur videt naturam multos tertiana correptos ventris purgatione à morbo vindicasse, cur hanc non debet imitari? mitto quòd experientia ostendit medicamentum purgatorium multos tertiana affectos iuuasse, non abnuo tamen, quòd debent medicamenta quæ tertiana affectis adhibentur ex eorum esse genere, quæ vehementer non agitant, prodest cassia, nec rhabarbarum ex medicamentis fortibus, quòd si stitipcitatẽ habet ea stipticitas cocto humore non nocet, nam absintium quod stipticitate non vacat, in hac febre exhibet Galenus, syrupum rosaceum solutiuũ etiã dicit Montanus esse inhibendum tertiana febre captis, sed certe syrupus quem ex nouem infusio-

UVA. BHSC. IyR_342

nibus, vocamus elementer ſolet purgare, verum eſt quòd magis iuuat bilæ pituitę mixtę. Cęterum licet Gale. non expreſſerit, quòd aliquando ſit aperienda vena in tertiana, licet id facere, ſi multa eſt plenitudo, contingit enim, quòd vir qui multo ſanguine abundat incurrat tertianam exquiſitam, quare Achachiæ & alijs qui contendunt in tertiana exquiſita non licere tundere venam, non eſt adquieſcendum.

Ibi. Et ſi tibi coctionis ſigna moſtrantur, iam cum fiducia abſintiũ potes exhibere.

¶Miratur Trallianus, quòd exquiſitis tertianis abſintium exhibuerit Gale. Spurijs potius eſſe exhibendum dicit, in ijs laudamus abſintium, ſed non eſt cur & in illis non probemus, quando bilem deijcere poteſt.

Ibi. Ex oleribus quidẽ atriplex, blitum, lapatiũ, & malua, & lactuca.

¶Per lapatium aliqui intelligunt ſpinachiam, quam dicunt eſſe oxalidem domeſticam, ſed rei plã tarię doctiſsimi ſcriptores olus nouum dicunt eſſe ſpinachiam. Cæterum Montanus in expoſitione huius capitis dicit ſpinachiam non eſſe exhibendam tertiana febre captis, quia nitroſitatem habet, ſed certe hæc nitroſitas parua eſt, & primo decocto abijcitur, maluã dicit eſſe exhibendam tertiana febre correptis Gal. vnde claret quod alibi annotauimus, debere illam eſſe frequentem antiquis in cibis.

Ibi. Suum pedes & cerebra.

¶Cum cerebrum tarde permeet. ſitq; ad cõcoquendum difficile, & ſtomacho noceat, neſcio quid mouerit Galenum, vt illud tertiana correptis exhibendum duxerit, niſi eo, quòd calor in ventriculis ſic febricitantium æſtuat, voluerit exhibere quæ difficile corrumpuntur, ſed hac ratione, vitellos ouorum non deberet concedere, quos albis eſſe præferendos dicit.

Ibi. Paruorũ etiã ſuum ſi dederis liquefactam carnẽ, nihil nocebis.

¶Videntur hæc non ſuccinere ijs, qnæ dixit. 4. lib. de ratione victus comment. 81. vbi excrementiam carnem gignere porcellos ſcripſit, ſed hac parte de porcellis valde paruis vt ſunt lactentes, vel qui pauco tranſacto interuallo ſunt ablactati intellexit, parte vero quam exponimus de ſuibus paruis, ideſt adoleſcentibus intellexit. nemo hac ętate id genus cibariorum febricitãtibus dignum duceret exhibere, ſed caro ſuum ſylueſtrium (de qua intelligere debuit Gal.) non tam difficile coquitur, quòd tertiana febre captis prorſus interdicatur, præſertim ſi qui febricitat aſſuetus eſt ſani tatis tempore illam mandere.

De tertianæ notæ curatione, quies vero & calefactio circa præcordia iuuant, & ſorbitiones concoqui faciles & clyſteres non admodum molles.

¶Iuuat calfactio circa præcordia, vt humores viſcidi & craſsi attenuentur, vnde patet quantũ errãt, qui in hac febre medicamẽtis frigidis cuius catalogi ſunt vnguentũ roſaceũ & ceratũ ex ſanda lis frequenter pręcordia liniunt. Cæterum clyſteres admodum molles, quia non ſatis poſſunt natu ram irritare, non conueniunt. adde quòd humor pituitoſus quo hac febre detenti plurimum abundãt, clyſteri molli qualis eſt ex oleo communi Gale. frequenter vſurpato non poteſt congrue deijci, ſed dices pari ratione quæ ventrem molliter ſubducunt per os non eſſent propinanda, quod eſt contra id quod Gale. parum infra dicit, fateor quidem quòd quæ multum leniunt ad rectam explẽdam purgationem non conueniunt, ſed cum Galenus dicit, quòd quæ molliter ſubducunt exhibeantur febre tertiana correptis, non vult quòd medicamenta ſint vehementer mollia, ſed quod medicamenta ſint mitia per molliter mititer intellige.

De curatione quartanarum, venam vero ſecare oportet, vel interiorem, aut eam quæ eſt in ſiniſtro cubito mediam.

¶In quartana vt plurimum ſplen male habet, vt cap. 4. huius libri Gale. dixerat, quare vene ſectio in cubito ſiniſtro eſt commodior, quàm in dextro: ſed ſi quartana oriatur ex ſanguinis vel bilis vſtione, vtiliſsime ſecatur vena cubiti dextri, qñ is qui ſic laborãt hepar ſolet magnopere ęſtuare.

Ibi.

UVA. BHSC. IyR_342

Ibi. Vtendum est autem salsis & synapi.

¶Salsa pro cibis non commendat, sed pro medicamentis, vt eis esitatis vomitus procuretur, vel vt incidant & attenuent humores crassos, quos ventriculus quartana correpti solet aceruare.

Ibi. Et si omnino possent à balneis abstinere, solis contenti frictionibus, quàmplurimum ex eo iuuamen admitterent.

¶Longe diuersa sentit Arist. 1. sectio. proble. proble. 57. qui qua die accessio instat lauandum in quartana docet. Cæterũ ex ijs quæ hac parte dicit Gale. manifeste patet, in quanto vsu fuerint olim balnea, q̃ dicit si possent quartana affecti à balneis abstinere.

Ibi. Vtendum autem & vomitibus post cibum, tunc continue, & si nihil prohibuerit, elleborum album est exhibendum.

¶Forte & formidabile medicamentum est elleborus, quo quidem medicus media hyeme promittebat quartanas propulsaturum, hoc promisso allecti ægrotantes, cum magna ventriculi ęrumna illud experiebantur.

Ibi. Noui autem medicum, qui ausus est homini qui triplici quartana laborabat, medicamen ex viperis exhibere, quãdo nondum morbus in statu esset, deinde vt par est, auctis omnibus, febris cõtinua subsecuta hominem occidit.

¶Quia in nostra theriaca desunt multa, quibus antiquorum theriaca constabat, non tam efficaces vires habet, quare minori periculo potest ante statum febris quartanę propinari, quàm theriaca, qua Gale. vtebatur.

De curatione febris quotidianæ, quotidianam autem intermittentem cum volueris curare, vtere oximelite post primos dies, & illis quæ possunt vrinam valde ciere.

¶Mire in expositione huius textus se exercet Achachia, & cum non possit se eripere à difficultate quam proponit, dicit textum esse deprauatum, miratur quidem, quòd post primos dies oximeli exhibeat Galenus, cum & primis diebus febris quotidianę, sit vtile: ob hoc dicit textum esse vitiatũ, quem ex Paulo sic corrigit, vtere oximelite primis diebus, sed certe si Achachia attentius textum Galeni legisset, nullam reperisset mendam. vult quidem Galenus, quòd cum volumus curare quotidianam, vtamur oximelite, subdit post primos dies & illis quæ possunt vrinam valde ciere, non quidem post primos dies est adiungendum oximelite, sed sequenti orationi, nec ab re consulit, q̃ post primos dies ideſt post principium vtamur is quę possunt vrinam valde ciere, nam inter exordia febris quotidianę, medicamenta diuretica nocent, licet vero hæc tunc noceant: non nocet oximel. quòd si coniunctionem & addideris, perspicuior erit oratio, vt sic habeat quotidianam intermittentem cum volueris curare vtere oximelite, & post primos dies & illis quę possunt vrinã valde ciere: non sat est ad expendenda grauiorum autorum sensa, sonare pauliſper grẽce. prodest hoc quidem, sed multi, cum sectantur vmbram, à carne abstinent. vt cani Aesopico contigit.

12. De cura. febrium continuarum, sed neque si fuerit febris cum profluuio ventris, alia est opus euacuatione, verum hæc sola sufficit, quanuis non sit pro multitudinis ratione, quicunq̃ enim ijs plus adimere fore necessarium putantes, aut sanguinem mittere, aut ventrem mouere tentarunt, in grauiora pericula duxerunt.

¶Si ventris fluor ex hepatis vel alterius visceris inflammatione fuerit obortus, non interdicit sanguinis missionem, præcipua quidem hepatis inflammationis medella sanguinis missio est, medentes porro inflammationi medemur febri, & alui fluori, quæ ab illa proficiscuntur, non tamen tantum sanguinis extrahemus, quantum si alui fluor non fuisset subsecutus: cæterum & si non sit inflãmatio, magna existente plenitudine (dummodo alui fluor non sit in magna quantitate) licebit nõ nunquàm venam tundere, contingit enim in venis esse magnã sanguinis plenitudinem, & aduenien

te febre

UVA. BHSC. IyR_342

te febre pinguiorem partem sanguinis in bilem verti, hancq; à natura per aluum propelli, cui malo (secta vena) cõgruenter succurritur, obstamus enim plenitudini, facimusq;, ne languis qui abundat in humorem acrem fluxum concitantem vertatur, parcius tamen sanguinem mittemus, quàm si sine accidente ideſt si sine alui fluore febris infestasset: cæterum si in pauca quãtitate est alui fluor, licebit etiam naturam medicamentis mitibus, quæ corroborare valeant iuxta Aetij præscriptum adiuuare, cautius tamen id faciemus, in alui fluore febris sympthomatæ, quàm quando citra febrẽ est alui profluuium, nam febris continua facit virium dissolutionem, quàm etiam facit alui profluuium, vires vero quæ sic ratione febris & sympthomatis debilitantur, non poterunt citra noxam aliam ferre euacutionem, sed vt prædixi aliquando vires sufficere possunt vtriq; euacuationi, quia alui fluor est in pauca quantitate, & à magna humorum redundantia, quam pigre natura vacuat magis debilitantur, quàm ab euacuatione quam per mitia medicamenta medicus molitur.

Ibi. Ita etiam si vehementissimæ vigiliæ, aut dolor intensus, ægrotum infestant, cauendæ sunt subitæ ac multæ euacuationes.

¶Is quæ hac parte dicit Galen. videntur obstare, quę scripsit. 1. lib. apho. apho. 23. vbi ait: in maximis doloribus, nullum maius inueniri remedium, quàm vsque ad animi defectionem euacuare, adhibita distinctione, an mittere sanguinem, an purgare oporteat vsq; ad animi defectionem, porro si in maximis doloribus, vsque ad animi defectionem licet sanguinem mittere, & hoc ratione vehementis doloris, non videtur verum esse quod Gale. hac parte dicit, quòd in febribus cauendę sunt multæ euacuationes, si dolor intensus ægrotum infestat, dilues contradictionem, quòd dolor de quo loquitur hac parte Galen. qui facit cauere multam vacuationem est febris sympthoma, quod ex se non aliam medellam quàm febris curationem exposcit, dolor vero de quo loquitur in aphorismo citato, præcipuum expostulat remedium, nec alius morbus est cui præcipue medicus adhibet manum, vult igitur hac parte quã exponimus Gal. quòd in medella febris continuæ de qua tractat, sympthomati dolori scilicet aduertamus animum, adeo quòd licet febris exposcat copiosam vacuationem, detrahere conuenit ratione doloris qui vires debilitat minus quàm pro multitudinis ratione: à febre scilicet, & à dolore debilitantur vires, dolor vero qui copiosam vacuationem sustinet, non est alterius morbi casus, sed præcipuus morbus, non tamen est renuendum, quòd tam vehemens possit esse dolor in febre, quòd ad se præcipuam curam trahat, & medicum cogat copiosa vti euacuatione. quando scilicet ægroti robur tantum esse conijcit, quod licet & à febre, & à dolore sit lacessitum, poterit copiosam euacuationem ferre.

Ibi. Ipsa præterea ambientis aeris temperatura loco accidentis cuiusdam habenda, quando exquisite calida ac sicca fuerit, qualis est tempore medio inter canis ortum & arturi.

¶Aer nimis æstuat inter canis ortum & arturi, sed autoribus illud tempus ad euacuationes præcipue cauendum dicitur, quòd est viginti dies ante canis ortum, & viginti dies illo orto, vt colligitur ex ijs quæ dicit Galenus libro de puero epileptico, & Eusebius Pamp. 5. lib. de præpara. quibus fuit adstipulatus Hippoc apho. 11io. sub cane & ante canem difficiles sunt purgationes, non dixit solum sub cane, sed ante canem addidit.

Ibi. Interierunt autem nonnulli, qui in calidis admodum constitutionibus non recte euacuantur ex defectu animæ, quem syncopim vocant, & dissolutione.

¶Dixit syncopim vocari defectũ animæ, grauius tamen est malum syncopis quàm animi deliquiũ, est illa præceps omnium virium lapsus, vt colligitur ex ijs quæ dixit Gal. 12. metho. in defectu animæ labant vires animales, non tamen cæteræ ruunt, parumq; infra in hoc capite dicens defectum animi antecedere syncopim, insinuat mitius esse malum quàm syncopis. Cæterum cum hoc capite dicat defectum animi & exolutionem esse idem, superflue videtur esse additum, & dissolutione, & extra rem videtur, infra dixisse, defectum animi præcedere dissolutiones, vt hæc intelligantur est aduertendum, quòd proprie dissolutio & defectus animi ad idem attinent, videtur tamen magis significare defectus animi quàm dissolutio, qui enim deficiunt animo propter crudos humores,

non

UVA. BHSC. IyR_342

non propie dicuntur dissolui, dissolutio proprie videtur dici de eo defectu animi, qui fit ab ijs causis quæ proprie dissoluunt, vt sunt euacuatio, dolor, & vigilia, quando quis deficit animo propter crudos humores vim suffocantem, improprie dicitur dissolui. Cæterum maioris lucis nomine dissolutione addidit Gale. cæterum nec à re videtur, quòd legatur quem syncopim vocant & dissolutionem, nec à placitis Galeni descisci, quòd dissolutio sit grauius malum, quàm defectus animi, sicut syncopis est grauior dissolutione, quòd Gale. indicauit infra cum dixit defectum animi præcedere dissolutionem. Cæterum vt hac parte quam exponimus pro eodem sumpsit defectum animi & syncopim, licet re vera non idem sint, non mirum quòd aliquãdo idem esse dicat defectum animi & dissolutionem, licet non sint idem, nam quatenus in idem tendunt, & ab eisdem fere causis proficiscuntur, vnum esse hęctria sympthomata possumus dicere.

Qui morbus bulmius appellatur nihil aliud est, q̃ animę defectus.

¶Ex is claret, errasse, qui putat bulmium esse appetentiam caninam, huius opinionis fuit Ioannes Farnell. cum dixit bulmium esse ingentem famem, & ab eisdem causis à quibus fit appetentia canina proficisci.

Antecedit defectus animi morbum attonitum, & morbum comitialem, & tabem.

¶Defectus animi proprius dicitur comitari tabem, quæ est phtisis, quam illam antecedere, per tabem hic intellige extremam consumptionem.

Ibi. Plures eorum tristati, aut lætati, aut irati animo defecerunt.

¶Hæc non contradicũt ijs quæ dixit. 2. lib. de sympto. causis, vbi dixit, ab ira neminem interisse, nam licet ab ira deficere animo contingat, non sequitur, quòd animæ defectus qui iram consequitur, mortem afferat repentinam, de qua citata parte fuit locutus. adde quòd quando dicit citato loco ex ira neminem interisse de sanis qui irascuntur intellexit.

Sit vero vinum in fluxionibus quæ ad ventriculum fiunt calidum & tenue.

¶Solenne est in omnibus fluxionibus exhibere vinum crassum & stipticum, Galen. vero in ijs fluxionibus, quæ dissolutiones pariunt, vinum tenue commendat, quia breuius vires reparat, & interiora peruadendo aperit meatus, per quos noxij humores expurgentur.

Ibi. Nihil vero horum confert, vbi ad ventris fluxiones fiunt, nam quo magis cutem densaueris, tanto ipsæ magis augentur.

¶Non inhibet, quòd ventriculo admoueantur stiptica, nam parum supra iubet admouere ventriculo quę illum corroborent, vituperat vero quòd aer alteretur frigida & adstringente qualitate, quia sic alteratus non solum cutis quæ est ad ventrem, sed cutis totius corporis densatur, vnde augentur fluxiones, & dissolutiones, hunc textum multi non intelligentes, ridenda in eius expositione dixerunt.

15. De cura capitis à varijs causis molestati: & quidem has, & alias excretiones omnes prænoscere licet, si hæc duo tantum considerauerimus, & vnde naturæ motus agatur, & in quam partem, nam & quæ deficiunt adiuuabimus, & quæ immoderate feruntur coercebimus.

¶Si quæ defficiunt adiuuare debemus, claret sapientis medici esse, in die crisis deficientes motus naturę adiuuare, si tentauit quidem sudorem & euacuationem non perficit propinabimus quę sudorem mouent, huic rei facit decoctum papaueris rubri, decoctum scabiosę, si tentauit natura sanguinis è naribus fluorem, & in itinere desistit, perfundet caput aqua calida, si tẽtauit vomitum vel alui fluorem, & non euacuat sufficienter, adhibebis quę vomitum vel alui fluorem adiuuant.

Ibi. Sed nomen inflammationis, vni tantum affectui ex calidis qui fit cum tumore duro, atq̃ dolore pulsatili, hoc nomen accommodant.

¶Lib. 6. vulga. comment. 2. textu. 30. inflammationem non durum, sed renitentem tumorem efficere

cere dixit, hac vero parte quam exponimus dicit, quòd medici dicunt esse durum tumorem inflammationem, cuius sententiam nec probat nec reprehendit, de ijs libro de tumoribus præter naturã.

Secundus liber de Arte curatiua ad Glauconem.

De Causis inflammationis.

NOn tamen ex vena in talibus sanguis mittendus est.

¶De erysipelate loquitur Galenus, in quo non vult vt sanguis fundatur, at Celsus quinto lib. si vires patiuntur sanguinem mittere consulit, neq; à re sane, si plenitudo est vel circa ceruices, aut caput erysipela infestat, sanguinem mittemus, nam licet à sanguine non pendeat malum, vbi magna sanguinis copia est, timendum est, ne à sanguine foueatur, nimirum pinguiore sanguinis parte in bilem conuersa, si porro in capite est erysipelas per consensum potest afficere partes tonsillarum, vnde potest sequi suffocatio, ad anteuertendum igitur tam graue malum, reuulsionis nomine cõgruenter mittitur sanguis, nam ad partem dolore affectam, non solum bilis, sed & sanguis etiam fluit: hoc considerans Aetius de erysipelate tractans dixit, grauiora sunt erysipelata circa caput, quare nisi efficacibus auxilijs opem ferramus, partes tonsillarum per consensum afficiunt, inflammant, ac suffocant, ea igitur venæ sectione curabimus, si sanguis redundarit, sin bilis per medicamentum bilem flauam expurgans, nõ vult porro, quòd sanguis in erysipelate redundet, sed si in vniuerso capite redundet. Cæterum & anteuertendi maioris mali noie, vt diximus & si sanguis nõ redũdet, licebit in erysipelate venã secare.

Ibi. Non igitur vel lactucam, vel polygonum, neq; ex stagnis lentẽ, vel tale aliquid, quod refrigerare, atq; humectare possit apponẽdũ.

¶Loquitur Galenus de curatione herpetum exedentium, quibus vult, quòd apponantur medicamenta frigida & sicca, & non quæ humectare valent, quapropter dicit, vt poligonum non apponatur, capite porro de poligono. 8. lib. de simpli. medica. facult. herpetum & vlcerum bonum dicit esse remedium poligonum, dices quòd non est bonum remedium omnium herpetum, sed eorum quæ non exedunt. at Aetius ex Galeno ad herpetes exedentes applicat poligonum: sic enim ait, loquens de herpete exedenti: quare neq; lactucam, neq; semper viuum, neq; quicquam aliud refrigerans, ac humectans adhibebimus, sed in principio facta purgatione pampinos vitis, rubiq;, aut polygoni, aut plantaginis folia imponemus, & certe non videtur polygono deesse siccitatem, qua herpetes exedentes curare possit, propter quod est credendum, textum Galeni esse deprauatum, restituendumq; ex Aetij textu. si enim poligonum aurium vlceribus prodest, & dysenterijs correptos iuuat, & muliebre profluuium sistit, vt Gale. 8. lib. de simpl. medi. facul. dicit, exicare etiam valebit exedentes herpetes.

Ibi. Vtrunq; autem euacuationis genus per communes venas fieri præcipit, veluti in locis muliebribus in contrarium trahes, si eas quæ in cubito sunt secueris venas, deriuabis autem si eas quæ poplitibus, aut talis venas diuiseris, & cucurbitas coxis applicueris.

¶Videtur in ijs quæ hac parte dicit Galenus contradicere ijs quę dixit libro de sanguinis missione, &. 13. lib. metho. vbi in inflammatione vteri, ex venis quæ ad maleolos sunt iubet venam tunde re, quod non faciendum esset, si optime ex vtero sit reuulsio sectis venis quę sunt in cubito, maxime, quòd inter initia phlegmonis, non est deriuandum, sed reuellendum, deriuant vero ab vtero venæ quæ sunt in cruribus: libro de sanguinis missione, &. 13. metho. hanc diluimus contradictionem, ibi ne eadem sæpius repetamus, videbit studiosus lector.

Ibi. Sic igitur in synachis eas quæ sub lingua sunt venas incidimus, quãdo iã totũ corpus vacuũ se nobis obtulerit, passio vero sit diuturna.

¶Alexan.

UVA. BHSC. IyR_342

¶Alexand. Trallianus,& inter initia anginæ venas linguæ ſubiectas aperire conſulit, ſic enim ait, & poſt miſsionem ſanguinis,ſi nullus laxitatis ſenſus oriatur,ſed cibi & aeris tranſitus adhuc impediatur, etiam venas linguæ ſubiectas incidere, ne graueris, neque in craſtinum differas,ſed eodē id die facito,in ijs Alexander videtur ſentire, quòd liceat venas ſub lingua in recenti faucium inflammatione ſecare, nam primo de anginę, quo morbus non eſt diuturnus venas linguę ſubiectasaperire monet,nec licet dicere, quòd corpus iam integre euacuatum erat, cum ſecuit venas ſub lingua nam poſt harum venarum ſectionem,eodem die vniuerſum corpus ſcammonia purgat, ſed forſan tantum fidit euacuationi: quam per ſanguinis miſsionem ex cubito adhibuit, quòd hac facta, & venas linguæ ſecare non formidauit,præſertim in ægrotante qui in tanto erat diſcrimine. 5

Ibi. Ventriculum autem, & ſtomachum per vomitus, inteſtina autem per inferiores excretiones,quemadmodum & ſplenem & renes per vrinam. 10

¶Videtur in hac parte ſentire,quòd lien purgetur per vrinas,cuius contrarium ſcripſit decimotertio libro metho. vbi ait,lienem per inteſtina purgari,ſed vt non ſit contradictio quæ te exerceat, ſic lege partem cui incumbimus:inteſtina autem per inferiores excretiones,quemadmodum & henem per eaſdem,deinde lege & renes per vrinas, locos autem muliebres per menſtrua. 15

Et quidem laborantibus gibbis hepatis, quòd per vrinam trahere oporteat,concauis autem per excretionem interiorem, ſitus ipſe viſceris indicat.

¶Non contradicunt hæc ijs quæ dixit.7.metho.cap.vltimo.vbi dixit,ſocinoris gibba ſi multo vitioſo ſucco ſunt referta,per pharmaca deiectoria eſſe expurganda,ſin mediocri per vrinales meatus,nam in parte ad Glauconem quam exponimus,de inflammatione loquitur, in qua non omni tempore, ſed in inclinatione quæ vrinas mouent ſunt exhibenda, quando vero in inclinatione eſt inflammatio,non ſunt multo humore gibba referta. 20

Ibi. Ob id igitur in thoracis inflammationibus quæ in parte ſumma conſiſtunt ea quæ ſolum elaxare poſſunt, ſufficiunt; intrinſecus autem ſicut in membrana ſuccingente acriora ſunt neceſſaria. 25

¶Si inflammata membrana ſuccingente coſtas,non ſolum medicamenta quæ elaxare poſſunt ſufficiunt, claret inſufficiens eſſe vnguentum quod pleuriticum vocant aduerſus pleuræ inflammationem.

Ibi. Quæ autem ſupra modum refrigerant natiuum calorem extingunt,qui fortaſsis vt nonnulli arbitrantur philoſophi ac medici ſummi,ſubſtantia virtutum exiſtit,& ſi non hoc,ſaltem primum,& maxime neceſſarium ipſarum inſtrumentum. 30

¶Cum dicit ſubſtantiam virtutum,ego animam illum intellexiſſe puto . nam non multum calori tribuent philoſophi,qui illum virtutum quas facultates appellamus faciant ſubſtantiam, vel ipſarum prę cipuum inſtrumentum.calor quidem natiuus animę eſt prę cipuum inſtrumentum,& præter animam,nil eſt in corpore,cui corporis actiones ſint tribuendę niſi calori. 35

De œdemate, œdema ex pituitoſa ſubſtantia,aut ſpiritu vaporoſo fieri conſtat.

¶Ad pituitoſam ſubſtantiam reducitur aquoſus humor,qui tumorem mollem ſolet facere,veſicas plenas aqua ſæpe videmus. 40

De ſcirrhis ex medullis primas tenet ceruina,deinde vitulina, ex adipibus autem adeps anſeris in volucrum genere, at vero qui ex gallina ſumitur anſerinum,& qui ex pardo leoninum ſequitur. 45

UVA. BHSC. IyR_342

¶Maiorem conuenientiam videtur habere adeps anatis cum adipe anseris, quàm adeps gallinæ, quare videtur illum esse propinquiorem adipi anserino. certe experientia ostendit, magis emollire adipem anatis quàm adipem gallinę. forsan ad idem attinere putauit adipem anserinum & anatum. Cęterum quia de adipe fit hic mentio, addendum nobis videtur aliquid ijs quæ diximus primo libro de temperamentis. ibi diximus non nobis placere, quod insinuauit Gale. quòd adeps licet gignatur à frigiditate, sed scriptis Galeni non alienum videtur, quòd prædicta parte nolit adipem gigni à frigiditate, sed quòd cogatur à frigiditate, nam libro. 10. de simpli. medi. facultati. cap. 2. ait. quæcunque bene nutriuntur ea omnia pinguedinem, aut adipem obtinent. quibus verbis astipulatur ijs quæ ex Aristotele citata parte allegauimus, quòd adeps fit per bonitatem nutritionis. iuxta hæc dicemus, quòd licet Galen. neget, quòd circa cor coaguletur adeps, illum non negasse quòd in corde gignatur, dicemulq; esse adipem non coagulatum in corde hominis viui, quo mortuo breui cogitur. Cæterum circa venas & arterias citato loco sensit Gale. non cogi adipem, insinuans esse arterias & venas calidas particulas. porro cum substantia venarum & arteriarum frigida sit, ideo circa has partes non cogitur adeps, quia continent multam substantiam calidam, quæ obstat vt adeps cogatur, & ad id debuit respicere Gale. quod eodem loco dicit, quòd cerebrum calfactum non liquatur, docte est scriptum, non quidem habet pinguedinem cerebrum, quod etiam Aristoteles suo loco docuit. quare errauit Plinius, qui vndecimo libro cap. 37. insinuauit cerebrum hominis pinguedinem habere.

De splene indurato, splenem induratum non solum deforis fortibus medicamentis curare conuenit, sed etiam per fortissimas potiones, nam eas sine molestia tolerat, ex quorum numero primas partes sibi vendicant cortices radicum capparis, & scolopendrium, omnibus huiusmodi in aceto vel oximelite coctis.

¶Scolopendrium in aceto coctum potest inter fortissimas numerari potiones, coctum tamen in oximelite non videtur inter fortes potiones numerandum.

Ibi. Vti autem oportet philonis medicamẽto, omnibusq; ex opio confectis, non statim, sed post tempus compositionis annum.

¶Duodecimo metho. post tempus annum, vel semestre ijs medicamentis dicit vtendum, dixit porro lib. de antidotis, & nondum duobus elapsis mensibus, theriaca vsum fuisse Marcum Antonium, de qua re lib. de theriaca, vbi dicta Aetij refutauimus.

De abscessibus, plus autem & hoc suppurationem prohibet, hordeacea farina simili modo præparata, quæ vero in tali curatione infunditur aqua, habeat radices altheæ intus decoctas.

¶Ea quæ dicit hac parte Galenus adstipulantur ijs quæ dicit quinto libro de simpli. medica. facultatib. vbi dixit hordeaceam farinam pus non mouere, in qua parte diximus, quòd textus qui. 5. metho. habet, quòd hordeacea farina pus mouet est deprauatus, sed non caret scrutione, quod hac parte quam exponimus ad inhibendam supurationem dicit altheæ radices in aqua decoquendas, nil vero est in frequentiori vsu ad pus mouendum, quàm harum radicum decoctum, vel ipsas radices admouere. dicet aliquis hanc partem qua de radicibus altheæ tractat Galenus, esse referendam ad illam partem qua de supuratione tractat, sed alienum est à ratione, quòd hæc post tantum sermonis contextum intelligere voluisset, adde quòd cum radices altheæ exiccatoriam vim habeant, vt dixit sexto libro de simplic. medicam. facultatib. non est à ratione alienum, quòd cum farina hordeacea admoueantur ad inhibendum pus, iuuat vero aliqua pars emolliens quam habent, ne in scirrhum conuertatur inflammatio.

Ibi. Conuenit etiam id quod ex caricis constat in aqua decoctis cataplasma, oportet autem non ipsas assumere caricas, sed aquam in qua ebullientes sint liquefactæ.

Pinguior

UVA. BHSC. IyR_342

¶Pinguior & ad ſuppurandum aptior caricarum pars ſic extrahitur, aliæ vero partes quas caricæ habent, habent acrimoniam quę ſuppurationi officient magis quàm proderint.

De tumore ſuppurato, faciemus etiam alios ſi Deus voluerit.

¶Laudandus eſt Gale. quòd ex Dei ſumma voluntate omnia pendere exiſtimauit, qua in re taxatur à Theodorito libro quinto græcarum affectionum Ariſtoteles, quòd terrarum orbem diuinę prouidentię exortem fecerit, at ex ijs quę Ariſto. dicit primo de parti. ani. cap. 5. contrarium colligitur, ait quidē Ariſt. naturæ operibus in quātū illud præcipue eſt, vt nihil temere viceq; fortuita cōmittatur.

De canero, oſtendimus hunc humorem dum ſanguis in hepate fit, fecis vinarię proportione generari, expurgari autē ab ſplene, qui ex eo naturaliter habet alimentum.

¶De melancholico humore loquitur, quem dicit eſſe alimentum ſplenis, ſed vt hæc non contradicāt ijs quæ dixit quarto libro de vſu partiū, vbi dixit ſubtiliori parte ſanguinis nutriri ſplenē quam hepar, ſic ſunt intelligenda, quòd non ex melancholia ſola nutritur ſplen, ſed ex ſanguine melācholico, qui elaboratus ab arterijs quæ ſunt in ſplene, non affatim neq; craſſus carni ſplenis, ſed ſubtilis & paulatim mittitur.

Et vtendum eſt auibus omnibus exceptis paluſtribus.

¶Caro gruis cum ſit tam dura & fibroſa, videtur quòd melancholicum humorem ſit apta gignere, ſed in tam raro eſt vſu, quòd non eſt mirum, quòd illam non exceperit Galenus.

Ibi. In Alexandria quidem elephantis morbo plurimi corripiuntur, propter victus modū, & regionis feruorē, at in Germania & Miſia rariſsima hęc paſsio videtur.

¶Aetius de elephantia tractans, non minus eius inductricem dicit eſſe regionē frigidam, quàm calidam, ſed certe in regione frigida plus propter victus rationem, qua in ea homines vtuntur, quàm propter aeris temperiem elephanti frequenter generari debent, ſi enim aeris frigiditas ad elephātorum generationē faceret: frequenter in Germania regione frigidiſsima generarentur, hac vero non generantur, gignuntur porro frequenter in locis maritimis propter victus modum: parte citata dicit Aetius pueros & iuuenes maxime quo tēpore pubeſcere incipiunt elephantia maxime corripi, quod non videtur rationi conuenire, cum pueritia minime aliarum ętatum atram bilem generet.

De Elephantia.

Sed ijs quæ elephantiam patiuntur, in viperarum eſu eſt mirabile auxilium, ita vero eas condire oportet, quemadmodum vidi ſti marſos qui feris venenatis & aſpidibus nutriuntur.

¶Marſos à circes filio ortos fuiſſe, & ideo ineſſe eis vim naturalē contra venenum ſcripſit Plinius ſeptimo libro cap. ſecundo: vigeſimo vero quinto libro cap. ſecundo aſſeueranter dicit, marſos eſſe domitores ſerpentiū, eandem vim tribuunt ſcriptores pſyllijs, ſed de ijs & de marſis id quod dixit Celſus quinto libro videtur credendum, quòd hi ſcilicet ſcientiam non habent prędipuam, ſed audaciam, autor eſt Strabo decimoquinto libro ſolam incantatorum apud Indos creditam eſſe medicinam. Cęterum per Hiſpaniam ſolent diuagari circulatores, (alexicacos vocant) qui non à circe nec à pſyllo, ſed à Diua Catharina vel Diua Margarita originem ducere gloriantur, dicunt porro qui antiſtitem Diuam Catharinam habere pronunciant, quòd habent inſignitam rotam in ſpatullis, vel lingua: ſolo aſpectu dicunt agnoſcere qui hoc inſigne habent, halitu virus venenoſi canis hi curare ꝓclamāt. Cæterū qui dicuntur vt ita dixerim Margaritani ab igne vel ferro nō poſſe lædi audent aſſeuerare. deluſiones ſunt hæ, & à magiſtratibus puniędę, nam nō eſt diuæ Catharinæ Diueq; Margaritæ honos, vt homines qui plurima ex parte ebrioſe & profane viuunt cælicolas illas ſe habere tam propitias iactent; maxime quòd poſt Catharinæ martyrium, non

UVA. BHSC. IyR_342

fuit hominis mutata fabrica, ſic vt ſpatullis aſsigillaretur rota, nec peculiariter vni genti fauet margaritæ incerceſsio, ſed omnibus qui pie viuũt patrocinabitur, nec eſt cur quis credat, quod his qui ſtulte experiuntur ignem vel ferrum, illa præſtabit opem, non enim ad diuinum pertinet cultum, quòd quis citra cauſam ingrediatur caminum, vel ferrum menſuret ignitum.

De Strumis.

AQuam in ſcroto & abdomine accepiſti, quibus etiam in aqua intercute laborantibus vtaris, in ijs enim duplex intentio eſt, ſcilicet vt ſanetur tumor durus in viſcere, & coaceruata humiditas diſſoluatur.

¶Videtur in hac parte Galenum ſentire, non eſſe hydropem citra hepatis ſcirrhum, ſed vt. 5. lib. de locis affectis explicuimus, & citra tumorem durum hepatis poteſt hydrops oriri, quare quæ hic dicuntur non ſunt intelligenda de omni hydrope, ſed de eo qui à ſcirrho hepatis proficiſcitur, obiter autem huius fecit mentionem, quia loquebatur de ſtrumis quæ ſunt tumores duri, vt eſt tumor durus hepatis qui hydropem producit.

Annotationes in Libros Hippocra. de victus ratione in morbis acutis.

8. SVnt igitur acuti morbi, quos priſci nominatim perſtrinxerũt, pleuritis, peripneumonia, phrenitis, lethargus, cauſus, & quicunq; alij hos conſequuntur morbi, quorum febres prorſus continuæ interficiunt.

¶Priſci hos ſolum nominatim perſtrinxerunt, vltra vero hos morbos alios Galenus vocauit acutos. 5. lib. aphoriſmorum apho. 29. apoplexiam ſcilicet & epilepſiam, & conuulſionem. Cæterum quod vltimo dicit quorum febres prorſus continuę interficiunt, ſic eſt intelligendum quòd hæ febres ſunt periculoſę, nam non ſemper interficiunt.

Ibi. Scripſerunt medici gnidij phtiſes tres.

¶Libro de internis affectionibus ſcripſit autor, tres phtiſis ſpecies, debuit eſſe gnidiorum factionis qui hoc opus edidit, quicunq; vero fuit multum abfuit ab Hippocratis grauitate. Cæterum tertio libro cap. 22. Celſus tres ſcripſit ſpecies, non ſumpſit tabem ſolum pro phtiſi, ſed ſub tabe complexus fuit atrophiam, & cachexiam, & morbum qui dicitur phtiſis.

Peſtis eſt epidemia pernicioſa.

¶Hinc patet, quanto in errore verſentur Arabum expoſitores, qui nullum diſcrimen inter peſtem & epidemiam poſuerunt.

13. Nempe morbos recte ſanare ineſt medicis ex faciendorum cognitione, & non ex cauſæ inueſtigatione.

¶Inueſtigatio cauſæ morbi multum facit ad ſanandos morbos, inueſtigatio vero cauſæ ob quam in acutis morbis medici quidam ptiſanas non collatas perpetuo exhibebant, non facit ad morborum curationem, de hac porro cauſa, & de alijs huiuſmodi locutus fuit hac parte Gale.

Ibi. Percurrit Eraſiſtratus Petronum qui tũ carnem, tum vinum febrientibus acute exhibebat.

¶Plures ſunt hac ætate Petroni imitatores quàm Galeni, ſiquidem vix eſt morbus acutus, in quo

UVA. BHSC. IyR_342

quo plerique medici carnem non exhibent: cæterum Petroni.facit mentionem, Celsus tertio libro cap.nono,qui dicit quòd febricitãtem hominem,vbi acceſſerat,multis veſtimentis operiebat,& ingentem ſitim excitabat,deinde vbi remittebat febris,aquam frigidam dabat.video hac in re aliquibus regionibus Petronum imitari,illico enim quòd quis febricitat,veſtimentis cooperiunt,& aquã deſtillatitiam exhibent,vt procuretur ſudor,aliquibus partibus Nauarræ ſolet id eſſe frequens.

Ibi. Nam de philoſophorum cõtrouerſijs nullam habemus (quæ euidens ſit) cõiecturam: neq; enim ſi mundus genitus ſit, neq; ſi extra ipſum inane non ſit,neq; ſi infinitus, neq; ſi is ſolus,neq; ſi plures.

¶Quid de iſce quæſtionibus Galenus ſenſerit,noluit aperire,vt aperierunt multi philoſophi,quorum quidam aſſeueranter dixerunt, mũdum eſſe finitum, alij infinitum: quidam dixerunt genitum, quidam ingenitum,de hac re vide Platonem libro de regno,& Ariſtotelẽ libro de cælo,& Plinium ſecundo libro natur.hiſtoriæ.& Plutarchum ſecundo libro de placitis philoſophorum.

16. Augures quidem alitem eandem ſi ad ſiniſtram volauerit, bonam fauſtam eſſe putant.

¶Marcus Cicero.2.libro de diuinatione,ſiniſtra in auſpicijs videri meliora, Graijs & Barbaris dextra dixit.augures vero hi quos memorat Hipp.opinioni Romanorum accedebant. Cęterum cauſam ob quã à Romanis ſiniſtra auguria iudicarentur præſtantiora, tradit Plutarchus in problematibus, cauſa eſt,quòd Orientem proſpicientibus ſiniſtra parte boreas eſt, quam mundi partẽ multi dextram ac ſuperiorem faciũt, ex Plin.porro.2.lib.cap.54. alia cauſa colligitur.ijs verbis ait: ęqua fulgura proſpera exiſtimantur,quoniã læua parte mũdi ortus eſt, ſi ob id vero ęqua fulgura proſpera exiſtimantur,non mirum,quòd ob eandem cauſam auguria quæ læua parte fiebant,exiſtimarentur proſperiora,quàm quæ dextra.Cęterũ fuiſſe antiquis plures diuinandi artes,quàm hæ quas ſcribit Hippocrates & Gale. videbis apud Ciceronem libris de diuinatione, & apud Plinium.7. libro cap.56.vbi inter auſpicium & auguriũ,contra quàm plerique interpretantur ponit diſcrimen. illud ex volatu,hoc ex auis voce, mirum quòd Hippocrates hęc prouauerit,nam in ſuis epiſtolis legitur, illum laudaſſe Democritũ conſiderantẽ exta.porro contra augurũ vanitates pulchre diſputat Marcus Cicero.2.lib.de diuinatione,ad quam rem facit quod dicit Euſebius Pamphi.9. libro de pręparatione de myſonio illo,qui interfecit auem cuius motũ augur ſpectabat,auguriq; ſuper hac re irascenti dixit,cũ auis iſta de ſua morte non pręuidit, quomodo de itinere noſtro poterit nobis prædicere. libro porro de legibus Cicero plura videtur tribuere auſpicijs, quàm libris de diuinatione.

17. Nempe, quod externum inuſitatumq; eſt, & nondum ſi vtile eſt intellectum, laudant magis, quàm aſſuetum quod vtile eſt & cognitum

¶Medicinam à rubro mari imputari,cum remedia vera pauperrimus quiſq; cœnet dixit Plinius vigeſimoquarto lib.cap.1.vnde hoc niſi quia vt Gal.dicit hac parte,externa & inuſitata magis quàm propria & vſitata ſolent extimari,nec ſolum medicamenta externa tam auida nouitatis eſt humana conditio,ſed externi medici maiori ſolent haberi pręcio.

18. Lens ſiquidem, & milium,& fœnum gręcum, tanquàm medicamenta ob quoſdam ventris morbos exhibenter, & non tanquàm nutritura cibaria.

¶Cum lens ſit ſiccæ temperaturę, morbis acutis quorum febres ſunt continuæ nõ conuenire dicit hac parte Galenus, nil porro erat in Hiſpania frequentius, quàm lentes exhibere acute febricitãtibus.Cęterum licet hanc conſuetudinem non probandam ducam, non videtur à ratione alienum, ad extinguendũ febrilem ardorem, & inhibendam putredinem propinare nonnunquàm lentes aceto conditas,frigiditate quidem & ſiccitate opponuntur putredini,cui vſui damus ſyrupum de granatis,& de ſucco citri, quos exiccantis & non humectantis naturæ eſſe credimus.

Ibi. Vt quicquid ex ipſis concoqui poſsit concoquatur, & quod iam exuſtum ſit,neq; amplius concoqui poſsit,euacuetur.

UVA. BHSC. IyR_342

¶Quòd exustum pro putrido hic sumit Gale.ad quem modum dixit.2.lib.apho.apho.47.ex sanguine exusto fieri pus.

Ibi. Sorbitio item ex chondro, & ea quæ sorbentur oua, nempe ea omnia stomachum languentibus ipsis ita manifeste supinant, vt subuersum ipsum esse existiment.

¶Licet hæc de sorbilibus ouis dicat, non ea interdicit febre correptis, nam lib.1.ad Glauconē oua sorbilia propinat febre tertiana affectis, febrientibusq; ea porrigit.12.metho. Cæterum ñ sorbilia oua ventriculum supinant, ijs qui ventriculum supinum habent, non debent frequenter exhiberi. sed quia qui ventriculi fastidio laborat, non potest sumere quæ sunt vtilitati, tota victus ratio est in luteis ouorum, & iulculis, quorum natura non est excitare appetentiam, sed potius illam inhibere, latius tñ putamus, aliquid vel cū aliquo damno porrigere, quàm ægrotū nullo modo alere.

Ibi. Tardeq; cedit, quod in ore ventris supernatat, nempe partis huius munus est appetere, & non concoquere.

¶Non vult hac parte, quod in ostio ventriculi nulla fiat concoctio, sed quòd præcipuum munus huius partis est appetere, si enim in ore aliqua fit concoctio, non est abnuendum, quòd in ventriculi ostiolo non fiat.

Ibi. Acria sane omnia calfaciunt, vt eruum fœnum græcum.

¶Lib.4.de simpli.medica.facult.cap.19.dicit, saporem acrem exacte esse caliqum, deinde exedens & vrens. Cæterum cum fœnum græcum autore Gale.lib.8. de simpli. medica.facult. sit calidum in secundo, non videtur numerandum inter acria medicamenta, & certe inter exacte acria non videtur numerandum, sed non est diffitendum esse illi quasdam partes quæ mordent, quarum ratione aluum irritant.

Ibi. Nemo siquidem astringentibus vtitur cibis, nisi vel propter sympthoma, quod animi deliquium inducat, vel propter immoderatū ventris profluuium.

¶Cibos qui astringunt aliquando cibis quos febrientibus propinamus miscemus, vt repugnent scilicet bilis acrimoniæ, faciantq; cibum corruptu difficiliorem, huic vsui miscuit Galenus grana mali punici alicæ.10.lib.methodi.

Ibi. Quo fit, vt qui de concoctione scripserunt, ciborum varietatē præsertimq; vbi varijs constent facultatibus nocentissimam dixerint, vtpote quæ ingesta ipsa probe concoqui prohiberet, obseruant id maxime tum qui luctantur, tum qui legitime certāt, prandio siquidem panem duntaxat edunt, in cœna vero carnem.

¶Non omnes qui de concoctione scripserunt ciborum varietatem dixerunt esse nocentissimam, nam Asclepiades (vt autor est Celsus.3.lib.cap.6.) facilius concoqui cibos varios dixit, ex ijs vero quæ hac parte dicit Galenus colligitur, non esse congruam miscellam panis cum carne illum iudicasse, quando laudat athletarum consuetudinem, qui prandio solum panem, & cœna solam carnē edebant, quia vero nunc pani sic sumus assueti, miraremur si quis citra panem velci carnibus vellet, miraremur etiam virum diuitem, qui pro integra cœna vel pro integro prandio solum panem sibi parandum vellet, at tempore Galeni multi pro prandio vel pro cœna solum sumebant panē, vt colligitur ex ijs quæ hoc loco &.6.de sanita.tuen.dicit ille. Cæterum longe aliam esse antiquorum Romanorum in comedendo consuetudinem, quàm tempore Galeni athletæ habebant, ex antiquorum autorum colligitur scriptis, proditum quidem est memoriæ, antiquissimos Romanos cœnæ tantum panē adhibuisse, prandio vero carnibus illos vesci, de hac re vide quæ diximus lib.5. &.6.de sani.tuen. vide etiam Alexandrum ab Alexandro.5.lib.genialium dierum.cap.21.

19. Qui autem in huiusmodi morbis ptisana vtitur, ne vno quidem

UVA. BHSC. IyR_342

dem die vasa (vt ita dicã) inaniri permittat, sed ab vsu eius nequaquàm desistat, nisi vel propter medicamẽtum, vel clysterẽ eũ desistere opus sit.

¶Non vult quòd die medicamenti, vel clysteris, non adhibeatur ptisana, nam. 2. lib. dicit, assumpto medicamento ptisanam esse porrigendam, vult porro, quòd in ijs morbis quibus ptisana conuenit detur quotidie, neq; desistendum dicit ab eius vsu. variatur vero vsus propter medicamentum, vel clysterem: nam die quo medicamentum vel clyster est adhibendum, differimus ptisanæ propinationem, illa quidem prius quàm ptisanam adhibemus. Cæterum Celsus qui ptisanam calidam esse dicit. 2. lib. cap. 20. non tantum vtum ptisanę febrientibus laudasset. maxime quòd ptisanam crassam facere pituitam dixit eodem lib. cap. 23.

22. Non immerito Hippocrates humectantium aliquid ante ptisanam adsumi iubet, vt aquam mulsam, vel vinum, tãquam hæc quam aqua magis humectent.

¶Vinum & mulsa in hoc sensu magis aqua humectant, quòd magis ad excretionem superfluitatũ iuuant: ipse Gale. satis perspicue id explicat hoc textu. &. 3. de ratione victus. tex. 37.

23. V tautem dolor aliquis vexauerit, oximeli bibendum dabis, hyeme calidum, æstate frigidum, quòd si multa sitis fuerit melicrato vtẽdum, & aqua.

¶Si in pleuritide oximel frigidum dat Hippocrates, culpandi sunt medici, qui cõtendunt, in omni genere febrium syrupos calidos esse propinandos.

Ibi. Potio autem frigidæ huiusmodi tanta sit, quantum frigidæ aquæ æger inspirando haurire possit.

¶Si pleuritide vexatis tantam frigidę quantitatem dare non timet Gale. incusandi sunt medici, qui vel vnciam aquæ frigidæ pleuriticis exhibere formidant.

26. Nam si pedes frigidi fuerint, non à sorbitione modo, verum quoq; & maxime à potu est temperandum.

¶De morbis acutis hic loquitur: cæterum licet morbus sit acutus, habet suas exacerbationes, tempore vero quo exacerbatio incipit, tepent pedes, in declinatione vero caliditas ad pedes descendit.

Galeni Commentarius secundus in Librum de Ratione victus in morbis acutis.

1. Alterantur autem subito, simulq; ab efficientibus qualitatibus, cum & calefiunt, & refrigerantur, & siccantur, & humectantur.

¶Tractat de causis doloris. porro licet dicat, quòd alterantur corpora subito, simulq; cum humectantur, non insinuat, quòd à simplici humiditate fiat dolor. nam possunt subito humectari membra citra violentiam, ad hoc vero quòd qualitas dolorem producat, subito vio lenterq; corpus debet affici, vt ex ijs quæ hac parte dicit liquido colligitur.

4. Sed fomentis linteo vestiendum, vt vis eius plusculo sufficiat tempore, permaneatq;, atq; simul ne halitus ad laborantis spiritũ feratur, nisi forsan, & id prodesse aliquãdo videatur, nẽpe interdũ prodest.

¶Prodest interdum halitus vt ęgrotus aerem calidum inspiret, qui dolorem (digerendo humores vel flatus) leniat.

UVA. BHSE. IyR_342

Quo fit vt dolores huiuſmodi non admodum iuuet, quæ in cubito fit vacuatio, corde ſcilicet medium occupante.

¶De dolore pectoris qui ad ſeptum tranſuerſum & hypocondria deſcendit, hac parte loquitur, ſed videtur hanc rationem quam promit nullius eſſe momenti, ex ea enim ſequitur, quòd nec in inflammatione hepatis iuuaret ſectio venæ quæ in cubito eſt. hæc & quæ ſequenti textu dicit Hippocrates conſiderans, dixi meo libello de arte curatiua, aliud forſan voluiſſe Hippocratem, quam Galenus fuit interpretatus, dixi quidem, hoc textu de dolore pectoris qui ab inflammatione proficiſcitur locutum fuiſſe Hippocratem, ſequenti vero textu de dolore qui producitur à flatu, vel ab humore crudo fuiſſe locutum. Cæterum dolor qui fit ab inflammatione licet ad hypocondria deſcendat, quodam conſenſu ſolet inuehere grauitatem in partibus ſepto tranſuerſo ſuperioribus, ad curandum igitur dolorem pectoris ex inflammatione ortum, dixit multum iuuare venæ exillaris ſectionem, cum vero dicit ſequenti textu, quòd ſi dolor eas quę ſub ſepto tranſuerſo ſunt partes inteſtat, nullumq; ad clauiculam ſignum fecerit, ventrem eſſe purgandum, non loquitur de dolore ab inflammatione producto, ſed de dolore quem flatus, vel humores craſsi citra inflammationem produxerunt, ad dolorem quem flatus produxit adhibet peplium, ad eum vero quem humores craſsi produxerunt, elleborum: etenim ſi in dolore ab inflammatione orto Galenus purgare voluiſſet, potius ſcammonium quod bilioſos humores euacuat, quàm elleborum & peplium tribuiſſet, hoc conſiderans Alexander Trallianus de pleuritide tractans, dicit: quòd ſi bilioſum nõ ſit corpus, ſed pituitoſum, potius tunc illis vti conuenit, quibus diuiniſsimus Hippocrates præcipit aut peplio, aut veratro nigro, his verbis indicat Alexander, potius humoribus pituitoſis abundantibus, quàm in vera inflammatione dicta medicamenta Hippocratẽ propinaſſe, & conſidera, quòd dixit Hippocrates ſi dolor deſcenderit, nullumq; ad clauiculã ſignũ fecerit, quibus verbis innuit, quòd contingit dolorem deſcendere, & ad clauiculam facere ſignum, quod tunc accidit, cum ab inflammatione eſt productus dolor.

11. Nam & in purgantium medicamentorum miſtione controuerſia eſt, non quando aliud quidem bilis, aliud vero pituitæ excretorium fuerit, ſed quando aliud quidem protinus, aliud vero longo à propinatione tempore, purgationem mouere natum ſit.

¶Quomodo hic textus ſit intelligendus diximus libello quibus medicamentis ſit purgandum.

Ibi. Quo è numero eſt, quod ex colocyntide paratur medicamentum, quod iam ex vſu vocant hieram, id ſane varijs parant modis, ſed quod elleborum accipit ſcammoniumq; non habet, id ijs qui medicamen ſubductorium omnino adſumere poſſunt, optimum eſt.

¶Præfert hieram quæ elleborum habet ei quę habet ſcammonium, vel quia vt ex Alexandro ſuperiori ſectione retulimus, potius humores craſſos quàm bilioſos voluit hic purgare Hippocrates, vel præfert hic hieram quę elleborum habet, quia viſceribus conuenientius medicamentũ ſenſit eſſe elleborum ſcammonio, iuxta ea quæ dixit Aetius ſermone. 5. primę partis cap. 27. qua parte ait, veratrum nigrum maxime idoneum eſſe viſceribus, qui etiam dixit nullum medicamentum purgatorium ſic nocere ſtomacho ac ſcammonium. ſed licet fateamur hoc ita eſſe, non poſſumus non aſſerere, ad bilioſos humores purgandos magis facere ſcammonium, quàm elleborum. nam elleborus non ſic reſpicit bilem, vt ſcammonium, quod vero dicit Alexander, quòd ſcammonium non ſic eſt calorificę potentiæ, ac cętera cathartica, alijs medicis non probatur. Cæterum forſan hac parte qua dicit Galenus præferendam eſſe hieram quæ habet elleborum ei quæ habet ſcãmonium, non dicit id ſolum ob elleborum & ſcammonium, ſed ob alia medicamenta quæ ingrediebantur in vnam hieram, & non in aliam, & medicamenta ex quibus conſtabat hiera quæ habebat ſcammonium, non erant affectioni de qua loquitur accommoda.

12. Vt autem quis medicamentum ebibit, ptiſanam protinus ſorbendam dato.

¶Contra-

UVA. BHSC. IyR_342

¶Contraquàm pleriq; medicorum faciunt hac pate monent Hippocrates & Galenus, hi em protinus ab assumpto medicamento exhibent ptisanam, illi vero suum insulsum ius non exhibent, nisi purgatione facta. Cæterum & si protinus sumpto medicamento exhiberent insulsum ius errarent, nam non detergere valet quod vijs adhęret, vt ptisana vel decoctum hordei.

Ibi. Vt autem succi papaueris, & mandragorę, & hyosciami, atq; aliorum huiusmodi multorum, quæ nobis & substantia, & viribus aduersa corpus perimere nata sunt portionem exiguam adsumentes, magnam percipimus commoditatem.

¶Contrarium videtur hoc ijs quæ dixerat. 3. lib. de simpli. medica. facul. cap. 19. vbi ait medicamenta quę frigore interimunt nullum esse genere lethale, sed sola quantitate, videtur quidem quòd si sola quantitate sunt aduersa, non esse substantia humano corpori contraria, sed si attendis, nulla tibi videbitur contradictio, non quidem medicamenta quæ hic numerat Gale. dicuntur tota substãtia aduersa, vt quæ putredine necant, hiosciamus quidem & mandragora, substantia & viribus aduersa dicuntur, quia qualitates quas habẽt sunt cum tali substantia, quòd magnopere offendere possunt, est quidem talium medicamentorum substantia tenax, cuius quidem ratione, non sic potest frigiditas à calore vinci, ac si huiusmodi substantię non essent, sed de ijs quinto de simpli. medica. facult. cap. 18.

13. Contra quàm pleriq; huius temporis medici, rem hanc docuit Hippocrates, nempe hi vbi vacuauerunt, copiosè nutriunt, Hippocrates a purgatione ptisanæ minus ministrari iubet.

¶Simili errore tenentur multi huius tempestatis medici, qui die purgationis plus cibi ægrotantibus porrigendum ducunt, quàm diebus qui diem purgationis præcesserunt, tantum quidem de virium roboratione tunc curant, quòd licet acuta febris sit, die purgationis vinum non interdicunt.

21. Cæterum quòd circa dictionis finem cibi confectionem coctioni similem esse oporteat, manifeste ostendit. tanquàm à calido fiat non sicco squalenti q;, cuiusmodi est febrilis, sed ab humido vaporosoque, cuiusmodi est qui in animalibus secundum naturam existit.

¶Melius cohærent quæ hac parte dicit, si vbi dicitur similem esse coctioni legas similem esse elixationi, nam elixatio non fit à calido sicco, sed humido, per coctionem vero declarare cibi cõfectionem, esset vt aiunt ignotum per ignotius, ijs vero quæ diximus astipulatur Aristoteles, qui 4. lib. 3 meteoro. cap. 3. ait: nam & cibi in corpore cõcoctio elixationi similis est, etenim à corporis calore in humido & calido fit.

23. Partes præterea corporis extremę frigidiores fiunt, quòd venter bilijosis repleatur humoribus.

¶Multi in febribus assiduis decipiũtur, qui eo q; frigidos pedes, & manus frigidas habet ęgrotus, putant febrẽ esse intermittentẽ, cũ hæc frigiditas in febribus assiduis, sæpe fiat ex vẽtriculi morsu.

Pituitę autem generatio in pituitosis edulijs sanguinem perpetuo antecedit, atque generatione ipsius inedia cibi in sanguinem transeunt, neque hoc tantum deterioribus cibis contingit, verum & quibusdam eorum qui ad modum salubres esse videntur, vt pani chondro.

¶Lib. 1. de natura humana diximus, quòd licet panis salubris admodum videatur, quòd ad pituitosam quodammodo declinat naturam, nam si recte non conficitur pituitosus inde oboritur succus. clarior tamen erit explicatio, si dicas, Gale. cum dicit, quòd contingit ex cibis qui salubres videntur gigni pituitam in ventriculo, non ad naturam cibariorum tam attendisse quàm ad ventriculi imbecillitatem, & ob id dixit contingit, non dixit quòd hoc est perpetuum, sed quòd contingit in aliquorum ventriculis, ex optimis cibarijs gigni pituitam, quod nemo est qui inficiari possit, sed de ijs vide quæ diximus primo libro de natura humana.

Nempe

UVA. BHSC. IyR_342

50. Nempe cum venter magnus existit, viscera confirmat, & stabilit, tametsi cibis vacuus, destitutusq; fuerit, verum cum paruus est, cibis quidem refertus confirmat, vacuatus vero subsidentia relinquit.

¶Vt citra cibum ventriculus paruus possit viscera confirmare, & stabilire, videtur iuuare ventrē fascijs strictissime circumligare, venter quidem sic circumligatus, difficilius famem incurrere dicta bat Erasistratus, vt testis est Gellius.16.lib.nocti. atticarum cap.3.

55. Nempe pleuritidum quæ cum dolore sunt, aliq; quidem magis, aliæ vero minus tales existunt.

¶Omnis pleuritis est cum dolore, dicens igitur hac parte pleuritidum quæ cum dolore sunt, nō sentit aliquas pleuritides esse citra dolorem, sed vult quòd pleuritides quarum proprium est cum dolore esse, vt distinguat illas scilicet à peripneumonia.

Ibi. Nempe qui perspicaci magis pollent sensu, ijs qui hebetiorem habent euadunt probatiores, laboris etiam amantiores segnioribus, exercitatioresq; minus exercitatis, atq; qui memoriam tenaciorem habent, ijs qui minus ea valent.

¶Perspicax ingenium, & diligentia, & exercitium, atq; tenax memoria consumatum medicum faciunt, sed contingit sæpe ingenioso esse memoria fluxa, qui ingenio & memoria valent, laborem solent recusare, quo fit vt pauci probati medici euadant.

45. Sunt etiam aliæ partes quæ quanuis propius appositè non sint, ob generalem tamen communitatem, vel quādam affectionis proprietatem, partes virtutum principia continentes lædant.

¶Inter has partes est ventriculi os, quod dolore affectum solet in sympathiam trahere cor vel cerebrum. Cæterum licet aliq; partes magis cordi cōmunicent ob affectionis proprietaeem, hoc magis facit os ventriculi, quàm aliæ partes quæ cordi sunt propinquiores. Cęterum & ob affectionis proprietatem possumus dicere attactis alis & plantis pedum septum transuersum affici, indeq; suboriri risum.

51. Nam minus lædūtur qui ex motione ad quietem subitotrāseunt, quàm qui ex quiete ad motionem demigrant.

¶Non quemlibet motum hic intellige, sed qui exercitium est, ex quiete quidem ad exercitium magis lædūtur, non tamen ex quiete ad motum moderatum.

53. Nempe vigilia per halitum digerere & siccare, nō quæ in imo sunt coquere nata est, somnus vero humectare, spiritumq; & effluuia cohibere.

¶Non videtur effluuia cohibere somnus, siquidem dormientes magis sudant, vt ostendit experientia, & dictauit Aristoteles.2. sectio.problema. probl. 17. porro prima parte somni omnia effluuia cohibentur, reciprocatur calor tunc ad interiora simulq; reciprocātur humores, vltima vero parte somni vegetiori reddito calore, aliqua effluuia, vtpote quæ ad sudorem attinent, augētur, si porro somnus excedit modum, torpere facit genuinum calorem, vnde euenit, vt sudores & reliqua effluuia cohibeantur.

Commentarius tertius Galeni in librum Hippocratis de ratione victus cum Annotationibus.

Vinum

UVA. BHSC. IyR_342

2. Vinum dulce vinoso minus caput grauat, minusq; mẽtem ferit, atque quouis alio facilius per intestina descendit, lienem tamen, iecurq; tumefacit, picrocholisq; nullo pacto est idoneum, ex Hippocrate.

¶Contrarium ijs videtur docuisse Gale. 6. lib. de sanita. tuen. vbi ait & eorum quidem quibus biliosus venter est, primi semper ciborum ac potionum sint, quæ aluum deijciant ex vinis quidem dulcia, & quæ mollire ventrem possint, ad hoc dicemus, quòd Gale. dicens quòd vina dulcia in principio mensæ sumat, qui ventriculũ biliosum habet, non vult quòd pręcipuus potus eorum qui hãc naturam habent sit vinum dulce, deijciendi tamen ventris gratia, id illis permittit, vti deijciendi gratia permittuntur aliqua olera, quæ licet nitrositatem habent, quatenus deijcere possunt primis mensis possunt permitti.

Ibi. Neque enim tenue exquisite, neq; album vidisti vinum dulce.

¶Quomodo hoc sit intelligendum, libro de attenuante victus ratione exposuimus.

Ibi. Sed hæc quidem acida est, amara autem flaua.

¶Loquitur de humore melancholico, quem non esse acidum dixit. 3. lib. de locis patientibus, vbi hanc diluimus contradictionem.

7. Dulce quidem vinum, continuo & nigrum existit, non tamen nigrum omne continuo dulce.

¶Exquisite dulce intelligas, nam aliqua vina flaua esse mediocriter dulcia dixit libro de euchimia & libro duodecimo methodi.

8. Reperi vina tenuia & aquosa in Cilicia, Phœnicia, Palestina, Scyro, & Creta, imo vt retuli in regionibus vidi omnibus, & quod mirum magis sit, in Aegypto, crassa siquidem vina, & odora, & valde fortia in feruidis progignuntur regionibus.

¶Ex ratione quam dat Alexander Aphrodiseus. 5. sectio. proble. probl. 5. calidiora vina semper deberent nasci in regione frigida, quàm in regione calida, quærens quidem cur in Aegypto calidissima regione vinum frigidum nascatur, & in scytia regione frigidissima calidum, respondet id euenire, quia in Aegypto à vehementi aeris æstu terra relaxatur, vnde internum calidum absumitur, cuius contrarium dicit accidere in regione frigidissima, idẽ scripsit in saturna. Macrobius. Cęterum cũ feruidis regionibus, vina calida & valde fortia gignantur, vt hac parte dicit Galenus, credendũ est, quòd si contingit in aliqua feruida regione gigni vinum tenue, quòd hoc potius sit quia terra sit tenuis scarosa, non apta nutrire vites, quàm eo quòd sit calida, vinum quidem vt dicit Plinius potius refert solum quàm vitem, videmus quidem in vnius stadij spacio, gigni vina fortissima & imbecillima, quod ratione temperamenti aeris nullo modo fieri potest, cum in tam pauca terrę inter capedine, temperamenti aeris nullũ est discerniculum, est igitur causa quia in vna parte illius soli est terra pinguis, & apta nutrire vites, in alia parte soli est terra macra & scalida.

Vinum potius fert solum quam vitis.

Megalosplanchnos nunc dixit, non eos quibus magna ex natura ipsa sunt viscera, sed quibus ea ex affectu aliquo intumuerunt, siue scirrhum, siue phlegmonem, siue œdema nacta sunt, mala siquidem in ijs, quòd cito pertransire viscera ipsa non possit, & facile bilescat.

¶Dicit quòd ijs quos megalosplanchnos vocant, non sit adhibenda mulsa, videntur porro quæ hic dicit non cohærere cum ijs quæ dicit parum infra commento duodecimo, vbi insinuat non in omni tumore viscerum, sed in phlegmone mulsam interdici, sed qui vnum textum cum alio conferet, congruam inueniet expositionem, dicens siquidem in textu, quòd mala est mulsa in ijs quòd cito pertransire viscera non possit, non intelligit in omnibus qui dicuntur megalosplanchni, sed solum in illis megalosplanchnis, qui acute febricitant, hi vero non habent viscera tumida ex scirrho vel œdemate, sed ex inflammatione.

Verum

UVA. BHSC. IyR_342

11. Verum in lingua euidentissimam habet dulcedinis sensionem, in gutture autem voluptatis.

¶Instrumentum gustus lingua est, vt libro de instrumento odoratus, & alijs multis locis dixit Gal. guttur quidem licet voluptatem ex dulcibus percipiat, non est dicendum gustus instrumētum, quia gutturis non est saporis discernere, si enim eo quòd guttur ex dulcibus voluptate afficitur, instrumentum gustus esset, & os ventris quod etiam afficitur voluptate, organum gustus esset dicēdum.

18. Euenit autem eo, quòd corporis ventriculi ariditas irrigatur, vt diu qui aquam bibunt, magis durent, quàm qui nihil assumunt.

¶Hoc de nomine, qui capitis destillationem ad ventriculum habent magis durant, hinc patet solutio cuiusdam problematis, cur equi vel mulę quarū oribus sunt frena, plus durare sine cibo possint, facit quidem frenum, destillare ex capite humiditates ventriculum irrigantes.

20. Nam perpetuo prius ingerenda sunt, quæ & facilius corrumpuntur, & quæ subducuntur magis.

¶Ex quo patet esse præposterū ordinem, comedere prius assa quàm cocta, & carnē quàm iuscula.

26. Sed quam ob causam calidum etiam oximeli deuitat Hippocrates, certe ob morbi malignitatem, malumq; morem.

¶Perpende hunc textum, & nunquàm syrupos calidos exhibebis in febre ardente, neque semper eos calidos prębebis in pleuritide, sæpeq; eadem ratione abstinebis à iure carniū, in vno & altero morbo, siquidem quia calidum propinatur potest nocere.

30. Naturalem siquidem functionem, circunstringentem exprimentemq; sortita sunt intestina, sed quæ irrumpunt à partibus quibus continentur reijci velocitatis est opus, cum igitur superne motus exordium habet, quæ continentur deorsum habent excretionem, verum si motio infernæ capit exordia, sursum feruntur, quod sane in habentibus secundum naturam vsuuenire videtur.

¶Non sunt hæc quæ Gale. hac parte dicit surda aure transeunda, tanta quidem vi solet inferius intestinum, quæ ibi continentur sursum repellere, quòd nemo est qui illud considerans non miretur, inter multa porro quæ ego legi est illud quod refert Matthæus gradi. capite de vomitu, refert quidem vnam mulierem elysteres & Balanos fere temporis momento quo fuerunt admota, per os excreuisse, tanta siquidem erat vis intestini repultrix, vel si mauis obstrictoria, quòd Balanus ano inditus & forti filo fœmori ligatus, breuissime fuit per os eiectus, id dicit accidere. hoc commento Galenus, quando musculus qui circulariter ambit sedem, tum contractus, tum recti intestini extremum ipsum astringendo complexus, principium obstrictorie ex infernis partibus ad superiores fecerit, ad medendum igitur huic malo, præcipue est nitendum, quòd musculus sedis qui est contractus contractionem ammittat, prout vero fuerit causa contractionis, sic sunt remedia admouenda.

32. Nempe antea didicisti, cibos multiplices, & præsertim facultate dissimiles, magnam progignere in ventre turbationem.

¶Ob hanc causam dicit Gale. quòd simul non exhibeantur ptisana & oximel, putauit vero Auicenna esse aliquam antipathiam, inter oximel & aquam hordei, quòd ob nomen vtriusq; miscellā inhibuit. porro Hippoc. & Gale. ne medicamentum cibo misceatur, dicit non esse miscendum oximel cum ptisana, vt vero hanc miscellam vituperant, vituperarent miscere fere omnes alios syrupos cum cibis, quare incusanda est multorum medicorum consuetudo, qui duabus horis à cœna syrupos exhibere consueuerunt.

35. Vt autem in summa dicatur, quæ ab aceto est acredo pichrocolis magis, quàm melancholicis prodest, amara siquidem dissoluuntur,

UVA. BHSC. IyR_342

tur in pituitamq; desciscunt.

¶Bilis non degenerat in verâ pituitam, euicto tamen bilis feruore, eiusq; euictis qualitatibus, ad naturam pituitosam quodammodo illa desciscit.

Ibi. Anotomici fere omnes, vterum neruosum esse dicunt.

¶Quomodo vterus dicatur neruosus, Gale. explicat sexto libro de morbis vulga. sectione prima, commen. 2. dicitur ad similitudinẽ, quod Musa non considerans insinuat vere vterũ esse neruosum.

Atq; ab ipsius potione aquæ exiguum superbibendum, Hippocrates.

¶Ad arcendam ebrietatem à vini potione aquam superbibendam dicit Hippocrates, melius quidẽ est hoc, quàm in initio mensæ aquam bibere, vt quidam pro præcauendo damno, quod vinum facere solet consueuere. Cæterum Celsus primo libro cap. octauo aduersus tardam coctionem, monet vinum frigidum bibere, & post cibum magnam potionem per syphonem, deinde omnes potiones aqua frigida intercludere, voluit porro potiones quę erant ex vino meraco aqua frigida intercludere, ne scilicet potiones illę caput tentarent, idem quidẽ voluit quod Hippocrates docet hac parte, quod non animaduertens Iodocus Lemnius Celsi expositor, deridenda certe scriptis mãdauit. Cæterum per syphonem vel per tenuem fistulam bibere monet Celsus, sic enim melius mulcetur sitis, & quia per fistulam vehementiori motu potio descendit, potest melius cibarium quod in ventriculo imbecillo suspenditur, ad ima detrudere, multi vero per fistulas (quas Hispani vocãt garrafas) bibere, putant nocentissimum.

35. Nam pleuritis dolorẽ in latere habet, peripneumonia nõ habet.

¶Quomodo hic textus sit intelligendus, libro quarto de locis patientibus declarauimus.

36. Neq; quibus vires languent, nec cibũ fastidientes nec nauseabundi sunt lauandi, Hippocrates.

¶Contrarium videtur quod dicit Gale. tertio libro de causis pulsuum capite tredecimo, vbi ait, ex balneis si in tempore vtaris omnino corpus commoditatem aliquam percipit, nam cum defessi simus, incaluerimus, simus refrigerati, desiccati, nauseam, aut intemperiem inequalem sentiamus: hęc ille, vbi nauseam sentientibus, vtile esse balneum dicit. sed nulla est contradictio, hac quidem parte quam exponimus præscribit modũ exhibendi balneũ acuto morbo correptis, qui solent nauseam sentire ob multam bilem, quæ ventriculi os lancinat, hac vero occasione facile possunt incidere in syncopim, parte vero de pulsibus non ijs qui morbi ratione nauseam patiuntur, sed ijs qui defessi sentiunt nauseam balneum esse vtile dixit, quòd si quis ex itinere defessus nauseam habet, & facile ex stomachi affectu syncope corripitur, bonum est à balneo abstinere.

37. Quo fit vt cum bilios us ventriculus fuerit, corrũpatur & aqua.

¶De nocumentis quæ facit aqua exhibita in morbis acutis loquitur. dicit enim, quòd in ventriculo moratur, quòd tarde permeat, quòd non facit trãspirationes, neq; vrinas mouet. quare consulto faciunt, qui aquam iniecto aniso vel cinnamomo coquũt, nam sic cocta omnes has noxas effugit, multi vero putantes ab aniso vel cinnamomo aquam vehementem calorem mutuare, illam formidant, ac si tantillum cinnamomi frigiditatem & humiditatem sex librarum aquæ posset depellere. tantum vero abest, quòd hoc verum sit, quòd aqua cinnamomo addito cocta magis quàm sola potest humectare, nimirum quia magis penetrat, cuius quidem ratione in multis, poterit magis humectare quàm aqua, quæ aliquot granis hordei coquitur, quam illi in frequenti vsu habent: magis enim aqua ex cinnamomo penetrat, nec fluctuationes vt aqua ex hordeo facit: ijs porro quæ hac parte dicunt Hippocrates & Galenus, non contradicunt quæ dicit Gale. 9. metho. vbi verum erysipelã non aliter quàm frigidę potu sanandum dicit, qua parte non timet, q; aqua bilescat, nam vt alibi iam dixi, hic frigidę copiosum potum laudat, multa vero aqua vincit calorem ascititium, & ab illo non subiugatur, ita vt illa bilescere possit: tandem vt in summa multa complectar, vsum aquę ad potum in morbis acutis Hippocratès & Galenus taxarunt, aqua vero quæ copiosè in aliquibus morbis præbetur, alio fine quàm ad sitim pellendam exhibetur, hæc dixi pro Andrea Lacuna, qui contradictionem esse in dictis Galeni fuit velitatus.

VIVA. BHSC. IyR_342

59. Quo fit vt febre ardente laborantibus ijs tantū opituletur, qui ſine tumore vel phlegmones, vel eryſipelatos laborāt, feruente in ipſis per totum corpus bile.

¶Videtur hoc contrarium ijs quæ dixit Hippocrates in hoc libro textu trigeſimoquinto, vbi ait, peripneumoniæ autem magis quàm ardenti febri confert balneum, porro cum peripneumonia ſit inflammatio pulmonis cum febre ardente, & in hac magis quàm in ſimplici febre magis conueniat balneum, non videtur verum eſſe in ſimplici febre ardenti magis conuenire balneum quàm in ea quæ inflammationem comitem habet, ſed ſi textum perpendis, videbis quòd non vult, quòd ſimpliciter magis in febre ardente quàm in ea quæ eſt cum inflammatione balneum conueniat, ſed quando ante cōcoctionē adhibetur, poteſt quidē in febre ardenti balneum, & ante cōcoctionē adhiberi, quo tempore nō æque iuuabit febrem ardentem, quæ eſt cum inflammatione, quàm ſimplicem febrem ardentem.

Verum ſi æſtuoſa febris ob ſalſam pituitam putrefactam oriatur, aduerſiſsimum eſſe balneum ſcire oportet, neque enim pituitoſus humor, vt bilioſus per cutim euacuatur, propterea quòd tum craſſius, tū glutinoſus ſit, neq; extinguitur longa egens coctione.

¶Quia hunc textum multi non intellexerunt, falſam adhibuerunt expoſitionem, Gal. quidem hac parte, non ijs qui cauſo ex pituita ſalſa laborāt, quolibet tempore balneum interdicit, ſed ante humoris coctionem, dixerat quidem, & ante humoris coctionem, poſſe adhiberi balneum in febre ardenti ex bile orta, nunc dicit, quòd ante coctionem, non licet adhibere balneum in febre ardente quę ex pituita ſalſa habet ortum, ob id ſcilicet, q; pituitoſus humor ante coctionem per cutim non euacuatur, vt humor bilioſus: cæterum ſi coctus eſt humor pituitoſus congrue poterit per cutim euacuari, vt videmus euacuari in ijs qui lue indica ſunt correpti, porro quia antequàm humor qui luem indicam parit ſit coctus, multi balneum adeunt, ob id raro ſolet ijs qui hoc morbo ſunt affecti balneum opitulari, quòd ſi cocto humore balneum ingrederentur, forſan vt alibi iam diximus proſpere ſuccederet.

Commentarius Quartus in librum de Ratione victus.

1. NEmpe in vna corporis parte quæcunque illa ſit interdum cauſus gignitur, interdum & toto in corpore, verum cum in toto fit corpore, ſitim omnino parit, cum vero in vna parte, non de neceſsitate, niſi pars ipſa ſitim pariat, omniū autem primum id facit os ventriculi, deinde ventriculus, atq; ab eo ſtomachus, poſt pulmo, & ſubinde ieiunum inteſtinum.

¶Cauſus licet in vna parte gignatur totius corporis eſt morbus, in vna parte vero gignitur, quando ex inflammatione vel eryſipelate illius partis febris excitatur: cæterum Hippocrates (vt teſtis eſt Galenus tertio vulgarium ſectione tertia commen. trigeſimoquarto) non ſenſit appellandam febrem ardentem niſi perpetuo habeat ſitim, & exurētem calorem, forſan quidem eas febres quæ ex alicuius viſceris inflammatione vel eryſipelate oriuntur, non vocabat ardentes, ſed alio nomine à febre ardente diſtincto. quod ſecundo hac parte eſt notandum eſt, quòd ſtomachum non vocat eam partem quæ ventriculus nuncupatur, ſed fiſtulam per quam cibus deſcendit, hoc modo ſumpſit ſtomachum Celſus libro quarto cap. primo, licet lib. primo cap. ſecundo ſtomachum ſum pſerit pro ventriculo, partes vero quas numerat quæ facile ſitim pariunt, non in omni affectione, ſed

UVA. BHSC. IyR_342

sed in causo debes intelligere, nam cum erysipelate lingua laborat, maior sitis excitatur, quàm ex inflammatione intestini ieiuni. porro nõ fuit Galeno necessum linguam numerare, quia ex eius affectione, febris ardens vt ex aliarum partium affectionibus non generatur.

5. Scis enim aquam, quòd natura frigida sit, tarde penetrare, & quam plurimo tempore in hypocondrijs manentem corrumpi, in acutis morbis.

¶Si aqua eo quòd tarde permeat corrumpitur in acutis morbis, errore ducuntur, qui illam coquere recusant, magis vero sunt incusandi, qui eos qui anisum vel pauxillum cinnamomi aquæ injiciũt damnant, si enim mel vt cito aqua possit penetrare addere non formidauit Hippocrates, cur tantillum cinnamomi eo quòd calfaciat addere non verentur, sed de ijs iam supra.

7. Verum si ad hæc non aperiatur, lacte cocto purgabis.

¶Videtur hoc non conuenire cum aphorismo, quo lac febrientibus interdicit. porro cum lac asinæ fere nil partis pinguis & partis caseosæ, quę febrientibus nocere possunt habeat, habeatq; multum partis serosę, quæ febrientibus confert, videtur posse citra periculum propinari, ille quidem aphorismus de lacte quod cibi loco exhibetur venit intelligendus, quòd si lac asinæ exhibere times, illius serum solum propina, sed vt iam dixi lac asinę fere totum serum est.

19. Verum vt nihil desit, adijciam, & eum qui ab ambienti nos aere desumitur scopum, cum fuerit abunde calidus, & siccus, ita vt cito ab eo corpus euaporetur.

¶Mirum quod non ponit aerem frigidum, siquidem libro de sanguinis missione, & primo libro ad Glauconem, aerem huius temperaturæ interdicere etiam sanguinis missionem dixit, forsan subticuit aerem frigidum quia loquitur de morbis acutis, in febribus vero acutis, non sic obstat aer frigidus sanguinis missioni, sicut aer calidus.

22. Quicunque autem ea quæ inflammantur statim morborum inter initia medicamento soluere conantur, hi nõ solum ab intensa inflammataq; parte, nihil iuuantur.

¶Quæ in hac parte dicit autor videntur astipulari ijs quæ diximus. 2. lib. huius operis, quòd quando in dolore descendente præcipit medicamentum purgatorium exhibere, & non fundere sanguinem, quod non intelligit de dolore ab inflammatione orto.

24. Velocissime & plurimum ex ijs quæ principes sunt partibus vena axillaris vacuat, atq; ob id in acutissimis morbis ad eam se cõfert.

¶De apoplexia & epilepsia loquitur, in quibus morbis videtur quòd magis iuuaret fusus sanguis ex humeraria vena, porro cum apoplexia de qua sermonem agit ex multa sanguinis plenitudine fuerit oborta, sitq; hæc plenitudo per vniuersum corpus, ob id sectio ex axillari vena est vtilior, vacuat quidem hæc plenitudinem principum partium hepatis, scilicet & cordis, ad vacuandum vero plenitudinem cerebri magis confert sectio ex vena humerali, quare si plenitudo in cerebro solum esset, humerariam secaret. Antonius Musa in hoc commento si bene memini dicit, q; eo in apoplexia secat venam axillarem, quia in omnibus acutis morbis sectio venæ axillaris præstat, videte si implet aures hæc ratio, oportebat illum esse memorem, vt suis dictis staret. 2. quidem de ratione victus dixit, in pleuritide ascendente secandam esse venam humerariam, iuxta vero scriptum quod ponit parte quam exponimus, in omni pleuritide conueniret secare venam axillarem, siquidem pleuritis morbus acutus est. vide igitur quid ex longis commentarijs nanciscaris, nõ nisi tedium magnę lectionis, quia ex longis phyluris volunt expositores suam eruditionem estimare, crede mihi verum munus expositoris esse res difficiles explicare & faciles obiter transire.

Musam meritò taxat.

27. Nam quòd eas quæ apoplexia vel epilepsia ad aliquam ex non præcipuis partem irruunt paralyses Hippocrates ita appellet.

UVA. BHSC. IyR_342

¶Contrarium videtur hoc ijs quæ dixit. 4. lib. de locis patientibus, vbi in paralysim non finire epilepsiam dixit, ibi videbis dilutam contradictionem.

27. Interdum quoq; & facta absq; conuulsione apoplexia nõnullis, morbus in partis resolutionem qui paraplexia appellatur.

¶Cum non sit proprium apoplexiæ, quòd conuulsione inuadat, alienum à ratione videtur, quod hac parte de conuulsione cum apoplexia dicit, videtur quidem quòd vbi legitur apoplexia legendum sit epilepsia, vt sit sensus interdum quoq; & absq; conuulsione epilepsia in partis resolutionem finiuit, quòd finiatur scilicet epilepsia aliquando non conuulsione sed resolutione: cæterum quòd aliquando paraplexia non solum significet resolutionem, quæ ex alio morbo fit, diximus tertio prorrheti. commen. 65.

30. Sanguinem igitur ex brachijs detrahes, mox venas quæ sub lingua sunt secabis Hippoc.

¶De angina loquitur, in qua si multa fuerit plenitudo, non detrahes sanguinem ex venis quæ sub lingua sunt, quousque plenitudinem sufficienter vacuaueris.

42. Cum caput circumagi videtur vertigo vocatur affectio, cum autẽ & tenebricosa simul fuerit visio, tenebricosa vertigo appellabitur.

¶Videtur ponere discrimẽ inter vertiginẽ & scothomiam, vt vero libro de arte curatiua diximus, sub vertigine complectitur scothomia, quæ vertigo tenebricosa est: plura quidem complectitur vertigo quàm scothomia, de iis supra etiam fuimus locuti.

48. Iacere autem in conclaui obscuro debent, & lecto valde molli.

¶De febribus implacidis loquitur Hippocra. & Galen. ex hac vero parte debuere delumpsisse aliqui, quòd phrenitici in domo obscura locentur, contra quos fuit Paulus, qui in domo lucida eos locandos sensit, sequutus fuit opinionem Asclepiadis, quam refert Celsus tertio libro capite decimooctauo, Celsus vero sensit vt quem lux turbat sit in loco tenebroso, & quem magis turbant tenebræ, sit in loco lucido.

55. In longis morbis sexagesimo & octogesimo, medij horũ sunt vigesimus, trigesimus quartus, & quadragesimus: impares autem hi.

¶Libro de arte curatiua cap. de partu, & tertio libro de diebus decretorijs hunc locum explicauimus, sunt quidem dies quos numerat Gale. quodammodo pares, & quodammodo impares. pares si ab vnitate computationem deducis, impares si à die septimanæ, à qua sumunt exordium computas. si hęc considerasset Antonius Musa non sic in expositione huius textus calligasset.

41. Admirantur siquidem plebei quæ non intelligunt.

¶Ijs adstipulantur quę dicit Di. Hieronymus epistola ad Nepotianũ, vbi ait, nihil tam facile, quàm vilem plebeculam & indoctam concionem linguæ volubilitate decipere, quæ quicquid non intelligit, plus miratur.

54. A sanguinis missione clysterem exhibere iubet.

¶Iure merito magno pręmente dolore, & magna existente plenitudine, quod sępe accidit dolore clauiculam vel mammam præhendente, incunctanter venã secat. nam si ob vehementiam doloris, & pransis licet venam secare, vt cap. de curatione podagræ ex copia sanguinis facta dicit Actius, patet quòd & nõ purgatis intestinis id facere licebit: præsertim dolore ab inflammatione interna producto, qui minorem cunctationem fert quàm dolor articularis. etenim si cum magna plenitudine est inflãmatio interna, & antequàm plenitudo minuatur clyster adhibetur, fit in humoribus magna commotio vnde febris adaugetur, & aliquando syncopis subsequitur, si vero vehemens dolor & magna plenitudo non obstiterint, modo aluus sponte non deijciat, præstat ante venæ sectionẽ clysteri intestina abluere, ne sanguine misso fiat attractio partis excremẽtitiæ quę est in intestinis ad venas, hoc considerans Actius sermone primo secundę partis cap. 71. & autor prælagij experientia confirmati, & Actuarius. 3. metho. clyster venę sectioni esse præmittendum docuerunt est vero notandum vt. 2. lib. de differentijs febrium annotauimus, quòd raro venę sectione & clysteri eodem die

UVA. BHSC. IyR_342

die vtebatur Gale. nolebat enim duabus euacuationibus simul adhibitis, affligere ægrotantem. sed de ijs iam satis in enchiridio, vbi dissertauimus cum famoso quodam Salmanticensi medico.

55. Quam ob causam & prima interdum die, & secunda, & quarta, interdum quinta medicamenta dedimus & non in quarta solum.

¶De pleuritide loquitur, in qua primo die purgasse dicit, sæpe quidem antequam humores tigantur debent purgari, idq; licet humores non turgeant, vt alibi iam probauimus. Cæterum quia inflã matas partes medicamẽto purgante inter initia soluere non tutum iudicat Hippocrates. 22. textu huius libri, melius est vt hunc textum intelligamus de dolore qui non ex calida inflãmatione proficiscitur, sed de ijs multa diximus. 2. commenta. huius operis. Cæterum si quinta die purgasse dicit Gale. culpandi sunt medici qui diebus criticis in quibus nullũ iudiciũ expectant, veretur purgare.

60. In bilioſa febre morbus regius cum rigore ante ſeptimum diẽ enatus morbum ſoluit.

¶Non esse Hippocrate dignam hanc sententiam ex aphorismo Hippo. qui habet morbus regius ante septimum malum, & ex ijs quæ in commen. dicit Gale. liquido colligitur.

69. Impreſentiarum autem ſimpliciter de allio cenſuit, ſed melius dixiſſet, ſi exiccare & calfacere ipſum dixiſſet, & non flatuoſum eſſe.

¶Dioscorides etiam censuit allium esse flatuosum, quem hoc modo exculabimus, quod si pituito sa excrementa in ventriculo & intestinis reperit, solet ex ijs flatum excitare, non quod sua natura flatus inducat.

79. Cum igitur bubulis & acriores, & calidiores sint carnes caprinæ, ſi incoctæ maneant, choleram pariunt, qua efficitur ratione, vt frigidas eas, magis quàm calidas eſitare oporteat.

¶Ex hac parte delumpsisse debuit Auicenna, quod hœdorum caro frigida & non calida esitetur, sed hic non ob carnium caliditatem, sed ob fœtorem quem hæc caro aspirat frigidam illam mandere præcepit: cæterum satis calidum ventriculum debet habere, qui has carnes frigidas esitat, alias eas non concoquet.

80. Quòd autem alimonia ad carnis bonitatem plurimum poſsit, potes ex vulpibus certior fieri, qui autumno probatiſsimam ob vuas habent carnem, ſic paſſer & ficedula, maxime laudabilem carnem obtinent.

¶Absolute malam carnem habent vulpes, comparatione vero carnis quam alijs temporibus habent, probatissima est, quam habent autumno: ad hunc modum etiam intelliges id quod dicit de ficedula & passere, laudabilem quidem carnem illi habent autumno, aliorũ temporum respectu.

81. Quòd autem porcelli abſque pelle ideſt abſq; cute edendi ſunt, nemo ignorat, non enim cutis animalis carni ſimiliter coqui nata eſt, vt pote quòd frigidior exiſtat.

¶In lactentibus porcellis nil auidius comeditur, quàm pellis. cum enim porcelli lactentes multa humiditate retrimentitia abundent, cutis quia dicta humiditate magis vacat, est salubrior: neque in gallinis & caponibus cutem peiorem quàm carnem sentimus, satis tenera est horum volucrum cutis, est quòd humiditatis retrimentitiæ, à qua non exercitatę gallinę nõ sunt immunes, satis expers.

83. Quàm citiſsime clyſterem exhibere, & vomitum prohibere, præcepta ſunt communia omnium quæ in ventre præter naturam continentur, & quæ vt excernantur apprime contendimus.

¶De ijs quæ in intestinis continentur hac parte loquitur, nam quæ in ventriculo continentur, cõmodissime per vomitum euacuantur.

UVA. BHSC. IyR_342

§ 9. Tympaniam vero & ascitem, nullus per sanguinis missionem sanare est ausus.

¶Aliquando hæ affectiones enascuntur, ex magno hepatis æstu vel inflammatione, vbi si vires permittunt, solemus ex vena quæ ad digitum annularem dextræ manus perreptat, sanguinem fundere, ad remittendam scilicet iecoris intemperiem, vel sedandam inflammationem, quod non sinistre solet succedere, raro tamen in ijs affectionibus venam secamus, nec sic venæ sectio solet prodesse, vt in anasarco ex sanguinis cohibitione orto.

Ibi. Vinorum item nouorum nullum est fuluum, sed vel album, vel rubrum, vel nigrum.

¶Ex vuis varues dictis, quarum magna est Nauarræ copia vinum exprimitur, quod & nouum satis fuluum solet esse.

104. Fluente aluo sanguinem non detrahes, nam si post detractionem perseuerat fluor, virtutem prosternit, inediam autem præcipere quibus detractus fuerit sanguis, & vinum tollere, recte dictum est.

¶Aliquando fluente aluo sanguinem detrahere licet, quando scilicet fuerit in venis plenitudo, & magnus fuerit hepatis æstus, sanguinem in bilem commutans quod ob nomen aluus fluit.

111. Vnamq; perpetuo hæmorrhoidem relinques ex Hippocrate.

¶Autor huius libri manifeste astipulatus fuit expositioni Galeni, qui in aphorismis dixit esse sententiam Hippocratis, quòd vna hæmorrhois relinquatur, quod ob nomen illum reprehendit Aetius. sed ex hoc textu patet, vel Hippocratem vel eum, qui huius libri fuit autor idem aperte docuisse.

9. Poculum hydropi cantharides tres ieiunus bibat, & panes calidos ex oleo vel pinguedine edat.

¶Panes calidi ex oleo vel pinguedine non faciunt ad hydropem, sed eo illos præbuit, vt præcauerent noxam quam exedendo faciunt cantharides, quæ enim pinguia sunt obluctentur noxis quas faciunt medicamenta erodentia.

109. Quidam dictionis huius mentem haudquaquàm intelligens, audax medicus prædictas partes à cantharidibus abiecit.

¶An ex cantharidibus sint abijciendæ alæ & pedes, capite de cantharidibus declarauimus: qua parte diximus Aetium probare opinionem quàm hoc loco refellunt Hippocrates & Galenus.

Ibi. Quonam pacto vuluæ strangulatio cognoscatur, digitis duobus comprime, si sentit ea est, si non, conuulsio est.

¶Musa in expositione huius textus dicit voluisse Hippocratem: vuluæ strangulatu captam sentire, & non sentire quę epilepsia est correpta, idq; discrimen assignasse Hippocratem. sed contra hęc quæ dicit Musa expresse est Gale. qui. 6. lib. de locis affectis dixit: quasdam vuluæ strãgulatu captas sine sensu immobiles iacere, alias sentientes quidem, & moueri potentes. credo igitur vt arte curatiua dixi, citato textu autorem voluisse, quòd in vteri strangulatu compresso à fricato pudendo ab obstetrice excitatus sensus, in epilepsia non item: aliquas quidem vteri strangulatu captas, hac compressione reualuisse citato loco narrat Galenus, cuius libros mira eruditione refertissimos, qua potui diligentia, & studio enarraui Deo omnium rerum autore auxiliante, à quo est omne datum optimum, & omne donum perfectum.

FINIS.

UVA. BHSC. LyR. 342

Cæsaraugustæ, in ædibus olim Georgij Coci, nunc Petri Bernuz, decimoquinto die mensis Septembris, anno M. D. L X V.



UVA. BHSC. IyR_342



UVA. BHSC. IyR_342

NATVRAE QVE-rimonia per Alfonſum Lupeium Curæleanum.

* * *

Fuit examinatum hoc opuſculum mandato Reuerendiſsimi domini Antonij Garcia Epiſcopi Vticenſis ac Vicarij generalis pro Illuſtriſsimo ac Reuerendiſsimo domino domino Ferdinando ab Aragonia Archiepiſcopo Cæſarauguſtano & cum eiuſdem facultate impreſſum.

(:)

Cæſarauguſtæ
anno. 1565.

UVA. BHSC. LyR_342

UVA_RHSC_IyR_342

NATVRAE QVERIMONIA AD CANDIDVM ET STVDIOSVM LECTOREM.

ALPHONSO LOPEZ DE CORELLA AVTORE.



Olent qui ex itinere defessi ad optatum locum accedunt, paulisper deambulare, optime lector, ne illos subita quies æstuantes offendat, ad quem modum post longã peregrinationem quam in Galeni spacioſissimis prouincijs, ideſt in multis & varijs eius au toris libris exponendis cõfeci, vitum eſt ſatiatum animum recreare, breuiterq; naturæ ope ra (quæ totis fere ſuis libris ſummi philoſophi & graues me dici commendant) veluti digito oſtendere, vt hac dulci meditatione præteriti leuarentur labores, & veluti in compendio, quę ſparſim illi naturæ admiratores longis ſcriptis annotarunt lector videret, vix eſt Hippocratis opus, in quo naturæ laudes non commendentur, Plato & Ariſtoteles nunquam non admirantur naturam: ille vltra ęthera conatus aſcendere, hic quæ ſub cælo ſunt metiri volens, & veluti trutina quadam tentans examinare. Galenus porro libris de vſu partiũ nil aliud, quàm naturæ encomiũ videtur feciſſe, idq; vel ſolum humani corporis fabricam expẽdens & admirãs: nullaq; alia re & cæteri medici naturam videntur laudaſſe. Cum vero multa alia ſint, quibus opera naturæ adferunt admirationem, ne dicam ſtuporem, cõgruum cenſui, pro mea virili eius laudes cõgerere, ad quam nauandam operam iuuarunt me philoſophi inſignes, iuuarũt medici claſsici, iuuarũt & etiam graues theologi, quorum lectioni (recreandi nomine) ſoleo nonnunquàm animum adijcere. Cæterum viſum fuit ad aliorum imitationem, qui in alijs argumentis per proſopopœiam id fecerunt, fingere quòd ad gymnaſium (ad quod præſtantiores philoſophi conuenerãt) aduenerit ſum

UVA. BHSC. LyR_342

mæ naturæ quædã primaria ancilla, quæ refellẽs quæ in illã diuinam genitricem illi effutierunt, illius decantet laudes & promat elogium. scio pro dignitate me hoc opus non potuisse exequi, nam quis naturam integre laudabit, sed in minutissima qualibet re est illa tam laudata, quòd speraui citra sermonis ornatum, quem non intendo, nec si intenderem assequi possem, me multas eius laudes enarrare posse. nec mirabor, quòd mordeant aliqui, cum & naturæ (à quo tanta munera omnes accepimus) non defuerunt reprehensores, vale ex Turiassone.

UVA. BHSC. LyR_342

NATVRAE QVE-
RELA PER ALPHONSVM
LVPEIVM CVRAELEANVM.



QVOD ad veſtrum conuentũ acceſſerim ipſa, in gymnaſijs verſari nõ aſſueta, quæ nec barbam nutrio, nec philoſophicum pallium induo, ceſſabitis viri phyſici mirari, cum compertum & exploratum vobis fuerit, quæ ipſa ſim, quantus meus honos, quanta ſit mea dignitas, & antiqua maieſtas, ſum quidem ne prolixo vos ſermone detineam, ſummæ & ineffabilis naturæ (cuius eſtis tam auidi ſcrutatores) nuntia, ancilla ſum illius, quæ eſt omnium rerum genitrix & propagatrix, illius ſum ſedula miniſtra, quæ eſt omniũ literarum parens & alumna, nec miror, quòd vſquequo rem vobis pateſecerim, hæſitetis & ſitis admirabundi, nam inuſitatum eſt, me hac forma complexam, & veluti vincitam, veſtra ſalutare lycea, veſtriſq; intereſſe diſſertationibus, quinetiam veſtra ſonant inſtituta, neminem qui philoſophicæ ferulę non ſubdidit manum, profitendi munus debere ſibi vendicare, ſed ceſſate meæ orationi obſtrepere, ceſſent veſtra murmurilla, viri quibus promiſſa barba, & cani capilli, ipſaq; philoſophiæ profeſsio, morum grauitatem, auriumq; accommodationem commendat, nam ſi apud vos, mirum in modum commendatur diſſerenti philoſopho præſtare aures, multo maiori iure mihi qui ſummæ & indecibilis ſapientiæ vices gero, eas præſtare debetis, præſertim, quòd hæc quæ in præſentia habebitur oratio, multæ vobis erit vtilitati & ornamento, etenim ſummus ille architectus ad vos me mittere eſt dignatus, vt ſcilicet veritatem quæ multos veſtrum veluti cimmerijs tenebris inuolutos latet, aperiam, & caliginem qua veſtri obnubilantur ſenſus, explodam & eliminem, ne deinceps ſcilicet culpetis illum qui tot muneribus & beneficijs vos eſt proſecutus, ceſſetiſq; illum criminari, ceſſetiſq; iam illum laceſſere, in illum iactare conuitia. iuſsit porro vt facilius quæ ipſa diſſertura ſum percipiatis, & depellatur ignorantia, qua multi veſtrûm hucuſq; eſtis occæcati, veſtris attemperare auribus, idq; quod ab illo perenni fonte manat, & quotidie proficiſcitur, mihi in præſentia vendicem, vt vobiſcum ſcilicet, acſi in me totæ effuſæ fuiſſent quærelæ, totaq; mea res ageretur, diſſeram, atq; profitear. Cæterum hic meus aduentus vobis omnibus iucundus & gratiſsimus eſſe debet, nam ij qui ſemota arrogantia, vel ſimultate, ſenſus ſuos diuinæ ſapientiæ ſubmiſerunt, ob quod egregie fuerunt philoſophati, gloriam & honorem reportabunt, illi vero qui intra ſuas cuticulas non ſe continentes, proprijs viribus abditiſsima naturæ rimari voluerunt, vnde in ignorantiæ baratrum fuerunt detruſi, mea oratione maxime iuuabuntur, quippe explicabuntur ab illa mentis cęcitate, qua in ſua cõtẽplatiõe caligarunt, penetrabuntq; philoſophiæ abdita, quæ hucuſq; nec ſalutarunt à limine, ſed ne videar veſtrum oratorum more, in procœmio multam eſſe, rem ipſam iam aggredi incipio, & veſtras querelas narrare ordior. Vocatis me inſipientẽ, quòd orbem non recte condiderim, quòd ſydera non in veſtrûm

Alludit ad antiquorum philoſophorum ornatũ & cultum.

Hieronymus in prologo Bibliæ.

Diuus Auguſti. epiſt. lij. quædam acutiſsima & excellentiſsima ingenia, tanto in maiores errores ſerunt, quanto præfidentius tanquam ſuis viribus cucurrerunt.

UVA. BHSC. IyR_342

An mixta ex elementis conſtentur, abunde libris de elementis.

minorem perniciem, quàm vtilitatem creauerim, quòd elementa ex quibus conflati eſtis, non tam commoda quàm noxia vobis ſoleant eſſe, quòd ob intemperiem paucas regiones vobis habitare liceat, quòd mare terræ potiora occupet, nec ſine periculo poſsitis nauigare, quòd brutę animantes, quibus vos pro veſtra dignitate dominari & pręeſſe deberetis, non tantum vobis non obſecundantur, verumetiam inſidias parant, queritis eſſe multas animantes, multaq; ſtirpites in veſtrum incõmodum, & non in veſtrum creatas vſum, dicitisq; me magis prouidam fuiſſe circa brutum quàm circa genus humanum, cum homine fragilem & nudum, & multis morbis obnoxium produxerim, non ſic brutum, quòd vitam breuiorem hominibus quàm multis ex cęteris animantibus dederim, quòd ſciant pecora quibus medicamẽtis ſint curanda, homine per incerta diuagante, quòd ſolo inſtinctu caueat rem noxiam brutum, homine eorum quę ſibi deleteria ſunt ignaro, quòd brutis animantibus ſuę ſint ingenitę artes, homine ablq; pręceptore nil attingente, quòd ſermo non ſine labore vobis addiſcatur, & bruta ab ipſo ſtatim ortu proprias fundant voces, quòd homini ſit maior luxuria, & quocunq; ſe vertat dolor, nam ſi pro remedio ducit vxorem cruciatus mille, quòd bruta non varia cibaria appetant, & vos ablq; varijs edulijs vitam degere non poſsitis. quòd obuia ſint quę alia animalia alunt, quę vos vero nutrire debent multo debent parari impendio. Cęterum & brutorum conditionem ex hoc extollitis, quòd quę vnius ſpeciei ſunt ſemper ſibi ſint amica & fauẽtia, & inter homines rara ſit concordia, & amicitia. tot dicitis, quòd iam non mirarer, eſſe ex vobis qui grillum omnibus hominibus pręferret, & quod ille fingendo dixit intelligatis ſerio, ſed nondum querelis appinxitis coronydem, queritis etiam hominum naturam tantis calamitatibus obnoxiam eſſe, vt in homine gignatur venenum quod per oculos alijs effundat, nullo alio animali eis quę eiuſdem ſpeciei ſunt non parcente, quare queritis etiam, quod hominis morſus ſit alteri homini venenum, nec ijs querimonijs contenti eſtis, quòd veſtro conceptui & ortui minus intenta plura mõſtra inter homines quàm inter brutas naſcantur animantes, pluraq; ſint quæ hominum quàm brutorum naturam vitient, quòd voluptates plures vobis dederim, ſed in veſtram perniciem, cum & gaudium veluti pręſens venenũ ſoleat mortem parere, quare queritis etiam, quod horam veſtri interitus non pateſecerim, eſt vobis querela, quòd cum iuuat viuere rumpatur filum, & cum optatis mori, mors optata recedat, non eſt querendi modus, quòd ſenſuum perſpicacia, & robore & agilitate vel induſtria vos ſuperent multa animalia fertis ęgre, quòd ijs vel natandi vel volandi dederim ingenium, vobis nec ingreſſu in qualibet ætate conceſſo, cum ante trimatum gradiri vobis non liceat, & pecora vel ab ipſo ortu poſsint ambulare, & natare pilces, & volare volucres. nec ſolũ deſideratis alas, ſed in occipite oculos, plures etiam manus, & feneſtratum ventrem & pectus, eoq; etiam veſtræ tendũt querelæ, vt hominum fabricam (qua in hoc infimo orbe nil eſt admirabilius) taxetis, dicentes ſtercoris vas hominem eſſe creatum. criminamini etiã, quòd non omnes temperata natura, atque figura procera & pulchra forma condiderim, quòd non omnes perſpicaci ingenio, & fœcunda memoria dotauerim, ſed qui ingenio pręſtat memoria eſſe lubrica, qui memoria tenaci ingenio hebeti. Cæterum ipſum conceptum ex infectiſsimo ſanguine, ipſam vteri geſtationem matri tam laborioſam, & ſępe lęthalem, ipſam infantiã nil niſi eiulatus effundẽtem. & reliquas ætates ad lachrymas (quarum cæteræ animantes ſunt immunes) tam procliues, miſeram hominum conditionem dicitis indicare, ad id alludit quod quidam dixit, cũ innumerabilia ſint mortis ſigna, nullum eſt certum ſalutis, hinc illud abderitis vobis ſæpe prolatum, totus homo ex natiuitate morbus eſt. accedit quòd nil ſine labore & ſudore nanciſci queritis vos poſſe, & hoc quicquid paratur futile fragile & inconſtans eſſe, hinc illud, homo ſtipula, homo vanitas, & homo bula, illudq; vmbræ ſomniũ homo, hinc illud

Homerus Iliados. xxj. nil homine enutrit tellus infirmius alma.

Lactantius de opificio Dei cap. iij.

Plutarchus dialogo cui titulus eſt grillus.

Aetius morſum hominis inter virulentos ponit, quod non conuenit ijs quæ de inæquali intẽperie, lib. dicit Gal. De ijs, xij. Metho. ſatis.

Cornelli Gal. o quam dura premit miſeros cõditio vitæ, nec mors humano ſubiacet arbitrio, dulce mori miſeris ſed mors optata recedit. at cum triſtis erit, præcipitata venit. Boctij.

Plin. vij. lib. in procemio. Gal. xij. lib. de vſu parti. Lucianus in hermotimo.

Plato in axiocho.

Ortus humi lachrymas effundit paruulus infans fletu huius vitæ triſtia fata gemens. Plinius.

Democritus. Vt refert quadam epiſtola ad Da

UVA. BHSC. IyR_342

illud vobis decantatum elogium, optimum hominem non naſci, proximum huic recens natum mori, huic alludit illud nil hominibus breuitate vitę præſtitit melius. Cæterum vt ingratam, vt iniuſtam tandem me acculatis, quòd non æquam pro meritis tribuam mercedem, quándo eos qui moribus magis ſplendent, inopia, morbus, & cætera fortunę tela magis quam criminibus addictos vexare & torquere ſoleat, plura adhuc iactatis in medium, minime aduertentes multo maiori iure à me eſſe ex promendas querelas. O ingratum & infidum hominum genus. cui magis quàm viperinis quadrat catellis velle dilacerasse matrem, cognoſcit puſillum animal, quid dixi animal, cognoſcit planta ſuum autorem, & illum reueretur, & non homo? quor ſum tantæ querelę, pro beneficentia vultis eſſe in me (vt veſtris adagijs vtar) vt fuerunt olim achiui in agamẽnonem. euehitis vſque ad ſydera ſermonis comitatem, morum blanditiem, & me quæ tantis beneficijs vos ſum proſecuta, quæ vobis tanta munera ſum impartita, non veremini laceſſere. ſed præſtare veniam vobis nunc placet, video quanta mala pariat ignorantia. diſcutite igitur hanc nebulam, & veſtræ querelę vertentur in laudes. Cæterum nec omnes vos culpo, quippe non ignara ſum, ali quos, qui adeſtis tam grauiter philoſophicis placitis inſudaſſe, quòd me nõ tãquàm nouercam exibilatis, ſed vt parentem & piam genitricẽ reuerimini. periculoſum admodum eſſet, tantum latuiſſe veritatem, quod nullius pectori ſe inſeri voluiſſet, maxime quòd habui ego quondam egregie dotatos viros, meę ipſius admiratores & cultores vigilantiſsimos, qui ſuis ſcriptis ſublimia, merita tamen de me cecinerũt encomia. Cæterum hic meus aduentus, meum, quem lacerare tentaſtis reſarciet honorem, & ijs qui à mea parte ſteterunt, præſtabit gloriam. ab illis vero qui tanta in me fuerunt machinati, ignorantiam veritatis nouercam eliminabit. ſed vt oleum & operam (vt ipſi dicitis) ego non perdam, accommodate mihi aurium operam. quoniam nonnulla non protrita, in quibus multi veſtrum caligarunt, reſerare & patefacere vobis volo, imprimis vero meam ſapientiam atque ęquitatem (quam vos ſi grati eſſetis) tonare & buccinare deberetis, commendare & manifeſtare placet. deinde veſtris ſatiſfaciam accuſationibus & cauillis, figite iam mortales, ad querelas procliues, tam elati vero tanquàm nunquàm morituri, in ipſum cælum intuitum, conſiderate ſyderum præſtantiam temporumq; ornatiſsimam varietatem annis menſibuſq; diſtinctam, & videbitis nõ inſipienter, ſed naturali & pulcherrimo quodam ordine, ab ipſa prima natura (quæ omnia diſponit ſuauiter) eſſe vniuerſum fabricatum, in gyrum quotidie voluuntur cæli ſuis motibus quæ ſunt in terrena globo moderãtes, vobis quodammodo obſeruientes, aduertite, quàm velociter & ordinate mouetur ſol, quàm indefeſſe ſuum peragit curſum, quàm liberaliter cæteris ſtellis qui in alijs orbibus ſuam ſedem tenent mutuatur lumen, quàm benigne viuentibus præſtat calorem, quem eſſe naturę quoddam veſtigium nemo niſi mentis inops poterit diffiteri, atque tantum illum mortalibus prodeſſe quibuſdam eſt creditum, quòd aſſeuerarunt ob eius inopiam plures mori noctu quàm die. Cæterum quia ſol ſuis canoris fidibus, hoc eſt motibus viribuſq; ſuis omnia fouet & cõtemperat, ob hoc citharę pulſandæ regem eſſe ab antiquioribus eſt creditum, hic eſt, qui (vt dixit Veronenſis ille) cæli triſtitiam diſcutit, atque animi nubila ſerenat: lunam etiam contemplamini, quàm ordinate illa cælum peragrat, & pro temporis ratione viuentiumq; vtilitate præſtat lumen, eſt enim ſol vt docte pinxit pergamenus veluti rex quiſpiam maximus, luna vero vt princeps non mediocris inter illum & vos medius conſtitutus, cæterum non decuit ſolis ſplendorem ſemper vigere in terris, aſsidua enim eius præſentia comburerentur plantæ, & ad ſomnum conciliandum opportuniores ſunt tenebræ, addite ſi placet quod dixit ille citharœdus egregius. vtilis nox vt in ea pertranſeant beſtiæ ſyluæ, poſſem dicere de Saturno & Ioue, & cæteris planetis, atque quem de ſtellarum fixarum vi, ſed qui ad meam contemplationem ſol non trahit, non eſt

magetum Hippocrates. Dauid.
Marcus Varro in præfatione.
Plutarchus oratione ad Apollonium.
Plinius præfatione ſeptimi libri.
Plato. x. lib. de lege.
De partu viperæ vide quæ lib. de theriaca ad piſonem diximus.

Inter pſeudophiloſophos floruit Socrates Plato & Ariſtoteles, inter pſeudomedicos & naturæ calumniatores floruit Hippocrates, floruit Diocles & naturæ magnus præco Galenus, nũquam que defuerunt qui pro veritate pugnarent.

Plato. x. lib. de lege.
Vide Chryſoſtomum xiiij. hom. in Geneſim.

De ſitu planetarum varias autorum opiniones enarrauimus. iij. lib de vſu parti.
Chryſoſtomus & Theodoretus negarunt multos eſſe cælos, vt diximus in annotationibus.
Plato & Gale. ſolem & lunam animatos eſſe crediderunt.
Macrobius in Saturnalibus primo. lib. cap. xvij.
Plin. ij. lib.
Gale. iij. lib. de diebus decretorijs.
Eſſe ſolum quinque ſydera errantia (cõtra quam alij docẽt) dixit Cice. ij.

UVA. BHSC. IyR_342

lib.de natura deorum,vi de quæ diximus. iij. de vſu parti.
Nullas eſſe ſtellas fixas in ſinuauit Cryſoſto.vj.homil.in Geneſim, qui inſinuauit ſtellas per ſe moueri idem ſenſit Iſidorus in etymologijs.
Di.Auguſt.v.lib. de ciuitate Dei,& lib, de Diuinatione Cicero, copioſe Picus.lib. contra Aſtrologos partem aſtrologiæ taxamus non omnem.
Magnus Baſilius in Examero.vj. homi.

An ſit ignis elementum ſub orbe lunę lib.ij.de elementis &.iij. prognoſtico, vide.
Lactantius.lib.ij. inſtitu, cap.x.
Firmianus citato loco.

Plutarchus in problema. Aerem eſſe frigidiſsimũ inſinuauit Hippo. lib.de natura pueri, vide quæ de tẽperatura aeris. viij. lib.de vſu part. diximus, Hipp lib.de flatibus.Vide Plato.lib.de anima.
Vide lib. Plutarchi an vtilior ſit aqua quam ignis.
De laudibus vini proprio libello egimius.
Hippo.iij.lib.de Ratione victus.

ſperandum quòd alia ſydera trahant. nec eſt cur ſummam naturam culpetis,quòd produxerit ſydera quæ infortunium vobis pręſtent,vt de Saturno & Marte à multis veſtrũm (qui aſtrologiam profitemini) non ſemel eſt promulgatum.commẽtitium quidem eſt,quæ de ijs in veſtris ſcholis perſonatis.quoniam nullum eſt ſydus, quod natis infortunium & infelicitatem tribuat,non videtis gemellos qui cum ſub eodem ſint ſydere nati varios tamen habent in vita ſucceſſus,quòd ſi dicitis aliud reſponde re cælum vni quàm alteri,quia non eundem locum in vtero occuparunt, veſtrã ſciẽ tiam proruitis, ſiquidem ſi hoc interſtitium tam varios producit effectus, nullatenus ex vnius aſcendentis ortu,totius anni temperiem, quo ad vnam regionem pote ritis præſagire ,atq; ſi vnus vterus varijs & aduerſis reſpõdet planetis, quomodo po pulolam vrbem,ſub vnius planetę dicitis eſſe dominatu, addite quòd ſi horã vt eloquentiſsimus dixit ille Cęſarienſis exacte aſſequi impoſsibile eſt, & breuiſsimi tem poris alteratio aberrare facit, ridendi profecto eſtis, qui circa artem in natura rerũ non exiſtentem, tantum operę collocatis, certe ſi quid momenti hac in parte hæc ars haberet,non maiorem ſpem de aſſequendo regno regis liber,quàm ruſticani natus haberet, ſed eſto quòd ſyderum aliquod vobis infortunium pareret, ego non eſſem culpanda, quoniam toties vniuerſi vtilitati (vt infra fuſius aperiam) ipſa propicio.neceſſarius eſt ad totius orbis moderationem omnium ſyderum influxus. prę ſtat ꝙ ſic orbis gubernetur,quàm quòd propter aliquod incõmodum,quod vni vel alteri homini dicitis accedere,ceſſent cæleſtia effluuia in vos dimanare:ſed ſublimior eſt hæc cæli fabrica,quàm ad vnguem illam poſsitis contemplari.conſiderate nunc, quæ tractatis paſsim elemẽta.videte quàm miro ordine ſint diſtincta,quàm accomodis qualitatibus donata.ignis vel æther qui ignis quodãmodo naturam tenet.primo cælorum orbi eſt contiguus.ex hoc vero igne quem habetis intelligetis,quanta veri ignis ſit vobis vtilitas hic ad frigoris remedium vobis eſt datus,hic noctis veluti ſydus ad vos demiſſum diſcutit tenebras, hic tandem cibaria, quibus veſtri ventriculi calor ſufficere non poteſt coquit & domat.Conſiderantes porro tot ignis vtilitates quidam,ignis ſacramento fœdera ſanciri decreuerũt, & exulibus illum interdicebãt, nec ſolum ad humanos vſus illum iuuare dictarunt,ſed datum eſſe in immortalitatis argumentum,quoniam ex cęlo ſit in ſuis ſcriptis aſſeuerarunt,nec defuerunt qui eius motum & alimentum quod expoſcit conſiderantes eſſe animatum dixerunt. Pauliſper deſcendite,& elementum aeris quod huic proximum eſt contẽplamini,hoc mititer calidum & humidum ignis ſcandeſcentiam mulcet,animalium temperat calorẽ quod non tam iuuat infrigidando, quàm illum euentilando, & fuligines quibus incommodatur educendo, hoc eſſe omnia plena hoc eſſe terrę fundamentum, & cæli vehiculum,dixit chous ille.hoc veluti quodam baſi fulciri terram,memorat academicus.tantas vero laudes in hunc quidam congeſerunt, quòd mentis caligine obnubilati illum animam eſſe dictarunt.Accedit aqua quæ ad tot mortalium fuit commoditates & vſus,quòd ſine illa fere nullum poſſet degere animal, quod quidam ex veſtris contemplans dixit aquam eſſe omnium rerum potiſsimum principium, exorbitauit ille,quis tamen ibit inficias,illam vobis magnopere vtilem eſſe, ſitim pellit,cuius potu quẽ ſine ligone & aratro parare poteſtis (ſi faceſſeret gula) mihi credite, quòd nõ eſſent in orbe tot patrata mala: & ſcientię quibus inſudatis melius fuiſſent excultæ.non vinum ego vitupero ,ſed multorum intemperantiam quis laudabit?ſed ad aquam conuertamus ſermonem, quæ præter hoc quod ſitis eſt remedium, natiui calidi in proprium humidum prohibet abſumptionem,cibaria leuat,eademq; ad penitiora corporis facit penetrare,mitto,quàm multas vtilitates ægrotãtibus præſtet, nec de diſtillatitijs aquis nũc loquor,thermas etiam prætereo,quarũ ad multas ægritudines pręſtantiſsimus eſt vſus, ſimplicem aquam laudo, quę tot animalia quę ad corporis humani ſunt alimentum operit conſeruat & munit,quòd vel illa ſola meã

munificen

UVA. BHSC. IyR_342

munificentiam mõstrat, porro pręter alia quę ijs animalibus illa pręstat, hoc vel non leue est, quod internum eorum calorem refrigerat, mulcet & temperat & illam commoditatem quam animalibus quę in terra degunt pręstat aer, ijs quę in aqua commorantur pręstat aqua, hęc est quę plantas irrigat, & a tabe tuetur, & hæc omnia in vestram vtilitatem, mitto quoq;, si alimentum vobis pręstet, nam id quidam non negarunt. Cõsiderate pręterea assiduum fontium fluxum, quorũ adhuc est vobis ignota origo, non mouent vos ad mare certi & infatigabiles cursus, marilq; ipsius quod quidam quintum elementum appellauit ordinati fluxus & egressus, an fortuitu hęc fieri dicetis, cum me imperante, & omnia recte disponente veluti in vtre congregentur aquæ, ne transeant fines suos, holo in præsentia vobis declarare, an in ipsis cælis cõplectatur aqua, sat vobis sit intelligere, ad sui refrigerationẽ ea illos non eguisse, quoniam quanuis rapido semper cęli moueantur cursu, non vt vestrũm curruũ rotę ardent, & æstuant, neq; has aduentitias susceptant alterationes. Proxima aquę est terra, quę veluti in aere pendens in totius orbis vmbilico est collocata, huius porro vtilitates si bene expenditis, vel solis ijs me genitricem piam, & non nouercã appellabitis, videte si plura quàm terra ipsa contuli, sed multi me prorsus ignorantes, beneficijs quę terra pręstat quasi stupefacti, illam vocarunt omnium rerum originem, nutricem, & matrem: nec ab ijs vos videmini discedere, cum terrę in qua nati estis cognomen paternę vel maternę venerationis adhibetis, illam scilicet vocantes patriam vel matriam, sed altius rem rimemur, hęc vt dixit ille, in ipso primo ortu charitatẽ qua vos ipsa prosequatur aperte ostendit, nascentes excipit, natos alit, semelq; editos sustinet semper, nouissime cõplexa gremia iam & vt mater operiens. Cęterũ quomodo illam alere inficiabimini, quę tot vobis gignit fructus, tot vobis fundit sapores, tot & tam varios generat succos, nempe ipsa sola vt dixit ille cheroneus supeditat, quę abunde satis sint non ad alimoniam modo, verum ad delitias ac voluptatem, quorum alia sic exhibet, vt citra negotium protinus eis vti liceat, alia rursum vt cęteris admixta omnijugijs rationibus ea condulcent condiantq;. Cęterum multa ex ijs nulla opera adiuta vobis ministrat, atq; cum illam colitis, & mandatis semina fœneratum restituit quod acceperit, & vsurarum cumulo multiplicatũ, vt doctus Mediolanensis optime expresit, homines sępe decipiunt, & fœneratorem sępe defraudant, terra fidelis manet, & si quando non soluerit, si forte aduersata fuerit frigoris inclementia, aut nimia siccitas aut immensa vis imbrium, alio anno superioris anni damna compensat. sed vt videatis plura adhuc me vobis per illam fuisse largitam, considerate, quot herbas, quot fructices, quot arbores ad optimam valetudinem tuendam & lapsam recuperandam nutrit illa, est quippe veluti locupletissima officina, qua quicquid ad salutem attinet reperietis sine malagmatibus enim & antidotis (vt ille dixit) possunt ægritudines propulsari, non quod vestram solertiam vituperem, quando non ab re multa in vnum permiscere cõuenit, vos tamen non semel sed iterum exhortor, vt quod medicamento simplici, (quod producit terra) poteritis effiecere, medicamento composito non efficiatis, quoniam exactiora & perfectiora sunt mea quàm artis opera, sed de elementis hucusq; sit dictum, quibus ad omnium rerum productionem velut obsequiosa materia semper ipsa vtor, porro si iam vobis est persuasum, quàm pulchro ordine, quàm admirabili serie sint ipsa elementa collocata, quantamq; omnibus genitis præcipue vobis (quibus obtemperant omnia) commoditates præstent, poteritis me (cuius imperio tanta seruatur æquitas) inertem indoctam iniustam deinceps appellitare, sed vt beneficia, quæ in hoc serui infimo globo magis splendeant, vniuersum animalium genus considerate, & meam

Hippocrates & Plinius & Pilcel. aerem inspicere crediderunt.

Credidit Athæneus, aquam alimentum exhibere. iij. lib. dipnoso. idem sensit Celsus ex mari fontes egredi dixit Ecclesiastes Aris. aliud sensit.

Quintum elementum dixit esse mare, Plutar. lib. an ignis sit vtilior aqua ex psalmis Ambrosius. ii. Exameri. cap. iij. ad refrigerationem cælorum, dixit in cælis esse aquam, idẽ sensit Damascenus. Chrysost. homi. xij. voluit quod super aquã sit collocata terra.

Ad modum quo terra est in vmbiculo orbis, credidit Ga. vmbilicum, esse medium corporis humani, quod non placuit varroni nec vesalio, hic dixit medium corporis humani esse coalitũ ossium pubis Xenophanes teste Theodorito. iiij. græcarum affectionum dixit terram omnium rerum esse originem, Gale. tamen primo lib. de natura humana neminem sic fuisse opinatum scripsit.

Terram vocant matriã cretenses, teste Platone. ix. de re publica. vide Plinium. ij. lib.

Cornelius Gallus suscipe me genitrix nati miserens laborum, membra velis gremio fessa fouere tuo. verba sunt senis ad terram.

Ambrosius. viij. cap. iij. Exameri.

Pli. xxiij. li. cap. primo. Gal. primo lib. de medicamen. loca.

Theodoretus & Ioãnes industrius cõmẽtitiũ esse dicunt, quod dicitur de prima materia, materiã faciũt terram, ex qua vi

solis cætera elementa dicunt esse creata. Gale. iij. lib. de vsu parti. de momi querelis

Fuerunt qui naturam accusarunt, quod per plantas pedũ nõ eiecerit stercus, contra qđ vide Lucianum in hermotimo. & vitruuium. iij. lib. Architectonicæ.

sapientiam

UVA. BHSC. FyR_342

ſapientiam oſculabimini, quàm inſitum ad procreandam prolem eamq; tutandam omnibus amorem inſerui, quàm varia tutandi munimenta illis ſum impartita, quibuſdam robur, quibuſdam agilitatem, alijs induſtriam ſenſuſq; perſpicaciam, quædã cornibus ſe defendunt, alia roſtro, ſunt quæ dentibus, alia calcitrando, ſunt quę acu leo à validiſsimorũ animaliũ ſe tutãtur morſu, nullũ eſt quippe animal qđ prius ſit inerme, nã ſenſus & induſtria, quib⁹ fragilia animalia dotant, illa armãt & muniunt, atq; videre eſt, hæc aialia imbecillia ſola induſtria facilius ſibi alimẽta parare, quàm ea quę viribus pollent pugnãdo querunt eſcã, certent obvictũ aquila & draco, pugnẽt equus & camelus, bella gerãt ſerpẽs & muſtella, cornices & noctuę, egitalli & achantylides, ſine ętãtis rixis integro anno recõdit cibũ formica, adeo vt qđ viribus eſt diminutũ prudentia penſat, tanta quidem æquitate diſtribui munera, vt non reperiatis vllum animal eſſe, quod iuſte poſsit in me effundere querelas, nedum vos qui rationis beneficio cætera animalia anteitis, puſillum animal eſt culex, ſed gloriatur alarum leuitate, quibus poteſt fugitare pericula, quòd ſi inuidet leonis viribus, ſunt illi alæ quibus glorietur, & inuidere poſsit leo, adeo enim æquum fuit, omnibus partim beneficia impartiri, quòd ſi in vno animali quæ per cætera ſunt diſtributa reſplenderent omnia, denigraretur ordo, facileq; hæc quæ tantis donis ſuperbirent, reliqua deuaſtarẽt: etenim ſi leo haberet alas, ſi multa ſenſus perſpicacia & induſtria ſciret venari prædam, quod eſſet animal, quod illius poſſet fugere ſæuitiem, ſed rem vobis apertius dicam, ſi ratione munitus homo volaret vt aquila, leonis polleret viribus, peruix eſſet vt tygris, peteret dentibus vt aper, nataret vt delphinus, nonne niſi ſenſus prorſus rationi obediret, totus vniuerſi ordo deturparetur? non tunc laudaretis naturam in equo, qui tantum veſtro ſeruit miniſterio, non tantum laudaretis quæ mittit india, quæ citra laborem poſſetis nanciſci, parum recrearetis aucupio & venatione, quando omnia vobis eſſent ad manum, quòd ſi tam facile vt delphinus poſſetis tranare, quid niſi bella inter vos eſſent, quando nunc nec mõtium aſperitas, nec cautes hortidę nec ferarum ſæuicia, nec maris pericula intra veſtros fines vos poſſunt coercere, mitto quòd cum natura ſitis ſuperbi, & tumidi, ſi tantis donis vos videretis decoratos, non ſolum me ipſam non admiraremini, verum aduerſum me tentaretis pugnam, ad quam tentandam, non deeſt vobis (qui inermes dicitis eſſe) tumor & ſuperbia, cæterum vt quodam modo deprimeretis criſtas, tolleretiſq; ſupercilium, congruum cenſui, aliqua ferocia & vobis pauorem incutientia gignere animalia, vt ſapientiam ſolam qua cæleſtia eſtis adepturi contemplaremini, nihili præ hac agilitatem vel corporis robur (quibus à multis animalibus ſuperamini) faceretis. Scitis iam beneficijs ſolis quibus ipſi nunc gloriamini quanta aliqui ſuperbiẽtes, in me pararunt prælia, quibus non ceſsit res impune, ſi quidem & alas illis quodãmodo amputaui, reſtat tamen vobis ſublimiſſima penna, ratio ſcilicet qua cætera animalia ſuperatis, ſed reuertamur ad diuerticulum, volucres ob oculos vobis ponite, quę magnum creationis monſtrant opus, quædam alimentum vobis ſupeditant, quædam medicinæ ſeruiunt, aliæ ſunt ad docendum, ad aucupium aliæ, ad recreationem multæ. Cæterum multi veſtrũm ijs quę diximus non animaduerſis blaterant, multa aialia eſſe vtilia, ſed multa vtpote minutiſsima fruſtra eſſe creata, ſed vt inſana horũ reuincat opinio, ſat eſt vobis cõſiderare, q⁹ vos qui tã ſupercilioſi oia examinatis, nec reges quorũ & vos ipſi paretis impio, vel ſolũ culicẽ (qui ſi nocet & aliquos vſus in medicina præſtat) nõ poteſtis creare, adeo vt ſapienter ab illo ſtridonenſi dictũ ſit, creatorẽ non in cęlo tm miramur & terra, ſole, occeano, elephantis, camelis, ſed in minutis quoq; aialibus, formica, culice, Muſcis, cutis ſententiæ alludit hipponenſis præſul, dicens opus creationis in qualibet minutiſsima muſca bene conſideranti ſtuporem mentis ingerit. nec defuerunt qui in ijs quàm in grandioribus magis meam potentiã ſunt demirati, ſic enim ad hæc proclamandum ſe accinxit Veronenſis

Plutarchus li. de odio, & inuidia dicit, dictorũ animalium cruorem, neutiquam commiſceri poſſe, ad formicam mittit pigros Salomon, cum dicit vade ad formicam o piger, & cõſidera vias eius dicit Aelianus formicas præſagire famem, quo tẽpore dicit admodũ eſſe laborioſas.

Ambroſius in Examero. Cryſoſtomus homi. ix. in Geneſim.

Salomon ſapientiæ. xj. quod quidã errantes colebant mutos ſerpentes, & beſtias ſuperuacuas. immiſiſti illis multitudinem multorum animalium in vindictam, vt ſcirent quia per quæ peccat quis, per hæc & torquetur.

Hierony. epitaphio Nepotiani.

Auguſti. xxij. lib. de ciuita. dei. & xxiiij. lib. illa animalia plus habent admirationis quæ molis minimum Gal. xvij. lib. de vſu parti.

UVA. BHSC. IyR_342

nensis ille, in magnis siquidē corporibus, aut certe maioribus, facilis officina sequa ci materia fuit, in ijs tam paruis, atq; tam nullis, quæ ratio, quanta vis, quàm inextricabilis perfectio, vbi tot lentus collocauit in culice, sed vbi vilum in eo prætendit, vbi gustatum applicauit, vbi odoratum inseruit, vbi vero truculentam illam & portione maximam vocem ingenerauit, qua subtilitate pennas adnexuit prælongauit pedum crura. hactenus ille, à quo minime offensam esse volo, qui cum facilem officinā grandioribus alatibus esse dixit, tolū fuit rhethoricatus, quoniā cū elepantorū docilitatē, liberalitatē leonū, vulpiū astutiam, canū fidelitatē enarrauit, quantū ego in ijs animalibus sim laudanda nō seguiter expressit, sed placet me in pusillis animalibus magis cōmendare, aduertite quāta industria, reflante vento, volet apes, quanta solertia flores, & succos alportant, quāto ingenio fauos cōfingunt, quanta prudentia suam rempublicam gubernant, & vt pericula vitent temporum naturam præsagiunt. Cæterum quid in araneo videtis, quod vos ipsos plane non reddat admirabūdos, orditur telas, tantiq; operis materiæ vterus ipsius sufficit, quod si in hunc quia vos nō vestit sed venenum immittit, oculos vertere recusatis, eos in vermiculum quē indum appellant iacite, cuius saliua vestiū quas sericatas appellatis est trama, turpis visu est hic vermis, sed me in illo, & illum in vobis (cū holosericati ambulatis) quis non admirabitur. Cæterum si quæ diximus animaduertitis, videbitis plane, nō fortuito vel casu sed indecibili vobis sapientia producta esse animalia, quæ ad vestros ō homines ipsa quam tantū inculatis produxi vsus. iuuat vos equus, & mulus ne pedestres ambuletis, taurus terram domat, aries alimentum & vestem præbet, nutrit caper & calceos largitur, fert onera camelus & elephantus, dat mel apis, & sericum dat vermiculus ille, dant aues cibum & medicinam, recreantq; vos aucupio multæ, multæ quod canoris vocibus auroram nuntiantes summum opificem laudant, & vestros auditus demulcent, dant medicamenta & quæ mare habet, & quę in terra degunt, grandia & pusilla, mitia & sæua. porro nec solum hos fructus ex animalibus aucupamini, sed ad multa quotidie vos instruūt, reipublicæ gubernationē docet apis, pudorem elephantus, fidelitatem canis, pudicitiam turtures, in parentes pietatem commēdat ciconia, ad solertiam vos cohortatur formica, resurrectionis ingerit memoriam bombyx qui texit sericum, ita vt bene dictum sit ab eloquētissimo illo præsule, cum sedetis vos mulieres, horum retexentes fila, quæ mittunt vobis seres, manifestam resurrectionis notionem accipite, sunt vero alia animalia quæ quæ vitare de beatis indicant, pestem quidem præsagiunt vultures & corui, venenum manifestant perdix, aquila & pauo, nec est cur obijciatis, multa animalia esse producta, quę vobis maius negotium quàm vtilitatem videntur prębere, vti sunt quæ iaculantur venenum, & truculentos dentes in vos immittunt, fateor quidem, nonnulla animalia esse, quę vos infestant & offendunt, sed hoc non citra causam factum esse intelligatis, nimirum vt vestra sapientia vel fide hæc vincentes maiorem gloriam indipiscamini, non eguisset sapientia homo si nil illum posset offendere vt ab illo docto viro proditum est, nata sunt etiam hæc animalia ad vestram correctionem, non ad deformationem, aut infirmis aut impijs plerūq; offensioni atq; terrori, sunt alijs vsui ita sunt hæc vt pedagogi paruulis, acerbi videntur & molesti, libertatem lasciuiendi negant, necessitatem disciplinę exigunt. Porro & in minutissimis animalibus qualis culex cimex & cantharis est, hunc vos infestandi inserui conatum, vt à superbia quā à vestro protoplausto hęreditatis, hęc contemplando vos subducatis, & qui ob potentiā superbit, vires cantharidis (quibus potest extingui) perpendat, & si sensus habet micam, seipsum clarius agnoscet, pulchre quidem philosophus ille tyrāno mortem minitanti respondit, magnum quid effecisti si cātharidis vim consequutus es. Cæterum si rationis fines vos non essetis egressi, nullum esset animal, quod vobis negotiū exhiberet. nunc vero (vt vestrum cognoscatis casum, & in fide proficiamini, ve-

Plin. xj. lib. cap. ij.

Proprio capite Aristote. Aelianus & Plinius.

Plinius de Araneo.

An sericæ vestes & bombycinę differant, videbis xiiij. Metho. in annotationibus.

De ijs proprijs capitibus vide Arist. & Plin. & Aelianum.

Basilius in Examero. viij. homilia.

Prædicta homi, Basilius de vulturibus, & de coruis Ambro. historia de noe.

Quod perdix manifestet venenū Aetius ex pisone, sermone primo quarte partis. ex alijs autoribus refert, quod diximus de aquila, & de pauone.

Basilius homil, iiij. in Exame.

Lactantius firmianus lib. de ira Dei cap. iij.

Crysosto. homi. ix in Genesim.

Cicero. v. lib. Tuscula.

UVA. BHSC_IyR_342

ni, vestræ vtilitatis est, quicquàm esse quod noceat, tantaq; potest esse vestra fides, quòd virulentũ nullum vobis nocebit. Cæterum si rationi qua ego vos dotaui semper innitimini, non est tam sæuum & tam truculentum animal, quod non possitis superare. porro & illius dignitatis quam per inobedentiam amisistis, & nunc aliquæ apparent vmbræ, nullum est quippe animal, quod nõ videatur hominem timere, & reuereri: adeo vt à quibusdã ex vestris sit dictum, elephantum homine obuio forte in solitudine, & simpliciter oberrante clementem placidumq; etiam demõstrare viã, eundem vestigio hominis animaduerso priusquàm homine intremiscere, dicitis, etiã de tigride, quę cum sit sęuissima fera elephantũ spernens, vestigio hominis viso eam transferre catulos: ad idem facit quod à vestris præcessoribus est proditum, leones non nisi magna adactos fame homines petere, tantumq; eos reuereri hominis sapientiam, quòd ægritudine eos corripiente ab eo petunt medellam. lupus rapacissimum animal si ab homine pręuisum se senserit deponit ferociam: & ex vobis sunt qui dixerunt serpentes nudum non attingere hominẽ: sed impręsentiarum hæc discutere nõ discerno, sat vobis sit pro vestra dignitate commendanda, quod ratione & ingenio dotati estis, quibus & omnia animalia anteitis, eaq; poteritis vincere & subiugare. ferocissimus & truculentissimus est leo, sed tantũ valet hominis ratio, quòd illum reddit mitem & cicurem. robustissimus multumq; sua proboscide minatur elephantus, sed facit hominis ingenium vt placide admittat sesorem. Cæterum si varia animaliũ genera meam potẽtiam & amorem quo vos afficio ostendunt, itidem & multijugę plantarum species, quas in terreno globo disseminaui manifestant, harũ multæ sunt ad saporẽ & nutrimentũ, multę ad odorẽ, aliæ ad recreandũ visum, aliæ ad tẽ perãdũ vtpote, quæ frigida aura quam aspirant, refrigerãt, vel cũ sint ignis esca calfaciunt. sunt aliæ ad tegumẽtũ, ad medicinã innumeræ, & qđ vos maxime deberetis admirari, quod tantillũ semen vel herba à lethali morbo vos potest vindicare, sunt etiã aliquæ plãtæ quæ & syderum ostendũt cursum, sunt etiã quæ suis cõiugibus placidæ vobis sunt ad exemplũ. Cæterũ vt omnia pluris penderetis, nõ omniũ plantarũ est vna regio ferax, cuilibet sunt suę dotes & munera, vt sic magis me admiraremini essentq; inter absentes cõmercia, essetq; apud indos quod europeos illuc nauigare, illosq; doceri cogerit. essetq; apud Afros quod peterent Asiani, si enim vna prouincia omnia supeditaret, essetis pigri, & prę ocio marceretis. mitto quòd cæli varia tẽperies, cuius opera ipsa nõ inhibeo huius fructus hanc regionem facit huberem, huius alteram feracem, si has vero pendetis causas, metallorum & præcioforum lapidum, quorum aliquos ex vobis magna tenet ambitio, ortus peculiares admiraremini, non vbiq; nascitur aurum, regioq; aurifera aliunde petit ferrum, quæ smeragdos habet aquam in crystallum versam petit ab alia: possem porro me in gemmis vnionibus & metallis laudare, & vos quibus hęc sunt genita ijs ad meam vos vocare contemplationem, sed me tędet, quòd multos ex ijs qui philosophiã profitemini, pręciosa metalla & gemmę tam cęcos & stupidos tenent, quòd potius illa in suam quàm in meam contemplationẽ trahunt, multa diximus quę vobis ob oculos ponunt, quàm sublimiter & vestro pręcipue vsui, quę vniuersus capit orbis per me sunt condita, quibus omnibus admodũ lucet, meaq; splendet potentia, sed in homine magis, sunt diuisim in illis, in homine, quem non citra causam magnum miraculum, omniumq; rerum mensuram, & microcosum appellatis coniunctim & integre, ordinatum cælorum motum admiramini, vestrũm este admiratores, quibus tãta est intellectus impartita perspicacitas, qua cęlos ipsos potestis penetrare, & vt rectę dixit apher ille doctissimus, tot tantasq; inuenit humanus intellectus artes, quas vel perficere vel alias denuo inuenire nunquàm desinit, miramini elementorum ordinem, sed vbi magis hoc potestis quàm in vobis, vbi magis quàm in cęteris rebus sunt attemperata, admiramini solertiã & industriam aliquorum animaliũ, sed quanti est hęc industria & solertia

A Plinius. viij. lib. cap. iiij.

Plini. proprio capite. Vide Eutebium historia Ecclesiastica xj lib. ca. iiij. Isidorus in Etymologijs.

B dignitas hominis maxima est ratiõ esse dotatum.

Plantarũ differentiæ

Cicero. ij. de Diuinatione.

De palmis hoc tradidere de agricultura scriptores, vt Leontinus & Vticensis, quare aliqui credi derunt, plantas sentire, hancque opinionem tribuit Platoni Plutarchus lib. de placitis philosophorum. Gal. tamen lib. de substantia. faculta. natura, aliter Platonem interpretatur.

Quod crystallus sit gelata aqua insinuatum est. xliij. Ecclesia.

Plat. lib. de scientia, vide quæ habentur libro an animal sit quod in vtero est.

De ijs vide quæ dixímus primo lib. de vsu part.

C

UVA. BHSC. IyR_342

& ſolertia,ſi cũ veſtri ingenij dotibus conferatur, miramini quòd ordiatur bõbyx veſtẽ ſibiipſi ſepultura, ꝙ mellificẽt apes, ꝙ veſtra verba conetur pſitacus, ꝙ mira induſtria nidos cõficiat hirundo,vos potius miramini qui ingenio & ratione omnia hæc præcellitis,ordiẽ telas bõbyx ſed vnigenas,vos multiplices & ad varios quidem vſus,mellificat apis,nõ tã ſuæ quàm veſtrę vtilitati,illaq; tãtũ vnũ dulcẽ liquorẽ parit, vos arte multos ſuccos paratis,& amara ſcitis edulcorare,chere qđ nõ intelligit ſonat pſitacꝰ, vos multiplici ſermone diuina exprimitis & humana ,& literarũ beneficio cũ abſentibus & vita defunctis colloquimini, nidos cõficit hirudo, ſed quos lapillus à vobis iactatꝰ poſsit diruere,vos fabricatis ſumptuoſa tẽpla pictoria arte decorata miras cõſtruitis ędes, tãquàm ſi ſemper vt dixit ille eſſetis victuri, atq; compaginatis naues, quibus veſtris finibus non contenti , magna audacia totius mundi circuitis plagas , vt poſsitis ſcilicet, & animalibus & plantis & metallis & tandem oibus,quæ fert terra & mare ,p veſtro libito vti. hæc cõſiderans ſtridonẽſis doctor ſapienter dixit,agamus gratias naturæ opifici,ꝙ nobis oritur dies,currit nox mutatur in requiẽ, ſplendore lunæ tenebre tẽperantur, & ortu & occaſu ſtellarũ tẽpora mutanť & redeunt,ꝙ nobis ſeruiunt pluuiæ,terra parturit, elemẽta famulantur, ꝙ tantæ animalium varietates,vel ad vehendum, vel ad operandũ,vel ad veſcendũ,vel ad tegumentũ,vel ad exemplũ , vel ad miraculum datæ ſunt, & ad extremum ꝙ nati ſumus,quòd ſubſiſtimus, quòd in mundo quaſi in quadã domo potentiſsimi patris familias procurationem gerimus,& totum quicquid in mundo eſt,noſtri cauſa intelligimus procreatum, hucuſq; ille,quæ aduertite & me nunquàm pro dignitate eſſe laudatam intelligetis.Cæterum quando in ijs quæ extra vos ſunt meam ottẽdi potentiam,& erga vos meã benignitatem,placet me in vobis ipſis magis & magis manifeſtare.dotati eſtis perſpicaci intellectu,cuius mirifica vi nõ ſolũ ſingularia ſed & vniuerſalia cognoſcitis rimaminiq;, corpora & ſpiritualia , conſideratis præterita, notatis præſentia,& aduertitis futura, eſt vobis memoria multarũ rerũ capaciſsima, inditam habetis voluntatẽ veſtri dominij indicem & libertatis. ſed de ijs iam ſupra aliqua,infraq; orationis ſerie plura dicã; quæ veſtri corporis ſunt quæ minime vos ſubterfugere poſſunt cõſiderate, cõtemplate humanã figuram omniũ figurarum excellentiſsimam erectam ſcilicet,quæ data vobis eſt in magnã & rationis, (qua à brutis diſcernimini) vtilitatem, ſi enim intellectus vt ſtagirita dixit vaſta corporis mole aſsideret põdus eum tardiorem redderet. mitto ꝙ ſenſibus ſurſum aſsidentibus, liberius & facilius eorum fungimini miniſterio, quapropter bene conſultum eſſe cẽ ſebitis, caput vtpote intellectus & omnium ſenſuũ cõceptaculũ in ſuperna fuiſſe locatum parte, vt intellectus nõ onere preſſus cõtempletur altius, & omnes ſenſus maiori intercapedine ſua munia poſsint exequi,quare neq; propter cor, neq; propter oculos, ſupremam partem tenuit hoc membrũ, notatis figurã humanã, conſiderate vultũ, in quo tantũ eſt decoris & honeſtatis, ꝙ ad ſui contẽplationem & ſapientes trahit & ignaros,quem mirantur homines,mirantur bruta,& quid mirabilius, ꝙ cũ in facie ſint decem , aut paulo plura mẽbra nullus duas in tot millibus hominũ indiſcretas effigies exiſtere,ſed ad faciei cõſiderationem recurrat ſermo,quid illam nõ venuſtat,venuſtat illam frons hilaritatis & ſeueritatis index,in aſcenſu eius ſuperciliа,& pariter & alterne mobilia,quibus negatis & annuitis,ſubiacent oculi,pars corporis precioſiſsima,& qui lucis vſu vitam diſtinguit à morte, per hos tã puſilla mẽbra ingentes montes quodammodo poſſe ingredi fatemini, in ijs animum dicitis habitare, hi ſunt indices eorum quæ mens ſecreta tenet, ſed de facie ſatis, intra quam quid eſt quod nõ ſit dignum admiratione,eſt quippe cerebrũ in quo eſt altera facies, ea ſcilicet quæ animæ eſt, quæ multoq; ea quæ eſt corporis eſt præſtantior, conſtat hæc ex fronte oculis ciliis, & naſo, conſtat illa ex ſenſu & memoria ex intellectu & voluntate, eſt etiam intra faciem lingua prudentię miniſtra, & mẽtis interpres,quæ

Gale.primo lib. de vſu part.

Picturam eſſe artem liberalem, oratione ſuaſoria eſt ſcriptũ, quod noluit aſſerere Seneca.lx. epiſt.

Seneca in medea, audax nimium,qui freta primꝰ, rate tam fragili perfida rupit.

De megarenſibus diceba tur,ædificant quaſi ſemper victuri, viuunt quaſi altera die morituri.

Ouidius.xv. metamor.

Sanctius his animal,mentiſque capacius altæ, durat adhuc,& quod domi nari in cætera poſſet,natus homo eſt . ſiue hunc diuino ſemine fecit ille opifex rerum mundi melioris origo.

Vide quæ diximus. iij.li. de vſu part. Ariſt.iiij.lib.de parti.animalium.

Vide quæ habentur in annotationibus in octauum lib.de vſu part. Pli.xj.lib.cap. xxxvij.

De ratiõe videndi vide, quæ diximus in anuotationibus in ſeptimũ lib. de decretis.

Gale.xvj.lib.de vſu part.

UVA. BHSC. IyR_342

præter rationem nil æque à brutis vos discernit. Possem dicere de reliquis membris & maxime de corde & iecinore, quorum vnum vitalis facultatis est origo, alterum nutricis facultatis officina, multa de hominis fabrica dicere possem, in qua vel vngues vel pili bene considerantì adferunt admirationem, sed supersedere placet, quia quæ diximus ad commendandam humanam fabricam sat esse intelligo. Cæterum si hominis dignitas tanta est, si tantus est eius ornatus, & decus, probabitis illius Sarraceni sententiam, qui interrogatus, quid in mundana scena admirandum maxime spectaretur, nil spectari admirabilius homine respondit, quem creaturarum internuntium, superis familiarem, regem inferiorum, sensuum perspicacia, rationis indagine, & intelligentiæ lumine, meæ ipsius interpretem, stabilis æui & fluxi temporis interstitium, dixit, hoc vero tantum animal, tantis numeribus à me decoratum, tantis dotibus à me insignitũ, an ioco vel serio fuerit fabricatũ, se nescire magni nominis philosophus (videte quo tendat aliquorum philosophantium stulta præsumptio) in suis scriptis ausus est exarare. hoc illud est humanam naturam sua natura esse sapientem, omnigenijsq; scientijs imbutam, & decoratam. quid cõditum in orbe serio esset, si homo propter quem omnia, quodam factus esset ludo. Cæterum sat ad vos persuadendum extollendaq; munera, quibus (me autore) insigniti estis, sufficiũt philosophi quas hactenus prompsi rationes, modo auribus expurgatis candido & non refractario eas exceperitis animo. quòd si quę dixi attente percepistis, intelligetis recte dictum esse ab illo sapiente, Deum hominem fecisse rectum, & ipsum infinitis se miscuisse quæstionibus. Cæterum vt beneficia quibus vos sum prosecuta, & quorundam vestrũm ignorantia magis pateat, omnia argumenta, omnia tela quæ in me insipienter ausi estis vibrare, repellam, & elidam. quę vero iam facta commendatione sunt exposita, non est cur reuellam denuo. attendite igitur animum, & quando vestra interest, memorię hęc mandare, non somnolenter & oscitanter percipiatis, vestra porro fuit querela, quòd non omnes regiones media temperie gaudeant, sed in vnis vigeat æstus, in alijs magnopere torqueat frigus, videte vestram querelã si vbiq; vigeret summa temperies, quę temperata esset regio, qui cognoscere possetis, neque vbique vigente temperie, tot in vestrũm vtum essent creata, nam multarum rerum terra frigida est ferax, quarum temperata (si qua est) prorsus est inops multisque terra calida est fertilis, quę temperata non posset parere, suntque mores pro varia regionum temperatura varij, quorum varietas orbem decorat, meamq; potentiam magis manifestat. Quòd mare multa occupet, & cum periculo nauigetis, dicitis, propter vniuersi pulchritudinem, & vestram vtilitatem creatum est mare, nam non pauca ad alimentum, ad tegumentum, & ad lumen, & ad medicinam vobis illud ministrat. Cæterum cum ingenij solertia quam vobis sum largita, nauis compaginandæ formam, veli à tantillo semine producti vsum, magnetis ad polum aspectum, quę veluti terrestre quoddam sydus cęlestium syderum ostendit cursum, reperire potuistis, plus me in mari laudare quàm vituperare debuissetis, quòd si piget vos nauigare, quis vos compellit, nisi vestra libido quę & ad æthera vlq; turrim construere vos mouit? satisfeci huic querelę illam de syderum & aliquorum animalium noxijs hac parte præteriens, quia in commendatione abunde vobis satisfeciisse video. est alia querela, q̃ rem noxiam solo instinctu caueat brutum, homine omniũ rerum ignaro, aduertite quòd in vobis viget ratio, qua quicquid noxium est cauere potestis, sed conficitis vos quędam quæ cauere vix hominum prudentię est, genita quippe sunt venena, sed quis modum adhibendi inuenit præter hominem, vos vt ille dixit sagittas inficitis, & aliquid veneno nocentius datis, creata sunt venena, sed in vestram vtilitatem, morbis multis medebitur arsenicũ quibus interdicitis vinum multis opitulatur cicuta quibus noceret mel dedi vobis artem qua attemperetis venena, vt morbos qui vobis venena sunt, quos vestra intẽperantia gignuit propulsetis quòd

Vide quæ exponendo Platonẽ de vnguibus diximus primo lib. de vsu par. vngues nutriri & sentire sensit. ij. lib. de anatomicis administra. Gal. cui noluit Vesalius subscribere pri. li. de huma. corporis Fabri. cap. xxxiiij. Sarraceni sententiã vide apud Picum, oratiõe de homine.

Plato dialogo. vij, de lege.

Scripsit Plato lib. de anima. scientias esse recordationes: aduersus quem in annotationibus.

Ecclesiastes. vij.

Responsio ad fatuos hominum de natura querellas.

Quia ex lino fiunt vela, Plin. xix. lib. in procemio. miratur, sic dicens, tam paruo semine nascitur quod orbem terrarũ vltro citroque portat.

Pli. xviij. lib. in proemio. & ij. lib. cap. lxiij.

UVA. BHSC. IyR_342

tis. Quòd brutis sint suæ ingenitę artes me incusatis, brutorũ aĩaliũ cuilibet est vna ars, vobis sunt multæ, ablq; præceptore multi multa repererunt, quotidieq; inuentis sunt incrementa, illæ vero brutorum artes vestro præcipue sunt vsui. nam quod est animal cuius ars vel industria vel labor non sit in vestrum obsequium & vtilitatem? Quòd humanũ genus imbecille & ad multos morbos procliue produxerim opponitis. ò querulum genus quod cum fragile se esse conqueratur, nunquàm non est superbum supercilioium, creati fuistis in honore, quem præ arrogantia vestra nec tantillo tempore custodire voluistis, queritis nunc amissum illud decus, robur, sanitatem perpetuam vt magis scilicet & superbiatis, & efferamini? cõsideraſſe vobis præstitisset, quando ad patranda vitia tam proni estis, vestræ vtilitatis esse è propinquo habere, quod vos offendat & vrgeat, tacit nempe valetudo siniſtra, ne præteriti lapsus sitis immemores, coercetq; vos, nec sinit libere in vitia prorũpere, vt sæpe solet prospera valetudo, quæ quidem carnem extollens deprimit mentem, & expresse facit libidinem, & tandem vitiorum laxat hauenas. multos quippe qui ad meam contẽplationem sanitas trahere non valuit, valetudo traxit aduersa, hęc tanquàm pedagogus vos docet, hæc terrena despicere cogit, & carcerem, & ergastulum quo vestra quodammodo deuincitur anima reddit facilius, quid enim facit morbus, quàm viam virtutis reserando, excitare vos, vt sanitatem corporis, quæ cum dominatur morbidam reddit animã præ hac nihili pendatis, quòd si hæc aduertitis, nõ me incusabitis, quòd diuturniorem vitã brutis animãtibus quàm vobis concesserim, quoniam quod vos à brutis discernit, quod vestram dignitatem extollit, non quælibet vita est, qua gaudent muscę & formicæ, sed est ratio, qua vt iam audistis superastis bestias, & vos sactis immortales, nempe tempore quo tabernaculum quo induitur anima, vt illius philosophi verbis vtar dimittitis: terrenam fragilem & perituram vitam cũ cælesti firma & immortali commutatis, quòd si vobis terribilis est mors, & à quodam vestrum dicta est terribilium terribile, ideo est, quia hæc caduca & lutulenta magis quàm immortalia & cælestia delectant, multi enim quibus terrena fuerunt despectui, mortem tanquàm laborum portum & solatium optasse vos iam legistis, atq; in argumentum quòd mors timenda non sit considerate, quod dixit academiæ primas, naturalẽ scilicet mortem potius esse cum voluptate quàm cum dolore. Cæterum iam quòd fateamini, vitæ diuturnitatem quomodolibet esse apprime optandam, non est quòd conqueramini, me longiorem vitam brutis animantibus quam vobis dedisse, etenim quę de coruo quæ de cornice quæ de ceruo à multis sunt prodita, poetarum sunt fabulę, non enim tantum horum animalium producitur vita, quantum illi scripserũt, verius quidem locutus fuit subtilis philosophus, qui plus temporis viuere hominẽ, quàm quoduis animal excepto elephante dixit, neq; hic prorsus scopũ attigit, quoniam & diutius elephantis homines vixere, porro quàm longam vitam ante cataclismum homines vixerunt, iam scitis, scitis etiã & illo translato, fuisse qui fere quatercentos attigere annos, quos attingere elephantum vestrũm cõcesit nemo. etẽm hunc viuere tercentos annos propter artuum compagem nullos articulos habentẽ exararunt quidam, qui quanuis eruditi, à vero prorsus aberrarunt, cum artuum compago (quæ & in elephantis non est) minime ad vitæ diuturnitatem agit, nec illius subtilis philosophi dictum est excipiendum, qui ob fellis carentiam tantum viuere elephantos scripsit, vesica enim fellea vitæ diuturnitati non ponit obicem, quem si poneret, homo & quę fellem habent animalibus felle carentibus non essent diuturniora, quòd si quęritis, cur hominum vita, quæ vt iam dixi primis illis seculis erat validior, vegetior & diuturnior, nunc in præsenti sic labefactata & imminuta est, scitis quòd illud tempus quo terra ab hominibus erat implenda, hominum maiorem vitę diuturnitatem, quàm prę sentem (quo iam ferme impleta est) desiderasse, dent nuper natis iam decrepiti locum, alias omnes inedia perirent, sic enim omnia com-

A. Vide que diximus in annotationibus in primũ li. de vsu parti. ex Platone, Aristot. & Gale.

Basilius concione quod Deus non est autor malorum, Deus morbos inducit ijs, quibus vtilius est, vt membra impedita habeant, quam vt animos ad peccandum impeditos non habeant, vide Crysost. epist. ad Thimoteum. qui quãuis virtutis amantissimus ventriculi affectu laborabat. Plato in axiocho.

Ab Aristo. hecticorũ. iiij. lib. cap. vj.

B. Ambro. lib. de bono mortis quid est quod hęc vita delectat, in nocte dies desideratur, in die nox quæritur, ante escã gemitus, inter cibos fletus, lachrymæ, dolores timores, solicitudines.

Vide Plutarchum oratione ad Apollonium.

Multa de ijs, primo aphorismo primæ sectionis.

Arist. v. lib. de genera ani. cap. x.

Basilius. ix. homilia. in examero.

C. Aristot. lib. iiij. de parti. animalium quod nõ videatur esse ex sententia Theophra. quod in Tusculanis dixit Cice. quod questus fuerit, quod vitã longiorem dederit brutis animantibus quam homini, primo aphoris. primæ sectionis diximus, quod Theophrast. tribuit Cicero tribuit Themistocli diuus Hierony. epist. ad Nepotianum, forsam textus Ciceronis est depravatus. Seneca Aristotel. tribuit, quod Theophrast, tribuit Cicero.

Vide Cyprianum ad Demetrianum.

UVA. BHSC. IyR_342

mensuraui, quòd & in brutis animantibus, illa quę paucam habent prolem longiorem vitam ducunt, quam illa quæ prolis sunt numerosioris, & quæ sunt faciliora captu sunt fœcundiora. Cęterum si pro meæ voluntatis imperio volui, vt breuius vitæ metam (quę non est nisi quędam peregrinatio) curreretis, satis ipsa miror, quod vitam vobis minui dixeritis, eo quod pejus nunc influunt astra, & eo quod cibaria minus alimentum nunc sufficiunt, quod de astris dicitis supra est satis refutatum, quod de cibarijs asseritis citra rationem est creditum, terra quippe bene culta à superioribus causis, ęque adiuta cur paucioris nutrimenti erat cibaria productura, neque inundantes aquæ alimentorum commoditati tantum obfuerunt, videtis vos agros quos aquæ quotidie irrigant, satis affluenter fœcundare, quòd si cataclismus tantum obtuisset, illico tunc cum transijt, terrę infertilitas magis esset dignoscenda, quam nunc vbi vi solis terræ redundans humiditas iam est exhausta. Cæterum quòd ob prauam viuendi rationem multi propriam labefactent valetudinem, vitamq; reddant breuiorem, non est cur diffiteamini. Certe si ea temperantia quã in vestris profitemini scholis, homines se gubernarẽt, multi illos annos quos psalmographus & multi philosophi definierunt attingerent, quoniam & nunc regnãte ingluuie, humanoq; artus quotidie quatiente libidine, vltra septuaginta annos vitam incolumem multi agunt, q; si in distemperatis regionibus celerius homines videritis oppetere, non est cur hinc colligatis, vitam in omnibus fieri breuiorẽ, quoniam & olim vbi distẽperata est regio, breui homines excedebant. sed trãseo ad alia. Quod vos nudos genuerim, brutaq; animãtia vestita & armata produxerim me inculatis; ô omnium animalium ingratissimi, non aduertitis, q; vt optime quidam ex vestris dixit, cætera animalia vnum auxilium habent, idq; nullo pacto possunt permutare, sed quasi calceata semper dormire, ac omnia agere, nec vestitum vnquam deponere pleniorem, nec arma mutare, quæ semel acceperunt necesse est, at vobis multa habere auxilia licet, eaq; subinde mutare, arma etiam quę velitis, & vbi velitis capere potestis, manus enim, & vnguis est, & vngula, & cornu, & hasta & ensis, & quodvis aliud genus armorum, aut instrumentorum, quippe quæ omnia hæc sit, & sumere potest & tenere, addite quod est vobis ingenium, quod vos armat, induit, & decorat. hoc enim facit omnium animantium vestes, & tegumenta vobis esse propria, & brutis aliena, nõ quãto tempore cupit, lana potitur ouis, sed quantũ humanum permittit ingenium, corio vestitur bos nõ pro libito, sed quantũ est hominum votum, mutuata hæc habent brutæ animãtes, cum fœnore vobis reddunt. Cæterum si tantũ valet ingenium, & eius subtilitas vt quidam eorum qui me criminãtur asseruit ex cutis tenuitate & mollicie ,pficiscitur, nõ fuit vobis magis operępretium, subtili ingenio à molli cute procreato esse dotatos, quàm ingenio crassissimo, & duro tegumento. sed vt in ijs non hallucinemini, sciatis velim, eos etiam toto cælo declinare, qui cutis molliciem esse ingenij subtilitatis causam docuerunt, signum quippe esse, quia optimam temperaturã, tenuesq; humores & subtiles spiritus indicat, erudite à subtilissimo illo philosopho est pronuntiatũ. Cæterum quia externa membra plurima parte cordis emulantur temperiem, ideo quibus cordis caro est mollior, ijs animi maiorem subtilitatem merito idem philosophus tribuit, hos tamen academicus ille esse obliuiosos, licet ad percipiendum sint celeres nõ sine causa dixit. Etenim quod cito figitur, facile excidit: addite q; vt prudẽtissimus dixit ille theologus, quod sine sudore addiscitur, nõ tãta aduertentia menti insinuatur, quàm quod multo puluere est acquisitum. Est alia obiectio, quod sciat brutum animans quibus medicamẽtis ab ægritudinibus releuetur, vobis sine institutore nil attingentibus, grauis quidẽ querela philosophis tamẽ indigna, esto eñ q; diptamnũ remediũ præsentaneum aduersus venenũ agnoscat ceruus, chelidoniũ ad vlum reperandũ agnoscat hirundo, fœniculum serpens, vos industrij & ingenij perspicacitate plura nõ reperitis, quare non a

est

Scripsit Vasæus in suis cõmentarijs, vidisse hac ætate hominem, qui vidit virum tercentos annos attingentem.

Arist.iij.lib. de Part.ani. cap.x. & Gale. primo lib. de vsu part.

Plin.xj.lib.cap.xxxvij.

Arist.ij.lib.de anima.

Libro de scientia Plato Basilius, iij.homil. in Examero. vide Isidorum libro de summo bono.

UVA. BHSC. IyR_342

eſt etiam q̃ queramini, quòd clyſteris vſum, fundę venæ vtilitatẽ à brutis acceperitis. Cæterum varia curãdi genera addiscere felicitatis eſt, quanta vos brutis ignota (ingenio & sagacitate, qua decorati eſtis) quotidie attingitis, nec placet q̃ clyſteris vſum, fundendæ venæ cõmoditatẽ brutis ascribatis, fuerut quippe viri meæ ipſius cultores, & assidui admiratores, qui hæc & multa alia hominum sanitati vtilia reperierunt. nõ enim ille chous ab ibi, nec ab hippotomo mutuatus eſt eruditionẽ, quippe tã sublimi & felici ingenio fuit natus, q̃ hæc & potiora ſua perſpicacitate penetrauit, ſed eſto ab ibi, ab hippotomo illu fuiſſe doctum, quã in me vibratis querelã quæ animalia ꝓduxerim ad hæc & alia inueniẽda remedia vobis opitulãtia? Quod de ſermone dicitis veſtrã ingratitudinem indicat, deberetis me ingẽtibus vehere laudibus, q̃ ſermonẽ mentis nuntiũ, rationis interpretẽ, ſocietatis vinculũ, humanarum diuinarumq; rerum enarratorem vobis dederim. Queritis quòd vos illico proprias vt bruta nõ fundatis voces, conſiderate, quòd ab ipſo ortu voces quales & bruta edunt fundit homo, plorat & deinde ridet, deinceps ſermonẽ nulli brutorũ animalũ conceſſum edit, qui cum nõ vnius modi duntaxat ſit, ad docẽtis modũ, vt multa alia illi inferitur. Quod homo in libidinẽ ſit bruti ꝓpẽſior ſertis ęgre, nil quàm delitijs & voluptatibus frui multi veſtrũ habent antiquius, & voluptuoſę vitę (qua tantum gloriamini) mihi ingeritis culpam, inſerui animabus veſtris rationẽ, qua intelligere tis quo huius ſeculi futiles & fugaces dolorum ſępe procreatrices tendunt voluptates, vos vero veſtrũm obliti, delitijs vos delinitis, adeo q̃ ſi ille fugitant celeriter, vos verſus eas curritis, non vos ſubducitis a voluptate malorum eſca, ſed in eam totũ animũ intenditis, & veſtrorũ vitiorũ me facitis ream; nam ſi ad voluptates pronos vos feci, innatum contra has vobis dedi propugnaculũ, nec male vobiſcum actum eſt, q̃ quædam voluptates vos alliciant, & excitent, nã licet voluptates prorſus ſequi eſt beſtiarum, eis nullatenus titillari eſt ſenſu carentium, quare ſine ijs breui vita extingueretur. qui enim eſuriens ad cibum accedit, propulſando tamen, quę triſtis ſenſus eſt, accepto cibo obiectatur, atq; vt ſic ſeipſum homo tuetur, tuetur itidẽ & ſpeciem cum voluptate ductus rem veneream agit & ſibi ſimile procreat. Cæterũ quãtumuis hęc voluptas ingens ſit, & magis prę alijs hominem capiat, & irretiat, quæ in me merito vertetur querela, quę hãc taliter vobis inferui, q̃ ſi illius tędet poſitis ab illa abſtinere, & pudicam vitam ducere, quare nõ eſt cur dicatis, non poſſe moleſtias venereas grauem carybdim vitare, ſi in cõnubium voratricem ſcyllam nõ inciditis. Cæterũ & qui de connubio tam male ſentiunt ſunt prorſus explodendi, & exibilandi, quando mulier viri eſt adiutrix, comes fidelis, vtiliſsima ſocia, dulcis iuuentæ ſodalis, ſenectutis ſolacium, ſanitatis oblectamentum, & morbi remediũ, generis mariti propagatrix, & educatrix, atq; vt in ſumma dicam, peccati (quod res venerea ſępe ſolet trahere) vnica expultrix, ſunt tamen quidam prorſus emolles, nil minus quàm viri, qui cum à vitijs nec pauxillo tempore abſtinere ſe valeant, ſintq; mille vitiorum notis ſcatentes, tantillam in vxore labem ferre non poſſunt, & cum ipſi ſemper ira, libidine, auaritia, & loquacitate, ſeipſos maculent, vxorem ſeruos merito obiurgantem vocant iracundam, quæ ſe honeſte decorat laſciuam, eorum quæ domi habet cuſtodem, auaram, illam tandem quę vt prudens mater familias à miniſtris petit rationem illiſq; imperat loquacem, nõ vos mouent quàm inſignes & illuſtres fœminæ ſupra mollem ſexum aſſurgentes geſta fecere præclara, quibus ſeipſas genuit q̃ ſuum virorũq; decus pulchre extulerunt, taceat igitur Bion, ſileat ex leſbia philoſophus, qui ſic in matrimonium fuit inuectus, pulchra cito adamatur fœda facile cõcupiſcit, difficile cuſtoditur quod plures amant, moleſtum eſt poſsidere quod nemo habere dignatur, minori tamen miſeria deformis habetur, quàm formoſa ſeruatur, nil tutum eſt in quod totius populi vota ſuſpirant, alius forma, alius ingenio, alius facetijs, ali⁹ liberalitate ſolicitat, aliquo modo expugnatur, quod vndiq; inceſ-

Cicero. ii. lib. de natura deorum, & Gal. in introductorio & Plin. lib. vij. cap xxvij.

Quintilianus. ij. inſti. cap. xv. ipſa ratio neque tam nos inuaret, neque tam nobis eſſet manifeſta, niſi quæ concipimus mente, promere etiam loquẽdo poſſemus.

Plato in Thimæo verborum effluxio eſt miniſtra prudentiæ.

Erraut qui putant, vnum ſermone hominẽ eſſe propriorem alio, quare id quod dicit Herodotus. ii. lib. quod ſermo Phrygius eſt homini proprior non eſt accipiendum, de ijs multa in meis quinquagenis.

Plato dialogo. iij. de iuſto.

Iuuenalis Sary. vj ſemper habet lites alternaque iurgia lectus, in quo nupta iacet, minimam dormitur in illo. tunc grauis illa viro, tum orba tigride peior cum ſimulat gemitus occulti conſcia facti.

De illuſtribus mulieribus Plutarchus.

Vide dilemma bionis apud Laertium, philoſophus Leſbius fuit Theophraſtus qui lib. de Nuptijs (vt habetur apud Hieronymum primo aduerſus Iouinianum) dicto fuit verſus argumento.

UVA. BHSC. IyR_342

Aduersus Theophrastum scripsit mulier, teste Plinio in præfatione.
Herodotus primo libro ad id alludit illud, sublata lacerna omnes mulieres sunt æquales licet æquales quo ad vultū interpretentur alij.
Seneca epist.cxv.
Claudianus primo libro viuitur exiguo melius, natura beatis omnibus esse dedit, si quis cognouerit vti.
Pli.ix.lib,cap.xviij.
Seneca epist.cxv.
Iuuenalis.sed iam serpētum maior cōcordia parcit cognatis maculis simi lis fera, quando leoni fortior eripuit vitam leo.
quo nemore vnquam expirauit aper.maioris dentibus apriast homini ferrum lethale inuide nefanda.
Manilius lib.ij astronomi idcirco nihil ex semet natura creauit pectore amicitię maius, nec rarius vnquam. sed vt dicit Hieronymus amicus diu queritur vix inuenitur difficile seruatur.
Vide quæ diximus lib. de inæquali intemperie.
Basilius concione de inuidia dæmone interuenien te & non alio modo dicit fieri effascinationem.
Gal,lib.de inæquali intēperie negat quod homo homini sit venenum.
Aetius aliud sensit.
Ob velocem imaginatio nem quæ est in homine plures in homine quam in cæteris animalibus differentiæ.
Plin.vij.lib.cap.iij.
Pigmeos esse ex Brutorum genere affeuerant aliqui, quos esse erectæ figuræ non negant: serpentem ante lapsum primi hominis erectū fuisse dicit diuus Basilius concione de paradiso: vide quæ de ijs diximus, iij. lib.de vsu par.

situr, hucusq; ille, qui dignus fuit in quem mulier armauerit calamum, qui tam debilem putauit pudicitiam, quòd vel facetijs repugnare non posit, putauit quidem, vt alter maledicus mulierem cum veste deponere pudicitiam, quòd pluribus quàm brutę animantes vos vtamini cibarijs me criminamini? legitimum crimen, quod sic redarguit autorem, humana natura tam paucis ac brutorum conditio posset latisfieri, vestram gulam omnia quę terra supeditat, neque quę mare habet saciare possunt. panem & aquam vt dixit Cordubensis ille desiderat natura, vos mille reperistis obsonandi genera, coquis vt dixit alius triumphi parantur, ob ventriculumq; nauigatis ad phasim, ob illum quotidie auaritia torquemini, sed iam quòd plura quam bruta vos alant cibaria, quæ in me querela? cum ex hoc laudibus me afficere deberetis, q; illis vtpote brutis pauca dederim, vobis vtpote ratiōe vtentibus multa creauerim, illa quę dura natura sunt dura cibaria arte non edomita alunt, quod si & vobis nulla arte parata sufficere possent, volui tamen vt inueniretis artem, qua amara possetis edulcorare, & emollire dura, quod ob beneficium grates deberetis agere, & non reprehendere. Quòd tot litium seminaria vobis dederim, brutis intra suam speciem non dimicantibus estis queruli, in vos potius fundite querelas, qui optimam corrumpitis naturam, qui dominandi cupidine, vel luxuria vel ambitione quapiam inimicitias ducitis, & amicitias dirimitis. Cætera porro animalia quibus victus solum cura est, solent ob victum dimicare, vos quibus est natura celsior in multa vertitis animum, quòd si anniteremini rationi, nil pulchrius quàm mutuam beneuolentiam duceretis, abutimini vero excelsis dotibus & leuissima de causa excitatis rixas, & ob naturæ corruptelam intra vos ipsos est perpetua pugna quam in me in vos tam beneficam, tentare non erubescitis. Quòd homo hominem vilu lædat, nullumq; ex cæteris animantibus ijs quæ suæ speciei sunt sit venenum duro fertis animo, vnde vobis constat, leonem, vel equum vitiosis humoribus scatentes ijs quæ suę speciei sunt non posse incommodare? quod vero de effascinatione quam ab hominibus sanis proficisci dicitis plane est absurdum iureq; merito ab illo christiano oratore est explosum, nec morsus hominis virulentus est nisi homo liuore vel maleuolentia affectus turpi & iniquo sermone linguā (quę nil est frequentius) vibret & alios lauciare nitatur. hic enim morsus: morsu aspidis & dipsadis solet esse peior. Quòd plura gignantur in specie humana monstra quàm in cæteris animantibus ex vestris est querelis, tollite ex vobis celerrimum imaginationis opus, & non tot nascentur mōstra, nam eo quòd tempore concubitus magis diuertitur homo, ideo humanis fœtibus plus solent accidere vitia, mitto quòd fœtationis tempore à venere abstinent brutorum fœminæ, mulieres vero gerentes vterum nullum tempus excipiunt. quod si ob dictas causas plura monstra in humana appareant specie, vestrum irrequietum animū & non me qui imaginatricē prōptā vobis dederim culpate, culpate item vestram inexhaustam libidinem, & non me quę rationem appetituum moderatricem (si ei obsequi velletis) vobis donauerim, cæterum in humana specie plures nani quàm in cæteris apparent speciebus ob perfectissimam figuram, qua cætera animalia superatis, maior enim vis ad figuram erectam quàm ad cęteras exigitur, quare natiui caloris dispendium in hominibus quàm in cæteris animantibus magis apparet, si enim natiuus brutorū calor sursum niteretur, non minus in producenda figura laberet, sed præstat vos tā præstāti figura esse licet habeatis nanos, quàm vobis aliā figurā habētib⁹ illi nō essent, q; plures voluptates vobis quàm brutis fuerim largiat, & ex illis sæpe mortem concitari durum vobis apparet, plura vobis quàm cęteris qui dignitate vestra continetis omnia merito erant tribuenda, atq; ne voluptates vltimum felicitatis scopum arbitraremini, decuit earum insidias ob oculos vobis ponere, sic enim edocemini, has nihili pendere, & ad non perituras anhelare. quare & in medijs gaudijs in summis delitijs, multi animam efflarunt, quod satis vobis ostendit

UVA. BHSC. IyR_342

dit huius ſeculi letitijs minime fidendum, ſed eo dirigendum animum, vbi non fallaces nō fucatæ ſed citra mœrorem gaudia vigent: perit gaudio ſophocles. perijt Dionyſius, perijt policrita, quid hinc, niſi vt diſcatis perſonata eſſe quę vos vocatis gaudia. Quòd multorum animaliū velocitatem, & volandi vſum, vobis non conceſſerim, fortis inique. ſed hanc querelam & illam qua plures deſiderabatis oculos, & plures manus, abunde in vos mea retorſi commendatione, id quod de hominis fabrica quidam auſi ſunt criminari, perite quidem multi medicinę ſtudioſi eruditis libris retellerunt, qui porro petit feneſtratum ventrem, vt quæ negotium faceſſunt educerē tur, quid niſi gulę laxādas hauenas prę̄ſtolatur, vt ſcilicet ſine timore ſe ingurgitet & infarciat, ſi enim nunc vbi non citra timorem ventriculo ſatiſfacitis, non vultis tenere modum, quid faceretis, ſi propulſato timore indulgeretis gulæ & ganeę, ſane (vt veſtra ingluuies eſt) repleretis ventriculū, illicoq; eum vacuaretis, vt edēdi & ingurgitandi nunquàm non eſſet locus: reliquum eſt, vt deſideretis, vt voluptuarius ille guttur lōgum, vt pluri tempore ciborum ſapor vos oblectaret, ſed ineptus ille, quia nec guttur longum facit ad oblectamētum, nec eſt in grue tam guttur longū quàm gula in eo quod opponitis. Quòd cum iuuat viuere, hinc migrare iubeo, & cum longis morbis vel alijs calamitatibus oppreſsi optatis mortem, illa recedit, veſtrā ignorantiā oſtenditis, quādo nullo modo poteſt vobis eſſe cōpertum, q̄ viuere vel mori iuuet, quid em̄ poteſt eſſe ſtultius, quam hominē mortis horā velle ſibi prę̄ſcribere. Quòd nō oēs hoīnes tēperata natura, & pulchra forma & figura ꝓcera creauerim me notatis, notate vos potius, qui cū philoſophiā profiteamini, tātum ab ipſius inſtitutis declinatis. iam vobis patefeci decens fuiſſe, non vnius duntaxat temperaturæ eſſe regiones, quòd ſi decuit has multijugas temperamentotum differentias fuiſſe ſortitas, neceſſum fuit, & hominum temperamenta multiplicia eſſe, quando pro regionis temperie hominum temperamenta plurima ex parte variantur. Cæterum nō dedecori, ſed potius orbis venuſtati, tam multiplex eſt hominum temperatura, nam ad multa vtiliores ſunt calidum & ſiccum temperamentum nacti, quàm qui media temperatura gaudent, ad aliqua magis idonei qui melancholici vocātur, quàm qui dicuntur temperati. Cæterum cum ex aeris temperie ex ipſoq; hominis genuino tē peramento, oboriatur hæc vel illa forma, hęc vel altera figura, cōſequēs eſt, quòd ſi decens fuit multas eſſe temperamentorum ſpecies, conueniens fuiſſe formas & ſtaturas fuiſſe multiplices, addite quòd nec omnibus placet ſtatura procera, quam ingenij acumini eſſe impedimēto aliqui crediderunt, quare cum ijs eſſet querela, ſi alia figura quàm procera non eſſet, pulchritudo, etiam vultus non omnibus eadem nam aliquibus ſimus naſus eſt pulcher, alijs aquilinus, vnis oculus cæſsius, alijs niger. ſed ſit quòd omnes in pulchritudine & ſtatura cōueniant, qui minime pulcher eſt male ſecum actum putauit, quòd venuſta facie & figura procera non fuerit creatus, atqui ſi conſiderat nō ex corporis, ſed ex animæ pulchritudine vim hominis eſſe penſandam, non in fragile munus, quod morbus, vel diſtemperatus aer, vel cibus, vel ſaltē ætatis ductus corrumpere ſolet, ſuum intuitum (ſed in animæ pulchritudinē in dies ſe augētem & decorantem nunquàm perituram) collocaret, quanti eſt facienda corporis pulchritudo, qua dotatur inſanus, qua perditiſsimis moribus affluēns gaudet iuuenis, qua vir ingenioſus eruditione inſignis morum integritate ſplendens ſępenumero non poteſt gloriari, porro non citra cauſam, multi quos vos malemeritos dicitis pulchritudine ſunt venuſtati, vt liquido ſcilicet aduertatis, non ex eximijs muneribus, quæ benigna vobis ſemper impartior pulchritudinem eſſe, etenim ſi quis à vobis ſciſcitaretur, an ſenectus in qua tam purum, tā defæcatum eſt iudicium ſit vitio aſcribenda, ſolaq; iuuentus vbi vitia virent, vbi vitiati mores affluunt laudanda, nonne hoc non abnueretis, verum quis it inficias, iuuentutem ſenectute homines pulchriores reddere, atqui ſenectus animæ pulchritudine ornatior, cæteras ætates

Hic eſt inſerta querela. cur mortis hora homines latuerit. reſpondet Plutarchus oratione ad Apollonium quia ſi præuidiſſent mortem, nonnulli mœroribus contabuiſſent ante mortem di ceſsiſſent hæc ille, ſed potior eſt cauſa, vt mortem ſemper meditantes, viua mus tanquam hodie morituri, & vnum putemus diem, nobis diluxiſſe, ſupremum.

Ratio quam exhibet Gax, lib. de vſu partium. ob quam in parte capitis poſteriori non ſunt oculi, non mihi ſatisfecit. ideo aliam, prædicto libro exhibui.

Polyxenus optabat guttur gruis, vt dicit Ariſto. xxviij. Sect. probl. prob. vij.

Vide quæ diximus libris de natura humana.

Alex. Aphrodiſe. in proble. prudentiores cenſet paruo corpore quam magno.

Homines aduncо naſo iudicabāt perſæ pulcherrimos vita cyri maioris.

UVA. BHSC. IyR_342

Excellenter formosos difficulter imperare voluptatibus. dixit di. Crysostomi. de cõtinentia Ioseph.

Hieronym. primo aduersus Iouinianum.

Laertius vita, Aristotel. pulchritudinem modici temporis tyrãidem dicebat Socrates, Plato naturæ priuilegium, Theophrastus tacitam deceptionẽ, Theocritus eburneum decrim entum aduersus eas quæ cerusa & purpurisso faciem depinguat. pulchre diuus Cyprianus lib. de habitu virginum.

Augustꝰ. epist. lxxxiii. fucari autem pigmentis, quo vel rubicundior vel candidior appareat, adulterina fallacia est.

Home. xviij. Ilia.

Ijs alludens. dicit Seneca in prooemio lib. tertij. cõ trouersũ Vergiliũ illa felicitas ingenij oratione soluta reliquit, Ciceronẽ eloquentia sua in carminibus destituit, vires hominũ nõ ad omnia, quæ viribus efficiuntur idem insinuauit Home. xviij. Iliadis.

Plato lib. de Scientia, qui lib. xvj. de iusto dicit, Doctiles & memores nõ esse fortes. nec magnanimos qui dicit Alibi ingeniosos esse iracundos.

Quod sanguis menstruus non sit intus qualitate Gal. ij. lib. de Symp. causis contrarium docuit Plinius & Plutarchus de qua re citato loco.

Vide epist Hippo. ad Damagetum, totus homo ex natiuitate morbꝰ est, dũ educatur inutilis est, alienum auxilium implorat, dum crescit proteruus, insipiens pedagogo opus habens, dum in vigore est audax, dum decrescit miserabilis.

vincit, à quibus & ipsa veneratur, mitto quanta mala patrare fecit corporis formæ, quantumq; ob fastum illius comitem multi deliquerunt, amor formæ vt dixit ille rationis est obliuio, non illam vitupero quæ munus meum est, vos tamen vituperãdos censeo, qui cum illa sæpe abutamini, cogitis eos qui vere philosophi sunt hanc mihi li pendere, illamq; vitio sæpe tribuere, tunc vero maxime, cum sic viros vel mulieres illam extollere videntur, quòd pro illa metienda, ingentes subeunt labores, quorũ millesimam partem, si pro animæ pulchritudine paterentur pulcherrimi, certe illi essent, sed non dolent, faciem quam ego depinxi fucare, ad quid hæc, nisi vt facilius matrona adultero placeat, corruptor insidietur nuptæ, ad quid stibium, vt auidi matronam oculi liceãtur. Quòd nõ omnes sint ingenio perspicaci, & tenaci memoria queriris, sed huic querelæ ex ijs quæ nuper dixi est abunde satisfactum, quoniam si consentaneum est varia esse hominum temperamenta, decet etiam, ingeniorum esse multas differentias, quando pro temperamentorum discrimine ipsa discernuntur, mitto quòd si nullum esset discrimen, & omnes essent ingenio perspicaci, ingenij perspicaciam vti minime posſetis cognoscere, sic illam nõ extimaretis. Cęterum vt qui viuax est ingenio nõ admodum superbiret, erigendoq; cornua sibi ipsi multum tribueret, non ex equo acri pollentibus ingenio dedi memoriam, ęquum enim censui, vt ingenio gaudens aspectaret multos, qui cum non sint tam facili ingenio memoriæ tenacitate illum superarent, atq; vt mea munera distribuerentur singulis, nõ placuit vt præclara ingenia in omnibus essent præclara, quędã sunt ad philosophiã idonea, quæ ad musicam sunt plane rudia, & multa quæ ad musicam sunt admodũ prona, nunquàm egregie possunt philosophari. sunt quæ ad geometriam videntur prorsus nata, quę in arte medica multum torpent, quòd si quis (quòd rara auis est) ingenio sit perspicax multipliciq;, & ad multas scientias & varias admodum capaci, hic non omnibus horis sapit, videbitisq; hunc vt dixit ille insignis academicus tantũ abesse à grauitate, qua affatim vir ingenij munerib⁹ inferior potitur, quòd clare potestis perspicere, nil humanum ex omni parte beatum. sed vlterius esse progrediendum, vt ingenij felicitate memoriæ fœcunditati coniuncta nulla deturpata leuitate possit gloriari. Quòd angusta & parca humaniq; generis minus, quida fuerim, ex vestro cõceptu ex veteris gestatione, & alijs dicitis liquido demonstrari, in ijs iam nõ interest immorari, cũ perspectis, quæ supra per me sunt tradita, nisi plane insanitis, cęcineritis palinodiã, sed placet vltra progredi, primo vester cõceptꝰ ex sanguine est, sed non infecto, iam vero quòd infectus esset, quod hoc conuitium, laudes potius mihi essent tribuendæ, ꝙ ex re infecta & prope nihili tãtum vos extulerim, vocatis nunc infectum sanguinem, atqui cum aliqui volunt erigere cristas, illius splendore tantum gloriantur, ꝙ summus honos illis est generosi & nobiles vocitari, quorsum quęso tenderet vestra arrogantia, si ex ætherea (placet sic loqui) materia essetis procreati, quando ex sanguine quem vocatis infectum producti, audetis accusare naturam, & ad certamen illam prouocare? Cæterum laboriosa est vteri gestatio, ignara pueritia, lubrica iuuentus, senectus infirma, quid inde, nisi quòd ob oculos vobis posui, hanc vitam esse peregrinationem, ad vitam æternamq; esse anhelandũ, vbi non sunt eiulatus, non est ad vitia procliuitas, non est morbus, nec dedecus, sed sunt omnia iucunda & læta: monet vltra gestatio vteri laboriosa, difficilis prolis procreatio, non in carnis illecebris, quas tot circunstant labores humanam spem esse collocandam, sed vltra tendendum, ad perennem scilicet indipiscendam requiem. Cęterum citra tot labores, citra tot ærumnas placuit fieri conceptũ, vteriq; gestationem atq; partum, sed vestra arrogantia & insolentia, vestra est depressa natura, quæ sic lacessita, si ijs incommodis veluti quibusdam fręnis nõ coerceretur, in vobis nil nisi vitiorum esset hubertas, virtutesq; prorsus essent extinctę, vixq; aliquibus vestrum cognitæ. Accusatis me etiam quòd non meritis respondeant prędmia, ho-

nore

UVA. BHSC. IyR_342

nores ſcilicet diuitiæ & alia quæ fortunæ dicitis munera, ò vos iniuſtiſsimi, qui cum perſuaſum habeatis, non fluxa, ſed vera & æterna præmia eſſe ſpectanda, vultis hic cuiuſcunq; mercedem penſare, meq; ducere ad trutinam, quanto ſatius, & felicius vobis eſſet, ad æterna aſpiſare, & in ijs futilibus puta diuitijs, honoribus & auris popularibus non figere animum, mihi credite quod ſi mentis aciem in ſuperna intenderitis, quòd nec diuitiæ nec populi applauſus, nec inconſtãtis ſuffragia vulgi, nec inſipientis fortunæ trophœa vos allicerent & demulcerent, nec diuitem ob magnos cenſus diceretis felicem, nec miſerum diuitijs non affluentem, neq; huius meritis diceretis deeſſe mercedem, & alterius excedere præmia, aufero ſæpe diuitias quia eas habentibus incommodare intelligo, vocatis vos ſæpenumero vt dixit ille Socraticus bonos ſucceſſus qui re vera non ſunt, vocatis infortunia, quę nil verè philoſopho poſſunt incommodare, ſed fingite diuitias nobilitatem, popularem auram eſſe munera, quanti rogo ſunt hæc facienda, ob quę multi miſerrime perierunt, inconſtans eſt & fragilis hæc vobis decãtata felicitas, breui profecto ditiſsmus ad extremam ducitur inopiam, & qui hodie rectum tenet clauum, mane iacet obſcurus, atqui quæ ex ingenuis moribus proficiſcũtur præmia firma & eſtabilia ſunt, quæ nec hoſtium inſidiæ, nec morborum vis, nec naufragium, nec inconſtantia vulgi poterunt demoliri, altiores quippe habent radices, quàm vt fortunæ reflatu vel quouis caſu poſsint illa dirui, quia vero ad hanc veram felicitatem eſt per ardua iter, non eum qui per pauperiem & alios humiles gradus ad hanc, totus aſpirat vocate infelicem, nec beatum contra qui fluxis & fucatis diuitijs ſemper inhiat, & nunquàm perituris non attendit animum, ſed video vos ſciſcitari, quare omnes diuitijs nõ abundant, ſed quo putatis tenderet tanta affluentia, tenderet enim in vniuerſi depopulationem, quando non eſſet qui obſecundari alteri veliet, nec qui terram excoleret, & nec qui mechanicas vellet facitare artes: ſiquidem & diuitię & à verę ſapientiæ ſpeculatione homines ſolent reddere auerſos, tolle etiam paupertatem vt dixit ille, & non erunt diuitię, quando omnem aufers cõſeruationem vitę: adde quod paupertatis reſpectu diuitias nominamus, abſtergite igitur rerum naturalium ſcrutatores oculorum mentis lippitudinem, mẽtemq; ipſam non tam in externa quàm in interna figite, nõ tam in occidua quàm in cæleſtia iacite, & videbitis planè futiles & nullas veſtras eſſe quę relas, videbitiſq; ex ſtultitia magna ex parte illas proficiſci, nam cum inſipientes & ſenſuum inopes eſſe fateamini, quid ſtultius poteſt eſſe, quàm altitudinem diuitiarũ ſcientiæ & ſapientiæ Dei veſtris viribus vel metiri? in vos igitur deſcendite, ſi vultis aſcendere ad ſupera, vnus quiſq; veſtrum ſe ipſum cognoſcat, & nõ prouocabit naturam, quæ vobis multa beneficia fuit impartita, de qua fruſtra queri genus humanum ſapienter dixit ille. Cęterum quanuis multis modis grauiſsimeq; in me deliquiſtis, multa faciunt vt illatas contumelias non comminiſcar, primo maternus amor qui ad filiorum lapſus & ſęuas matres facit nonnunquàm conniuere, ſecundo hilares & iucundi vultus quibus me tanquàm matrem, & non tanquàm exoſam nouercam excepiſtis, tertio, attenti animi quos mihi docẽti & obiurganti in pręſentia exhibuiſtis, quarto, quòd iam intelligo pręteritorum lapſuum vos pœnitere, & palinodiam iam recantaſſe, adeò, quòd nemo veſtrum eſt, qui alacriter meis ſententijs nõ ſubſcripſerit, & totas ſuo pectori inſinuauerit. Ego vero quando iam ſatis inſtructos vos video, ad eam quæ me miſit diuiniſsimam heram regredior, apud quam ſemper me habebitis adiutricem & patronam, vt poſsitis ſcilicet, ex viſibilibus quibus datis operam ad inuiſibilia aſcendere, & apparente ſupremę naturæ gloria, plene & integre ſatiari, valete & bene agite.

Plato. x. lib. de iuſto. Baſilius cõcione quod Deus non eſt autor malorum, aufert Deo diuitias a male vtentibus, inſtrumentorum ipſorum ad iniuſtitiam corrumpens.

Seneca epiſto. cij.

Auſonius in epigram.

Ouidius libr. iiij. de pont.

Ex Heſiodo. Virtutem poſuere dij ſudore parãdam, aſper eſt ad eam ni miſq; per ardua callis.

Vergi. de litera pitagoræ, nam via virtutis dextrum petit ardua callẽ.

Ariſtophanes in Plato.

Diuus Hiero. ad Paulinũ

Crates Thebanus grãde auri pondus in mare iecit, vt poſſet recte philoſophari. Vide Suidam.

Chryſoſtomus homilia quod vtilis ſit paupertas.

Hieronymus ad hedibiã

diues aut iniquus, aut inĩ qui hæres, ijs adſtipulatur Ariſto. xxix. proble. proble. iiij. quo quærit cur paupertas apud homines bonos potius quã apud prauos eſſe ſoleat.

Plato libr. v. de lege fieri non poteſt vt diuitijs alĩ quis ſimul præſtet, & probitate.

Saluſt. in bello iugurtino.

UVA. BHSC. IyR_342

UVA. BHSC. IyR_342



UVA. BHSC. 15R_342



MANIFIESTA

LA diligencia y
vocatoria, y
de unos en
los los qu

VVA. BHSC. IyR_342

LVPEII

Anotatio
nes
Yn Omnia
Opera.
Galeni.

Biblioteca de Santa Cruz
IyR 342

VALL. BHSC. IYR 342